HB Ill

Buckler
All Souls

Benj Buckler
antiquary
1718-80
DNB VII. 211

Thomæ Lydiat

CANONES CHRONOLOGICI,

Nec non

SERIES SUMMORUM MAGISTRATUUM

ET

Triumphorum Romanorum.

Opus posthumum,

Ex Autoris autographo fideliter editum.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO,

Anno Dom. M. DC. LXXV.

Præfatio.

Præfatio.

Mirabitur forte Lector, Lydiatum superioris fere ævi scriptorem, multisque retro annis fato functum, quasi redintegrato studio, nunc demum in lucem prodire. Sed ea fuit viri optimi atque literatissimi adversa semper fortuna, ut dum viveret ipse in tenebris delitescceret, non tam eruditis lucubrationibus, quam rei familiaris angustiâ, & adversariorum invidia celebris: unde minime mirum, si scripta ejus pari successu utantur, & in parentis sortem tanquam hæreditatem succedant.

Quæ fuerint egregii Senis tristia semper fata, non est ut multis recenseam. Longa est injuria, longæ ambages. Ad rem præsentem dixisse sufficerit; anno circiter 1646. quo tempore civilia bella in Britannia nostra acerrimos fecerant insultus, cum ille Alkertonæ, vico in agro Oxoniensi satis obscuro, cujus Rectoratum obtinuit, habitaret; regiasque partes adversus perduellium motus pro virili fovere deprehenderetur; à Rebellium militibus, pro tempestatis istius licentia, bonis omnibus & re familiari, curtâ illa quidem & plane Philosophicâ, spoliatur: cumque grassantibus intercederet; nulla sacrarum infularum, nulla Senectutis habitâ ratione, ipsum

armati adoriuntur, vulneribus plagisque onerant, adeoque barbare tractant, ut intra biduum occumberet. Prædæ quam nefarii latrones secum deportarunt, Chartæ tanquam pretii nullius sarcinulæ supererant, quæ veluti Sibyllæ folia per vacuam domum neglectim dispergebantur; has raptim collectas è vicinia Rusticus sacculo frumentario imposuit, & in casæ suæ angulum rejecit; ubi diu cum blattis tineisque luctabantur, donec post multos annos pace tandem restituta, rus illud forte pertransiret vir eximius Dr J. Lamphirus Historiæ apud nos Professor, qui in Captivos istos incidens, pretio satis exiguo redemtos recognovit, &, quo est animo in bonas literas propensissimo, nobiscum communicavit.

Inter plura luce dignissima Lydiati nostri scripta, occurrebat Tractatus de summis Rom. Magistratibus & Triumphis, quem hic damus. Quod quidem argumentum maxima tam prisci, quam sequioris temporis ingenia exercuit; nimirum Verrium Flaccum fastorum Capitolinorum autorem seculo Augusti Cæsaris; Cratorem & Chrysorum, M. Aurelii Veri tempore; Marcellinum Comitem, & Ausonium, qui seculo post Christum tertio florvere: Cassiodorum seculo 5. Fastorum Siculorum quicunque is fuerit autorem; Prosperum Aquitanum, qui Leoni M. Papæ à secretis; post illos longo ordine Petrum Pisanum, Marianum Scotum, Hieronymum Suritam, Jo. Cuspinianum, Greg.

Ha-

Haloandrum, Henricum Glareanum, Bartholom. Marlianum, Carol. Sigonium, Onuphrium Panuvinum, Anton. Contium & Stephan. Vinandum Pighium.

Quod vero aliquid ſtudio Lydiati noſtri fuerit etiamnum relictum, non modo ex perpetuis ſcriptorum omnium in re Conſulari litibus pateſcit; ſed etiam ex præſenti opere ſperamus compariturum. Ne autem inuſitata temporum ſupputatio offenſioni ſit iis, quibus calculi Lydiatei parum ſunt noti, quemadmodum in prima Emendationis Temporum ab ipſo Elucubrata editione fuerat; & ſiquidem ejus ſcripta in paucorum manibus verſantur: apparatus quaſi loco Canonem Chronologicum, ceu alteram è naufragio tabulam, appendimus. Veniam dabit Lector, ſi ex Chartis diſſipatis & mutilis, atque iiſdem lituris ſubinde interſtinctis, non omnia ad amuſſim reſpondeant. Cum Lydiatum promiſerimus, noluimus alienas conjecturas aut emendationes apponere: ſatiuſque duximus ut diligentia potius noſtra, quam fides deſideraretur.

Canones Chronici

Ab Initio Mundi ad Principium Evangelii, numero novem.

	Annorum summa.	Particularis unius cujusque Canonis.	Totalis à M. C.
1	AB Initio Mundi ad finem Diluvii universalis, anni fuere,	1656	1656
2	Inde ad natale Isaaci seminis promissi & hæredis Abrahami,	452	2108
3	Inde ad Israëlitarum exodum ex Ægypto,	400	2508
4	Inde ad fundatum à Solomone Templum,	479	2987
5	Inde ad Monarchiam Nabuchadnezaris Babylonii,	413	3400
6	Inde ad Monarchiam Cyri Persæ,	70	3470
7	Inde ad Monarchiam Alexandri Magni Macedonis,	204	3674
8	Inde ad Monarchiam Julii Cæsaris Romani,	281	3955
9	Inde ad Principium Evangelii, conveniens anno Imperii Tiberii Cæsaris 15, & vulgari anno Domini 29,	77	4032
	Itaque annus Domini 1675 est annus Evangelii prædicati, Mundi vero conditi,	1637	5679

Porro Evangelii Tempora, huc usque elapsa & adhuc currentia, distinguuntur in Principium Evangelii, tanquam ejus natale, annorum 52, & septem intervalla, tanquam totidem ipsius ætates, unumquodque annorum 245.

	Evang.	Mundi	V. D.
Evangelii natale inivit anno	1	4033	29
Prima ipsius ætas inivit anno	53	4085	81
Secunda ætas inivit anno	298	4330	326
Tertia ætas inivit anno	543	4575	571
Quarta ætas inivit anno	788	4820	816
Quinta ætas inivit anno	1033	5065	1061
Sexta ætas inivit anno	1278	5310	1036
Septima ætas inivit anno	1523	5555	1551
Omnes septem ætates exeunt anno	1768	5800	1796

Adde 4004 vulgari anno Domini, & summa erit annus Mundi. Subduc 4004 ab anno Mundi, & residuum erit vulgaris annus Domini.

Adde 30 minus 2, sc. 28 anno Evangelii, & summa erit annus vulgaris Domini. Subduc 30 minus 2, nempe 28 à vulgari anno Domini, & residuum erit annus Evangelii.

Annus Mundi, Evangelii, & vulgaris annus Domini si dividantur per 28, sunt idem annus vulgaris Cycli Solaris.

Canones

Canones Chronici, sive Regulæ Chronologicæ, quibus ætas Mundi, respondens Epochæ, sive Radici, sive Æræ, sive Initio Periodorum Solis & Lunæ, astruitur.

Canon Primus.

A Mundi conditu ad finem Universalis Diluvii anni fuerunt 1656 completi: qui per ætates decem Patriarcharum Antediluvianorum, quando primum facti sunt patres, in hunc modum computantur Geneseos cap. 5.

1	Adamo, quando vixerat annos 130, natus est filius *Sheth.*	130
2	Shethus annum agens circiter 105, filium genuit *Enosh.*	235
3	Enosho annum agenti 90, natus est *Kainan.*	325
5	Kainani annum agenti 70 natus est *Malaleel.*	395
5	Malaleeli anno ætatis suæ 65 natus est *Jared.*	460
6	Jaredo anno ætatis suæ 162 natus est *Enoch.*	622
7	Enochus annum agens 65 filium genuit *Mathusalah.*	687
8	Mathushalacho anno ætatis 187 natus est *Lamech.*	874
9	Lamecho annum agenti 182 natus est *Noah.*	1056
10	Noachus agens ætatis annum 500 genuit *Shem, Ham & Japheth.*	1956
	Quando *Noah* exegerat ætatis annum 600, ineunte anno 601, primo anni naturalis mense (Gen. c. 8. v. 13.) aquæ Universalis diluvii, postquam supra unum annum duravisset, exsiccabantur.	1656

Canon

Canon II.

A fine Diluvii ad natale Isaaci seminis, sive hæredis Abrahamo promissi, anni fuerunt 452, qui pariter per ætates decem Patriarcharum postdiluvianorum, quando patres facti sunt, in hunc modum computantur Gen. c. 11. Porro particularibus annorum summis additur etiam universalis à Mundi conditu.

1	Shemo annum ætatis centesimum agenti, biennio post diluvium (unde apparet eum Noachi primogenitum non fuisse, licet ideo primum nominetur, quia Deo visum est eundem benedictionis hæredem facere) natus est Arphaxad.	2	1658
2	Arphachshado anno ætatis 35 natus est *Shalah.*	37	1693
3	Shalachus annum agens 30 filium genuit *Eber.*	67	1723
4	Eberus 34 annos natus, genuit *Phaleg*, ita nominatum, quia circa illius natale terra divisa est, statim post confusionem linguarum, ob ædificationem turris Babyloniæ.	101	1757
5	Phalego, 30 annum agenti, natus est *Reu.*	131	1787
6	Revus, ætatis suæ anno 32, filium habuit *Sharug.*	163	1819
7	Sharugus 30 annos natus, *Nahor* genuit.	193	1849
8	Nachorus 29 annos natus, *Tharah* genuit.	222	1878
9	Tharacho, postquam 70 ætatis annum expleverat, nati sunt *Abraham*, *Nahor*, & *Haran.* Atque hic rursus manifestum est, Abrahamum ideo primum		

nominari

nominari quia Deus hæredem illum benedictionis constituit; non (ut inter alios Josephus Scaliger præcipuè contendit) quòd è tribus natu erat maximus. Nam Haranem (qui ante fratrum discessum ex Ure patriâ suâ diem obiit) multis annis seniorem fuisse, plus quam verisimile est: siquidem *Milcah* illius filia Nahoris erat uxor, ut affirmatur Gen. 11. v. 29. Quin & *Sarah*, Abrahami uxorem, (alias *Iscah* vocatam) ejusdem filiam fuisse, ex eo videtur, quòd Abrahamus Abimelecho dixit, Gen. c. 20. v. 12. *Revera soror mea est, filia* (nempe neptis) *patris mei, & non filia matris meæ.* Ad hæc apparet Haranis filium Lotum (quem similiter Abrahamus fratrem suum vocat c. 13. v. 8. & c. 14. v. 14. quique iterum ita vocatur, versu 16.) non multis annis juniorem fuisse Abrahamo; quod uti ex aliis historiæ eorum circumstantiis, ita exinde potissimum patet, quia c. 19. Lotus dicitur filias habuisse nubiles ad excidium Sodomi, ante natum Isaacum, v. 14. & quod paulo post senex dicitur, v. 31. Porro quod tot anni inter Abrahami Nachoriq; natalem & Haranis intercederent, ex hoc casu eveniisse videtur, quod Haranis mater, prior Tharachi uxor, longo antea mortem obierit: quamobrem Abrahamus Saram sororem suam vocat à parte patris, (quippe quia ambo à Tharacho hujus avo & illius patre ortum habuerunt) à parte vero matris non item, quoniam Abrahami mater non eodem modo Saræ erat avia. Adeo ut quum dicitur *Tharah*, cap. 11. versu ult. ætatis suæ anno 205. mortuus esse Charane, & cap. 12. v. 4. itemq; Act. c. 7. v. 4. quod Abrahamus cum post patris sui obitum Charane excessit, annum ætatis 75 jam expleviisset, certo certius sit Tharachum 130 annos compleviisse cum ei Abrahamus natus est. | 352 | .008 |

10 Abrahamus annum agens 100 filium habuit Isaacum. Gen. c. 21. v. 5. | 452 | 2108 |

Canon III.

A Natali Isaaci, ad Israëlitarum exitum ex Ægypto anni fuerunt 400. Hoc confirmatur ex ipsius Dei verbis ad Abrahamum, Gen. c. 15. v. 13. & Act c. 7. v. 6. dicentis semen illius (quod in Isaaco vocabitur Gen. c. 21. v. 12. & Rom. c. 9. v. 7.) peregrinum fore in terra non sua, per tot annos servituti afflictionibusq; obnoxium. Ad pleniorem hujus rei confirmationem hoc etiam facit, quod eodem v. 7. ejusdem c. 15. Gen. dicit deus se Abrahamum de Ure Chaldæorum eduxisse; & quod versibus 2. 3. & 4. ejusdem c. 7. Actorum, Abrahamus dicitur Deo mandante patriam suam reliquisse, natalem majorum suorum terram, Urem Chaldæorum, atque ita Israëlitarum peregrinationem incepisse, antequam Charanem inhabitavit, quod dicitur 430 annis præcessisse eorum exitum ab Ægypto, Exod. c. 12. v. 40. simul & legis promulgationem, Galat. c. 3. v. 17. & consequenter ex fine 11. & initio 12. cap. Gen. videtur tum fuisse, cum *Tharah* 200 annos, & Abrahamus 70 natus est, 5 annos ante illius obitum Charane, & hujus exinde discessum, & 30 ante Isaacum natum.

Sunt quidem nonnulli, qui quadringentos triginta annos, quorum fit mentio 12. cap. Exod. & 3. cap. ad Galatas, non ante mortem Tharæ & Abrahami exitum è Charane incepisse contendunt, non plus viginti quinque annis ante natale Isaaci: ideoque quadringentos annos Gen. 15. & Act. 7. memoratos non ante Isaacum quinque annos natum incepisse: quam sententiam hisce rationibus stabilire conantur.

1. *Quia & Ur & Charan sita erant in Mesopotamia, eoque nomine unam eandemque regionem conficiebant; ita ut Abrahamus ante relictam Charanen patriam suam reliquisse dici non potuit. Cui argumento respondeo, non inde sequi Charanen & Uren eandem fuisse regionem, quo-*

niam

uiam utraque in Mesopotamia sita erat; quippe Ur ubi Abraam & Tera nati fuerunt, Chaldæorum erat patria, sed non ita Charan; Mesopotamia enim plures in se provincias continebat, quando Abraam reliquit Ur, sicut Insula Magnæ Britanniæ, ut alias omittam instantias, non ita pridem sub Elizabetha Regina; qua igitur ratione deseruisse patriam diceretur ille: qui tunc temporis à Scotia in Angliam migraverit, seu vice versa, eâdem & Abraam cum patre Tera è patria sua proprie ac vere exibat, quando ab Ur Chaldæorum transierat ad Charan quæ Chaldæorum non erat. Nec dubitari licet quin Abrahamus à Deo jussus ut terram Chaldæorum relinqueret sine notitia alterius cujustunque quam incoleret, (ita enim disertis verbis se habet S. Scriptura Heb. 11. 8. Exivit nesciens quo esset venturus) patri jam valde seni, suadenti ne Euphratem transiret donec Deus peculiare aliquod mandatum interponeret, facilius morem gesserit, non autem aliud à Deo de itinere mandatum accepit ante mortuum Teram: unde constat Abrahamum relicta patria Israëlitarum peregrinationes incepisse, cum ad Ur Chaldæorum ad Charan transivit, quæ regio pro Chaldaica nusquam habenda.

2. Nisi ante datum promissum Tera mortuus fuerit, procul dubio promissum Christi è semine suo venturi, cum Abraamo recepisset; quod pro absurdo habent qui non ante mortem Teræ peregrinationis Israeliticæ initium statuunt. Et quidem hac in re nonnihil difficultatis subest: neq; negari debet Teram, cum fuerit Patriarcha ut & Adamus & Noachus, promissi cum Abrahamo fuisse participem: quippe Christus de semine Abrahami venturus, utique de semine Teræ ejus patris nasciturus erat. Verum enimvero Tera accepit promissum tantum mediatè, eoque nomine non pari passu cum Abrahamo; Deus enim illud Abrahamo immediate concessit, & ille proculdubio spiritu prophetico afflatus patri Teræ hoc notum fecit, eaque methodo ab idololatria, qua olim detinebatur, quod ex Josuæ ultimi capitis initio discimus, senem revocavit, eique in animum induxit, ut secum patriam suam idololatricam desereret, proficiscentibus

tibus una uxore Sara, & Loto Haranis filio; Nahore cum familia sua una illis egrediente, quod vero simillimum est, vel in Charan *illis desidentibus non diu postea secuto: ideoque nulla Nahoris sit mentio sub finem* 11. *& initium* 12. *cap. Genes. quod non cum Abrahamo & Loto ad* Canaan *usque transiret.*

3. *Sunt qui conjiciunt* 400 *annos* (*Gen.* 15. *& Act.* 7.) *initium habuisse à quinto Isaaci anno, qui tunc, ut nonnulli autumant, ablactabatur, quando cum sannis excipiebatur ab Ismaele Gen.* 21. 9. *quam quidem irrisionem S. Paulus Ep. ad Galatas* 4. 29. *persecutionem vocat. Quibus hæc breviter regerere visum est. Primo futilis est illa conjectura nec sacri codicis, nec solidæ cujusvis rationis autoritate nixa, quod Isaacus non ante quintum annum ablactatus erat. Deinde & servitus & afflictio seminis Abrahami ejus peregrinationes subsequebantur; & ab ipsis pendebant, quare exinde quadringenti anni recensendi sunt. Tertio prædictorum locorum sensus perperam explicatur, dum per afflictiones & persecutiones ibidem memoratas, intelligunt mala quæ Patriarcharum familiis atque liberis obventura erant, ut odia & simultates inter Isaacum & Ismaelem filios Abrahami, atque inter Jacobum & Esavum filios Isaaci, inter Josephum denique & fratres filios Jacobi; non enim, ut modo dictum, istiusmodi domestica mala ac intestinæ calamitates eo loci intelliguntur, sed quæ ab idololatricis ac profanis gentibus iisdem infligenda erant, inter quæ quadringentos istos annos misera servitute ut inquilini & extranei acturi erant; præsertim vero in Ægypto, ut ex verbis sequentibus manifestum est,* Veruntamen gentem cui servituri sunt ipse judicabo, *inquit Dominus,* & posthæc egredientur cum magnâ substantiâ, tu autem ibis ad patres tuos in pace, & sepelieris in bona Senectute, generatione autem quarta revertentur huc, necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usq; ad præsens tempus. *E quibus constat, quadringentos istos annos à nativitate Isaaci seminis Abrahamitici originem duxisse. Nec quidem aliud est argumentum*

totius

totius capitis decimi quinti Geneseos, quam Abrahami querela de prole sibi non concessâ, & ejusdem concedendæ promissio; unà cum narratione prophetica ærumnarum quæ iisdem essent obventuræ, priusquam hæreditatem acciperent, aut in formam Reipublicæ coirent.

Etsi vero particulatim de hoc temporis intervallo agere, non adeo necessarium sit, ad ostendendam mundi ætatem, ac in duobus prioribus fuit, abs re tamen non erit pauca, eaque non prorsus supervacua subjungere.

Isaacus sexagenarius erat, cum uxor ejus Rebecca Jacobum & Esavum peperit, Gen. c. 25. v. 26.	60	2168
Jacob, qui & Israel vocatus est, 130 annos natus, una cum familiâ suâ in Ægyptum descendit, Gen. c. 47. v. 9. secundo famis anno, c. 45. v. 6. nono post Josephi præfecturam, & 30. ætatis ejus anno, cap. 41. v. 46.	190	2298
Josephus mortuus est 110 ætatis suæ anno, Gen. c. ult. v. ult. annos 71 post Israelis adventum in Ægyptum, & 54 post illius obitum, Gen. c. 47. v. 28.	261	2369
Moses (uti manifestum est ex illius ætate ad exitum Israelis ab Ægypto) natus est 60 annos post Josephi mortem.	321	
Moses, 80 ætatis suæ anno, per Dei verbum & potentiam, res miras contra Pharaonem egit, & Israelitas Ægypto eduxit. Exod. c. 7. v. 7.	400	2508

Canon IV.

Ab Iſraelitarum exitu ex Ægypto ad Templum Dei Hieroſolymæ à rege Solomone fundatum completi erant anni 479, Reg. lib. 1. c. 6. v. 1. Præcipua hujus intervalli capita ſequuntur.

Ab Iſraelitarum exitu ex Ægypto, ad eorum introitum in terram Chananæam, anni erant 40, Exod. c. 16. v. 35, &c.	40	2548
Joſhua, qui eos in terram promiſſionis duxit, mortuus eſt 17 poſt anno: quod colligi poteſt ex temporibus judicum & regum ſequentium uſque ad fundatum templum.	57	2565
Othoniel judex mortuus eſt 40 annos poſt mortem Joſhuæ, Jud. c. 3. v. 11.	97	2605
Ehud & *Shamgar* ad 80 uſque annum à morte *Othonielis* judicium exercuerunt, Judic. c. 3. verſibus 30 & 31.	177	2685
Deborah exhinc 40 annos judicavit Iſraelem c. 5. v. ult.	217	2725
Gedeon poſt hanc 40 plures judex permanſit, c. 8. v. 28.	257	2765
Abimelechus ille tyrannus interemtus eſt 3 annos poſt Gedeonis mortem, c. 9. v. 22.	260	2768
Thola 23 annos Iſraelem judicavit, c. 10. v. 2.	283	2791
Jair 22 annos, c. 10. v. 3.	305	2813
Jephthah 6 annos, c. 12. v. 7.	311	2819
Ibzan 7 annos, c. 12. v. 9.	318	2826
Elon 10 annos, c. 12. v. 11.	328	2836
Abdon 8 annos, c. 12. v. 14.	336	2844

Samſon

Samſon 20 annos, c. 16. v. ult.	356	2864
Eli, Pontifex maximus, 40 annos, 1 Sam. c. 4. v. 18.	396	2904

Mortuus eſt *Eli* audito arcam divini fœderis à Philiſthæis fuiſſe captam; quæ poſt 7 menſes Iſraeli reſtituta eſt, 1. Sam. c. 6. v. 1. ἔτη τριακόσια καὶ πεντήκοντα 350 annos poſt Iſraelitarum primum annum Sabbaticum in Chanaane, quo tempore Shilunte collocata erat: ad quem locum nunquam iterum reverſa eſt. Cum primum ibi arca collocabatur, terra diviſa eſt Iſraelitis in hæreditatem, ὡς ἔτεσι πεντακοσίοις καὶ πεντήκοντα (ſicut aliqua habent exemplaria Act. c. 13. verſ. 19.) ferè 450 annos, nempe poſt natum Iſaacum, Abrahami ſemen, cui terra promiſſa eſt, Gen. cap. 15.

Samuel poſt mortem *Eli*, & *Saul* primus Rex Iſraelis à Samuele unctus hic judex, ille Rex, pariter 40 annos durabant, Act. c. 13. v. 20. & 21.	436	2944
Rex *David* poſt Saulis mortem per 40 annos imperium adminiſtravit, 2 Sam. c. 5. v. 4. &c.	476	2984
Solomon, poſt Davidis mortem, tres annos regnum geſſit, antequam templum extruere cœpit, 1. Reg. c. 6. v. 1. 2. Chron. c. 3. v. 2.	479	2987

Canon V.

A Primis templi fundamentis Hieroſolymæ à rege Solomone jactis, ad initium Monarchiæ Babylonicæ, 1° anno abſoluti imperii regis Nabuchadnezaris, poſt Patris ejus mortem anni erant 413, qui computandi ſunt ſecundum annos regum Judæ poſterorum Davidis, ſicut congruenter & ſummo cum conſenſu exponuntur in duobus libris Regum, & 2^di^ Chronicorum, tanquam juſta ac ſtata menſura illo-

rum temporum, ad quam anni Iſraeliticorum regum, poſt illorum defectionem à Domo Davidicâ, & vero Dei cultu, in univerſum omnes exigendi ſunt, nequaquam vero è contra illi ad hos. Atque in his Euſebii & Hieronymi Chronica ſecutus ſum: niſi quod illi, ſecundum 70 interpretes, Athaliæ unum annum, Joſiæ itidem alterum, & Amoni 10 attribuunt plures quam codices Hebræi. Quin & in hâc re inſignis ille Scaliger, uti evenit, nobis aſtipulatur; præterquam quod ille unum annum Abiæ omittit, 3 menſes *Jehoahaz*, totidem Jeconiæ, & ſemeſtre ſpatium è regimine Zedekiæ, duos omnino annos.

Conſultatiſſimum eſſe omnino annos regum Iſraeliticorum ad annos regum Judæ exigere exinde patet, quod ii qui è contra faciunt minimè inter ſe cohærent; ſed alii per duodecim aut viginti annos modum excedunt, alii totidem amputant. Revera confuſis admodum & turbatis regum Iſraelis rebus, cum mutila & perplexa valdè regnandi tempora fuerint, qui annos Regum Judæ, ſummatim traditos in libris judicum & Chronicorum, ad annos Regum Iſraelis accomodaverit, idem ille fecerit ac ſi normam lineæ curvæ conformare ſibi in animum induxerit.

Solomon, poſtquam templum ædificare cœpit, regnabat 37 annos, 1 Reg. c. 11. v. 42. & 2 Chron. c. 9. v. 30.	37	3024
Rehoboam regnabat 17 annos, 1 Reg. c. 14. v. 21. & 2 Chron. c. 12. v. 13.	54	3041
Abijah regnabat 3. annos, 1 Reg. c. 15. v. 2. 2 Chr. c. 13. v. 2.	57	3044
Aſa regnabat annos 41, 1 Reg. c. 15. v. 10. & 2 Chr. c. 16. v. 13.	98	3085
Jehoſhaphat regnabat 25. annos, 1 Reg. c. 22. v. 42. 2 Chr. c 20. v. 31.	123	3119
Jehoram poſt Jehoſhaphati mortem 8		

anno

annos, 2 Reg. c. 8. v. 17. & 2 Chr. c. 21. v. 5. & 20. | 131 | 3118
Ahaziah regnabat unum annum, 2. Reg. c. 8. v. 26. & 2 Chr. cap. 22. v. 2. | 132 | 3119
Athaliah 6 annorum tyrannidem exercuit, 2 Reg. c. 11. v. 3. & 2 Chron. c. 22. v. 12. | 138 | 3125
Jehoaſh regnabat 40 annos, 2 Reg. c. 12. v. 1. & 2 Chr. c. 24. v. 1. | 178 | 3165
Amaziah regnabat 29 annos, 2 Reg. c. 14. v. 2. & 2 Chron. c. 25. v. 1. | 207 | 3194
Uziah ſeu *Azariah* regnabat 52 annos, 2 Reg. c. 15. v. 2. & 2 Chr. c. 26. v. 3. | 259 | 3246
Jotham regnabat 16 annos, 2 Reg. c. 15. v. 33. & 2 Chr. c. 28. v. 1. | 275 | 3262
Ahaz regnabat 16. annos, 2 Reg. c. 16. v. 2. & 2 Chr. c. 28. v. 1. | 291 | 3278
Hezekiah regnabat 29. annos, 2 Reg. c. 18. v. 2. & 2 Chr. c. 29. v. 1. | 320 | 3307
Manaſſeh regnabat 55. annos, 2 Reg. c. 21. v. 1. & 2 Chr. c. 33. v. 1. | 375 | 3362
Amon regnabat 2. annos, 2 Reg. c. 21. v. 19. & 2 Chr. c. 33. v. 21. | 377 | 3364
Joſiah regnabat annos 31. 2 Reg. c. 22. v. 1 & 2 Chr. c. 34. v. 1. | 408 | 3395

Jeoahaz regnabat 3 menſes, 2 Reg. c. 23. v. 31. & 2 Chr. c. 36. v. 2. ac deinde à Pharaone Nechone captivus in Ægyptum aſportatus eſt, ubi interiit. *Jehoiachim* à Nechone rege Ægypti in locum *Jeoahaz* ſubſtitutus eſt, cujus regiminis anno 4to poſt abductum *Jeoahaz*, Jer. c. 15. v. 1. & c. 46. v. 2. Sed anno 3^tio^ poſt illius mortem in Ægypto (Confer Dan. c. 1. v. 1. cum Jerem. c. 22. v. 11. & 12.) *Nebuchadnezar* filius Nabopollaſaris regis Babylonici, fuſo profligatoq; Ægyptiorum agmine ad Charchmiſhum, illius etiam

etiam regnum, utpote Ægyptiis tributarium, invaſit, peragravit, ac ſubegit. Quâ occaſione *Daniel*, qui tunc temporis captivus ductus eſt, c. 1. & Jer. c. 25. eundem annum 1um imp. Nabuchadnezaris ponunt. 412 3399

Nabopollaſar circiter annum abhinc mortuus eſt, anno imperii ſui 21. (ſecundum Beroſum, ſicut citatur à Joſepho, lib. 10. Judaicarum Antiquitatum, ſub finem capitis 11. & ab Euſebio lib. 9. de Evangelica præparatione: hoc etiam confirmant & Aſtronomici Canones Regum Babylonicorum, Ptolemæo aſtronomo aſcripti, & Eccleſiaſtici à Georgio Syncello allegati, licet Scaliger imperio illius 29 annos falſo aſcribat) & circa finem 5 anni Regis Jehoiakimi, uti memorat Jer. c. 36. v. 9. (cum in publico & ſolenni jejunio, à pœnitentia longiſſime abhorrens, volumen prophetiarum Jeremiæ in ignem projecit, quapropter ultima ſummi judicis ſententia adverſus illum & populum ejus pronuntiata eſt, verſibus 30. & 31.) *Nabuchadnezar* Nabopollaſaris filius poſthæc imperium & Monarchiam Babylonicam fundavit, ſecundum ipſam Babyloniorum computationem, quam ſecutus eſt *Daniel* Babyloniæ incola, in hiſtoriâ ſomnii Nabuchadnezaris, c. 2. v. 1. atque etiam Jeremias in fine prophetiæ ſuæ, ut videtur, conſcriptæ poſtquam Ægyptum reliquerat, & ad tribules ſuos captivos in Babyloniâ degentes pervenerat. c. 52. v. 28. & 29. Quinto igitur anno regiminis Jehoiakimi præcedentibus ſuperaddito, exurgit propoſitus annorum numerus ab initio templi & mundi conditi. 413 3400

Certiſſimum jam eſt ex Ptolomæi lib. 5. de Aſtron. c. 13. annum 21. imperii Nabopollaſaris, annum fuiſſe 143 ab inito Nabonazaris regimine Babylonico. Quod quidem operæ pretium eſt notare, ad connectionem & applicationem Sacræ Hiſtoriæ ad Ethnicam. Nam utcunque diligenter & verè Chronologiam ſacram à mundi primordiis ad finem uſque Hiſtoriæ

Sacrarum

Sacrarum literarum deducimus, & Ethnicam ab ætate noſtrâ ad ſummam antiquitatem retro ſequimur, videamur tamen 10, 20, 30, 40, 50, aut pluribus annis ab ætate mundi aberrare, niſi alteram alteri rectè connectamus, applicemuſq;. Sed manifeſtum eſt ex aſtronomicâ calculatione, quod ab ineunte anno 144 Æræ Babyloniæ Nabonazaris, & 1° Monarchiæ Babylonicæ Nabuchadnezaris, ad finem uſque anni Evangelici 1600, ſupputati ab ineunte 15 Tiberii Cæſaris Romanj Imperatoris, ſecundum Evangeliſtam Sanctum Lucam, & Euſebium Hieronymumque in eorum Chronicis Ærâ illâ principali fundatis, explentur anni naturales omnino 2232, quibus ſi addantur 3400, nempe ætas mundi completa, ſecundum noſtram Chronologiam, ad initium prædictæ Monarchiæ; audacter licet pronuntiare, annum Evangelicum 1600 eſſe 5632 à creatione mundi, & proinde annus 304 decimæ noſtræ ſexcentenariæ, octo minus annis periodi ſolaris & lunaris.

Canon VI.

BAbylonica Monarchia, à principio abſoluti Nabuchadnezaris imperii, ad initum Cyri regimen, 70 annos duravit. Jerem. c. 25. v. 11. & 12. & c. 29. v. 10. &c. Præcipua hujus intervalli capita ſequuntur.

Nabuchadnezar poſt 11 annos totius regiminis Jehoiakimi, & 3 menſes Jehoiakini ſeu Jeconiæ, quem in Babyloniam captivum duxit, 8. regni illius anno, tertiam, eamq; ultimam Hieroſolymæ obſidionem inſtituit, 17. regni ſui anno, & 15. abſolutæ ſuæ Monarchiæ, 9. Zedekiæ anno, & 10 menſis 10 die, 2. Reg. c. 25. v. 1. & Ezech. c. 24. v. 2. quo tempore completi erant anni 390 iniquitatis domus Iſraëliticæ, ab eodem Prophetâ adnotatæ c. 4. v. 5. à defectione Tribus Ephraim cum ceteris novem, & extructo idololatrico illo altari Bethele à Jeroboamo filio Nabati, 2 Reg. c. 12. & 13. Expleti etiam erant 40 anni iniquitatis

quitatis domus Judaicæ, ſignatæ v. 6. ejuſdem cap. 4. poſtquam *Joſiah* 12. regni ſui annum egiſſet, quo altare illud deſtruxit, Confer 2 Chron. c. 24. v. 3. cum 2 Reg. c. 23 v. 15. & ab initio prædicationis prophetæ Jeremiæ, c. 1. v. 2. & c. 25. v. 3. 15. 3415

Nabuchadnezar 19 imperii ſui anno, & 17. abſolutæ ſuæ Monarchiæ, 11 Zedekiæ Regis, Hieroſolymam expugnavit, eamque ſimul cum templo ſolo adæquavit, 430 annos poſtquam primum à Solomone ædificari cœptum eſt, 2. Reg. cap. ult. & Jerem. cap. ult. 17. 3417

In veteris Teſtamenti verſione à fundato Solomonis templo ad illud ſubverſum 409 *tantum anni à Junio & Tremellio recenſentur, ablatis ſcilicet* 21 *annis à regnis illorum ſex regum Judæ qui inter Jehoſaphatum & Hezekiam intermedii regnarunt. Notandum vero illis erat, aliquos annos regum Iſraelis in illo ipſo ſpatio omitti, ut etiam de aliis & ante & poſt illos ipſi fatentur. Sint in exemplum Saul primus rex & Hoſea ultimus. Cum enim ad initium* 13. c. 1. *Sam. ſita ſe habeant verba textus*, Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnavit ſuper Iſrael, *ita illi animadvertunt*, nempe legaliter; *quod enim alias regnavit multo plures rectiſſime colligunt, tam à plurimis bellis quæ contra hoſtes undique geſſit, Moabitas, Ammonitas, Edomitas, reges Zobæ, Philiſtæos etiam, cum Amalekitis, quam à variis longiſque Davidis perſecutionibus, quibus demum ceſſantibus per annum & quatuor menſes inter Philiſtæos Ziglagi exul egit. Porro, cum de Hoſea Iſraelis ultimo rege ſcriptum ſit 2 Reg.* 15. 30. *illum interfeciſſe Pekam, nec non ejus loco regnaſſe, viceſimo anno Joſhami filii Uzia regis Judæ, ab initio ſcilicet regni Jothami poſt mortem Uziæ: & ad initium* 17 *cap. ita legitur*, anno duodecimo Ahazi regis Judæ, regnavit in Samaria ſuper Iſraelem Hoſeas filius Ela novem annis: *ad v. iterum* 6. anno nono Hoſeæ Rex Aſſyrius cepit Samariam. *Rurſus. c.* 18. *v.* 9. Quarto

anno

anno regis Hezekiæ, qui erat ſeptimus Hoſeæ, Salmanaſar Rex Aſſyriæ exivit contra Samariam & obſeſſit, & ad finem tres annorum cepit eam, nempe ſexto anno Hezekiæ, qui eſt nonus Hoſeæ regis Iſraelitici; *nihilominus fatentur illi Hoſeam regnaſſe minimum ſeptendecim annos, neque pauciores ſunt à viceſimo anno poſt inceptum à morte Uziæ regnum Jothami, ad ſextum Hezekiæ. Quæ cum ita ſe habeant, non eſt cur nos etiam minus ſuſpicemur, quatuor annos à regno Ahaziæ excidiſſe, dum immedicabili vulnere, quod minabatur propheta Elias eum neutiquam evaſurum, laboravit: pariter ac duodecim à regno Zachariæ filii ſecundi Jeroboami, quando ſtatim à morte Jeroboami, pro Amoſi prophetia 9. commate 7. cap. in domum ejus gladio inſurgebat Deus, variiſque conjurationibus turbabatur regnum Iſraeliticum; ſicut Junius & Tremellius in Amoſum & Hoſeam ipſi annotant. Alii autumant à morte prædicti Jeroboami filii Joaſhi ad triceſimum octavum annum Uziæ, quo Zecharias regnaſſe dicitur 2 Reg. 15. 8. interregnum fuiſſe in Iſraele per annos duodecim; quod eodem redit ac noſtra ſententia; cum idem ſit nullum habere regem, ac iſtiuſmodi qui ad coercendos ſeditioſos & inſidias repellendas impotens evaſit. Conſtat præterea omiſſos eſſe duos iſtos primos regni Menahemi annos 2 Reg. 15. 17. à* Phul *priuſquam rege Aſſyriæ confirmationem in regno aſſecutus erat. Loco autem diſſoluti regni Zachariæ per duodecim annos poſt mortem patris Jeroboami, Junius & Tremellius duodecim annos à regno Amaziæ regis Judæ auferunt, tribuentes illi tantum annos ſeptendecim, pro datis illi in libris Judicum & Chronicorum novendecim; quam ſuam ſententiam interpretatione iſtius loci ſtabiliunt 2 Reg. 14. 17.* Et Amaziah vixit quindecim annos poſt mortem Jeoaſhi regis Iſraëlis. (19. *v.*) Quum demum conjurarunt contra eum Hieroſolymis Lachiſum ſe recepit, quapropter perſequebantur eum & interfecerunt Lachiſi. *Super his ſine ulla ſacri codicis authoritate annotant, Amaziam fugiſſe Lachiſum anno quarto poſt mortuum Jehoaſhum, ibique per annos mi-*

nimum undecim in exilio vixisse, regnante interim Hierosolymis Uzia filio: cum ex ipso loco manifestum sit, Amaziam non fugisse ante finem quindecim annorum, atque statim à fuga conjuratores eum persecutos fuisse ac trucidasse Lachisi; ad firmandam vero hanc supputationem, initium c. 15 intellectu quidem difficile & ea propter variè expositum, ita interpretantur; vicesimo septimo anno Jeroboami regis Israelis regnavit Azarias filius Amazia regis Judæ: notant illi in margine eum fuisse annum vicesimum quartum Azariæ sive Uzia, & inclusis in parenthesi tribus versibus qui proximè sequuntur, [natus erat sedecim annos quando regnare incepit, regnavitq; quinquaginta duobus Hierosolymis, &c.] nihil obstantibus periodis ad finem quarti juxta ac primi commatis, post parenthesin conjungunt 5. v. cum 1. eodemq; vicesimo septimo anno Jeroboami; quando Dominus regem lepra percussit, adeo ut ea laboraret usque ad mortem, ac ade separata viveret: putabant nempe non alium fuisse finem loci, quam Uziam lepra affectum fuisse vicesimo septimo anno regni Jeroboami, sui que vigesimo quarto; ea vero ratione æra temporis à qua regnare cœpit Uzias, licet diutius ille reliquis omnibus uno excepto regnaverit, prorsus excidet, id quod ceteris regibus nunquam accidit. Porro, quatuor illa prima commata eundem retinent modum loquendi, quo initia regnorum regum Judæ usitatissime exprimuntur, quorum itaque diversam à reliquis interpretationem immeritò tradidere. Quapropter tantum abest ut illis de hac re alii consentiant, ut vice præscindendi annos duodecim à temporibus regum Judæ hic loci, è contra tot adjiciant, supputando interregnum Judæ à decimo quinto anno Jeroboami, quo interfectus erat Amazias, ad ejus vicesimum septimum quo Uzias regnum cœpisse dicitur. Neutros quidem ipse consequor, veruntamen initium regni Uziæ pro more ceterorum regum eo loci descriptum esse pro certo habeo, sed l. de Emendat. temporum suppono annum Jeroboami vicesimum septimum, cujus hic fit mentio, non à morte patris Jehoashi, unde erat decimus sextus decurrens, supputandum, sed à regno suo ab Assyriis recuperato 2 Reg.

13

31. 25. *quo tempore probabile est Jeroboamum, cum esset fortis juvenis atque strenuè aliquid gessisset, primo à patre regem appellatum fuisse: quippe dum vixit pater aliqualem partem eorumque illi ascribuntur fine cap.* 14. 4. 26. *v. gessisse videtur: praterea alia occurrit hujusmodi computationis instantia* 2 *Chr. ad finem* 15. *cap. & initium* 16, *ubi regis Asa* 15. *&* 16 *anni vocantur* 35 *&* 36, *scilicet à divisione regni Judæ & Israelis; id quod vel Junius & Tremellius ipsi fatentur. Hac autem contractione temporum regum Judæ in interpretandis duobus præsertim notabilibus. locis Prophetarum, (alios quosdam non moror) male illi impegerunt; prior occurrit ad initium Amosi, ubi tempus prophetiæ statuitur in diebus Uziæ regis Judæ, & Jeroboami filii Joashi regis Israelitici, duobus annis ante terræ motum; in quem locum verissime annotant, eundem terræ motum ad mortem Jeroboami accidisse, quando in regno Israelitico conjurationibus & internecionibus omnia miscerí cœperunt, quas Propheta Hosea adeo vehementer ubique reprehendit, ac si ipsa terra tot sicariorum horrore ex Dei jussu tremeret: vero simillimum itaque est Amosum anno regni Jeroboami penultimo prophetiam incepisse, circiter duos annos ante ejus mortem: eum vero annum in tricesimum septimum Uziæ, & terræmotum in tricesimum nonum incidisse, at non circa tempus inflictæ ei lepræ, pro sensu maximæ partis interpretum. Ubi mutatio chronologiæ regum Judæ in errorem illos induxit. Secundum enim veram annorum supputationem in libris Judicum & Chroïicorum, mors Jeroboami vicesimo septimo anno Uziæ respondet, qui annus erat Sabbaticus, ut in Emendatione temporum fusius notavi: circa quod tempus, pro recepta & probabiliori sententia, evenit terræ motus, & Uzias viginti quinque annis ante mortem leprâ percussus erat; ad quod astruendum unicum hoc præter usitatiora argumentum adducemus: cum enim Jothamus* 2 *Reg.* 15. *&* 2 *Chron.* 27. *viginti quinque annos natum fuisse quando incepit regnare tradatur, Junius & Tremellius, ab annis Ahazi & Hezekiæ, locum istum non de regni ejus initio post mortem Uziæ explicandum satis perspectum habuere: eum*

vero ad ſuſceptam à Jotham regni adminiſtrationem, loci patris Uzie, 24. anno regni lepra affecti, haud æquali ſolertia exegere: ſic enim pater quatuordecim annos natus eum genuiſſet, quod poſſibile licet minus probabile videbitur. Jotham igitur, ut mea fert ſententia, filius viginti quinque annorum morte Uzie vocatur, ratione adminiſtrationis ſuæ loco patris: quod ab eo quod in libro de Emend. Temp. notavi aſtruitur, eandem ſcilicet phraſin non de ætate ſola ſed aliis quoque rationibus in lib. Jud. & Chro. adhibitam eſſe; ut inter tradendum annos Saulis, Ahazie regis Jude, Jechonie, aliorumque ſe res habet. Ahaz Jothami filius viginti annos natus regnum ſuſcepiſſe dicitur, quod de ætate ſua perinde intelligere eſt, ac ſi à patre decem annis ante mortem rex conſtitutus ſit, ſuſcepto nempe, ut videtur, bello contra Ammonitas, cujus fit mentio, 2 Chron. 27. eaque ratione fieri potuit ut anno ſequente gignat Hezekiam, qui viginti quinque annos natus regnare cœpit; quod de ætate ſua tuto explicari poteſt. Junius autem & Tremellius, quo melius difficultatem quæ natale Hezekiæ in duodecimum annum Ahazi rejicere videtur ſuperent, Ahazum viginti annos natum fuiſſe affirmant, non quando ille ipſe, ut במלכו ubique valet, ſed quando ille alter, patrem volunt Jothamum, regnare cœpit; quod uſui hebraicæ affixa ו in fine vocabuli prorſus adverſatur, reciproca enim eſt & proximè præcedenti perſonæ non remotæ, pro illorum conſtructione, referenda; nec locus iſte quocum hunc conferunt eorum verſionem confirmat, nempe 2 Chron. 36. 9. ubi Jechonias viginti annorum filius vocatur במלכו, quam phraſin de initio regni patris ſui Jehoiakimi explicant: quippe idem Jechonias octodecem annorum filius, ſcilicet ratione ætatis, בְּמָלְכוֹ dicitur 2 Reg. 24 quod ſi de initio regni Jehoiakimi locus ille intelligatur, non 18 ſed 19 annorum filius, cum pater undecem annis regnaverit, fuiſſet Jechonias. Sed longe quidem vero ſimilius eſt, quod eodem modo quo Ahazias Rex Jude cum regnare cœpit viginti duorum annorum filius ratione ætatis appellatur, 2 Reg. 8. 26, idemque eodem tempore quadraginta duorum annorum filius 2 Chr. 22. 2. re-

reſpectu

respectu scilicet regni Samariæ, ab Omri è parte materna avo ædificatæ, illi vero exitiosæ, cum & ibidem & illius occasione interfectus fuerit: pari etiam ratione Jechoniæ, qui octodecem annos quum regnare inceperit natus esse dicitur, eodem tempore octo quoque annorum filius idem vocatur, ratione scilicet Imperii Babylonici atque captivitatis sibi fatalis, eâ enim regno pariter ac libertate excidit. Hac autem solutione initium captivitatis Babylonicæ confirmatur, non à Jechoniæ ac Ezechielis prima transportatione, ut autumant Junius & Scaliger, recensendum, sed ab Imperio Babylonico, anno imperii Nabuchadnezaris primo & Jehojakimi quarto, quando Daniel cum sociis deportati erant, uti ad initium Prophetiæ ejus scriptum legitur. Idem à Propheta Jeremia c. 25. clarius explicatur, qui Propheta erat primarius cui hoc revelavit Deus, ac caput illud locus principalis ubi septuagenarium Imperium & Captivitatem Babylonicam una ortum & occàsum habitura prædicitur: hæc etiam supputatio ab eodem Propheta c. 29. v. 10. amplius astruitur, quo loco Judæos captivos alloquitur, eos præcipue qui non ita pridem cum Jechonia deportabantur, & nondum res suas ob spem citò revertendi componebant, ita vero se habet, Sic ait Jehova,, ubi implebuntur septuaginta anni, *non* לכם בשבות vobis in captivitate, *sed*, לבבל Babyloniæ, *hoc est Imperio Babylonico ab initio regni Nebuchadnezaris*, ego vos reducam; *dum vero Ezechiel hanc captivitatem à Jechoniæ, suaque deportatione aliquando supputat, &* nostram *appellat, tantum abest à sententiæ nostræ diminutione, ut plane confirmet, hanc enim tam à Danielis quam Zedekiæ captivitate omnino distinguit. Quod ad alterum prædictum locum attinet Ezech. 4. & 5. de ferenda iniquitate domus Israelis 390. diebus, Jehudæ vero 40; quod patientiam divinam erga transgressiones suas denotavit, priusquam extremam illis excandescentiam infligeret. Annos autem illius longanimitatis divinæ initium tertiæ ac ultimæ obsidionis Jerusalaimorum per Nebuchadnezarem excepisse, diserte notat Propheta c. 5. cum in ejus præfiguratione v. 2. tum explicatione v. 12. Prophetæ enim*

dicit Deus v. 2. Tertiam partem pilorum tuorum combures in civitate, quando dies obsidionis (*hoc est* 390 *dies decumbendi lateribus, quæ actio typus erat obsidionis Ez.* 4. 2. 8.) completi erunt: & accipiens alteram tertiam percuties gladio circa illam, reliquam vero tertiam disperges in ventum, nam gladio exserto persequar istos. *Commate autem* 12 *hoc ita explicat Deus*, tertia tui pars peste morientur, & fame consumentur in medio tui; (*nempe per angustias & permanentiam obsidionis Chaldaicæ*) tertia autem altera gladio cadent circa te; (*hoc est, ex urbe contra hostem erumpentium, aut rure latitantium & à depradantibus repertorum*) reliquam vero tertiam in omnem ventum dispergam, (*capta scilicet urbe*) & exserto gladio persequar eos. *Unde patet, Deum triplicis suæ excandescentiæ executionem incepisse, tam ad finem* 390 *dierum obsidionis Ezechielis, quam ad initium ultimæ istius Jerusalaimorum ac realis obsidionis, quæ penitus illa delevit. Nihilominus Junius & Tremellius terminum divinæ patientiæ per* 390 *annos, ad sextum ab initio Chaldaicæ obsidionis annum, & quartum urbis captæ ac deletæ referendum autumant: qua ratione evenisset illa post infli&tam penè triplicem iram, exceptis quibusdem parvulis istius reliquiis, quarum mentio quidem fit in typo v.* 3. *&* 4. *verum ob exiguitatem in interpretatione ejus nusquam memorantur; verba sequuntur*, Excipies inde paucos numero, (*ex iis nempe qui capta urbe dispersi erant*) quos ligaturus es in alis tuis: & ex istis adhuc accipies quos projicies in ignem, & combures eos igne: inde (*id est, de typico incendio pilorum*) prodibit ignis in totam domum Israelis. *Hæc ultima periodus tres versus typum exprimentes concludit, qui, cum priore parte quarti commatis, ad finalem deportationem reliquiarum Judæorum captivorum à Nabuzaradane refertur,* (*vicesimo tertio anno Nebuchadnezaris,*) *ac si is esset terminus divinæ patientiæ per* 390 *annos: cum videatur potius ad cædem ac tumultus ab Ismaele excitatos pertinuisse, vel ad Johananem Judæos à Nabuzaradane cum Gedalia relictos*

lictos in Ægyptum istorum occasione deportantem, (quod severis admodum minis prosequitur Jeremias, cap. 42, 43, & 44.) proximo post captam urbem autumno, necnon undecimo anno Zedekiæ ac decimo nono Nebuchadnezaris. Verum ultima reliquiarum Judæorum à Nabuzaradane in captivitatem deportatio, finis erat exactæ triplicis pœnæ hic loci prædictæ, post finitos 390 annos patientiæ, ut ipsi quoque fatentur: initium pariter exequendi judicium sexto anno antehac fuisse confitentur, 17 anno Nebuchadnezaris & 9 Zedekiæ; uti & amplius ab eodem Propheta Ezechiele declaratur cap. 24. qui sic auspicatur; Deinde fuit verbum Jehovæ ad me, anno nono, mense decimo die 10 mensis, edicendo, fili hominis, scribe tibi nomen hujus diei, hunc eundem diem: incumbit Rex Babyloniæ in Jerusalaima hoc ipso die, &c. *Eodem itaque tempore 390 anni divinæ tolerantiæ finem haberent necesse, sex annis citius quam illi autumant. De initio autem eorundem 390 annorum longius adhuc aberrant, ablatione enim viginti duo annorum à regnis regum Judaicorum, circa 27. annum regni Solomonis illud collocare coguntur: cum quidem vero annorum 390 fine in nonum annum Zedekiæ, sexennio ante tempus ab iis statutum, recidente, initium pro eorum supputatione in 21 annum Solomonis aut eo circiter incideret, ante secundam Dei apparitionem, dum rectum adhuc & sanum cor ejus extiterit: præterea, ipsa Israelitarum à Judæis distinctio per 390. & 40. annos, non obscure innuit horum initium ante divisum à regno Judæ Israeliticum nullatenus evenisse, idem vero & imperium & domum regnante Solomone ea constituerunt. Nec ullo S. Scripturæ fundamento nituntur illi, dum circâ 27. aut 28 annum Solomonis hoc statuunt: cum tot urbes conditi, alique eximia post viginti annos Domus Dei suæq; ædificatæ ac viginti tres regni 1 Reg. 9. 10. 2 Chron. 8. 1. opera præstita, eum non nisi senem, quod diserte traditum inveniemus 1 Reg. 11. 4. uxoribus suis amore adhæsisse arguant; hoc autem post triginta minimum & tres annos à suscepto regno, ac intra septem ante mortem evenisse videtur. Id vero quod*

in

in hoc argumento pro confesso habent, Israelitas nempe Regis exemplo ductos ad Idololatriam à Deo avertisse (quam sententiam quidam è nostratibus secuti, hoc modo amplificant, Rege ad cultum Idololatricum chorum ducente ceteri omnes facile collapsi sunt) *neque Regum libris nec Chronicorum invenire contigit: hoc solum occurrit* 1 *Reg.* 11. 31. Sic ait Jehova Deus Israelis, ecce ego laceraturus sum regnum hoc è manu Solomonis, & daturus tibi [*Jeroboamo*] decem tribus. *Commate vero* 33. Eo quod dereliquerunt me, & incurvarunt se Ashtarothæ Zidoniorum, Cemosho, & Milcomo: neq; ambularunt in viis meis faciendo quod rectum est in oculis meis, videlicet, statuta mea & judicia mea, sicut David pater ejus. *Quod si in hæc verba quæratur, quinam rei sint? hoc certo responsum ratio suaderet, ii scilicet quos tot judiciorum minis prosequebatur Deus; non ipse populus Israeliticus, nec decem tribus concessæ Jeroboamo, qui optimum adhuc regem fore, necnon domum adinstar Davidis firmam habiturum expectabatur v.* 38. *Sed semen Davidis, uti se habet v.* 39. Affligam quidem semen Davidis propter hoc, *nempe Solomonem ejusque familiam, qui ab extraneis uxoribus serviisque allectus templa iis pro idolorum cultu concessit; qua instantia excepta Solomonem Israelitica idololatriæ amplius fuisse autorem non invenio, licet de Jeroboamo filio Nebati, qui Israelitas à domu Judaica primus divulsit, ubivis & in quocunque ferè Regum capite inculcatur, bis vero terve ab initio ejus regni ad dejectum regnum Israelis. E quibus locis hic sufficiat Prophetia Ahijæ Shilonitæ ad uxorem Jeroboami* 1 *Reg.* 14. 15. 16. Præterea percutiet Jehova Israelem agitans quemadmodum agitatur arundo in aqua; & convellens Israelem à terra hac optima quam dederat majoribus eorum, disperget eos procul ultra ipsum flumen: eo quod fecerunt lucos suos, provocantes Jehovam. Denique exponet Israelem, propter peccata Jeroboami quibus peccavit, & quibus ad peccandum induxit Israelem. *Quod si ad peccandum eos antea induxerit Solomon maledictio*

Jeroboamo

Jeroboamo non usque graviter incubuisset. E prædictis constat, initium 390 annorum Ezechielis non in aliquam regni Solomonis partem incidisse; verum in initium Jeroboami filii Nebati ejusque altaris idololatrici Bethele erectionem: initium pariter iniquitatis Jehudæ ab eodem nono anno Zedekiæ numeratum, ad duodecimum annum Josiæ, quando repugnantibus Israelitis idem altare dejecit, esse reducendum; quare anno sequente Josiæ 13. prophetiam suam incepit Jeremias, ac contra Israelitas pietatem Josiæ indigne ferentes judicia divina denuntiavit. Annus Josiæ decimus octavus ob Paschatem suam, multoq; magis quod annus erat Jubilæi, inclaruit, quo nomine ab Ezechiele ad initium prophetiæ notatur; quamvis Junii & Tremellii chronologia hoc non patiatur, verum quadraginta annorum iniquitatis Judæ, quos memorat Ezechiel, hunc fuisse initium supponat; quod terminus divinæ patientiæ, nonus sc. annus Zedekiæ, pro vero haberi neutiquam permittet.

Nabuchadnezar, 33. Monarchiæ suæ anno, qui 27. erat captivitatis Jeconiæ & Ezekielis, Ezech. c. 29. v. 17. cum Tyrum tandem debellasset, post longam, cruentam, & laboriosam obsidionem (quippe quæ 13 annos duravit, uti affirmat Philostratus à Josepho allegatus in prædicto lib. 10. sub finem cap. 11.) haud ita multò post Ægyptum invasit, eamque facilè subjugavit, utpote antea debilitatam, primum bello Cyrenaico, ac deinde longo civili bello, uti colligere licet simul comparatis Herodoto & Diodoro Siculo, in imperiis Hophræ sive Apriæ, & Amasis. 33 3433

Nabuchadnezar mortuus est postquam 43 annos à patris sui morte regnasset, sicut affirmat Josephus in prædicto loco, atque iterum lib. 1. contra Appionem, ejusdem Berosi authoritatem proferens, & Astronomicos Regum Babylonicorum Canones, simul & Ecclesiasticos citans, qui omnes (secundum nostram Chronologiam) insigniter consentiunt cum fine 2. lib. Regum, & prophetiæ Jeremiæ, ubi dicitur filius

ejus Evilmerodac regnum ſuum incepiſſe deſinente 37 anno captivitatis Jehoiakini. 43 3434

Evilmerodac duos annos regnârat, luxui atq; ignaviæ deditus, uti apparet ex eodem Beroſi loco, cum *Naragalrazar* (ſive *Naragalſharazer*, idem, ut videtur, qui à Jeremiâ c. 39. v. 3. primus omnium Nabuchadnezaris principum, ad Hieroſolymæ expugnationem, nominatur) qui ſororem ejus, Nabuchadnezaris filiam, uxorem duxit, totius Monarchiæ regimen in quadriennium geſſit, dubium an tantiſper dum *Evilmerodac* vixit, an poſt illius mortem, tanquam Protector filii ejus nondum ephebi. 49 3449

Narogalrazar poſtea conatus filium ſuum *Labuzarchad*, Nabuchadnezaris nepotem à parte filiæ ejus, ad Monarchiam efferre, eâ de cauſâ occiſus eſt, intra novem menſes ab illo regiminis ſui quadriennio, ut colligere licet ex eodem Beroſi loco. 50 3450

Nabonnedus (ſeu Labynitus, alias *Belſhazar* ſive *Baltazar* vocatus) filius Evilmerodaci, filii Nabuchadnezaris, ut patet ex Jerem. c. 27. v. 7. & Danielis c. 5. v. 2, 11, 13, 18, & 22. poſtquam 17 annos regnaſſet (quod tempus ſimul & Hiſtoriam Scaliger præ ſe ferens emendare, miſerum in modum utrumq; corrupit) Cyrus Perſa bellum illi cœpit inferre. Beroſus eodem loco, Aſtronomicus inſuper Canon Regum Babylonicorum & Perſicorum, Ptolemæo adſcriptus, videtur ad 22 annum regiminis Cyri in Perſiâ hujus belli principium referre, in quantum Monarchiæ illius principium 9 annos ante ejus mortem conſtituit. 67 3467

Cyrus 2da poſt ſuſceptum bellum æſtate Babylonem cepit, ut narrat Herodotus, idque noctu, dum menſe Looo, ſeu Sextili, temulentum celebrabat feſtum, ſicut præter Herodotum & Xenophontem Athenæus affirmat, lib. 15. anno 24. regiminis ſui in Perſiâ, & c. ante mortem ſuam, teſte Xenophonte, 36 annos & pauços aliquot menſes poſt Tyrum à Nabuchad-

buchadnezare expugnatam, secundum annos præfectorum illius, adnotatos in fragmento Phœniciæ historiæ, à Josepho allegatæ, lib. 1. contra Appionem; & 70 annos post Hierosolymam à Nabuchadnezare primo captam. 69 3469

Belshazare eadem illâ nocte cæso, atque eodem modo quo narrant Herodotus & Xenophon, quasi Danielis essent interpretes, Darius (filius Ahashueri, ab Herodoto Cyayares vocatus) Rex Medorum, & ut videtur frater Nitocris, uxoris Nabuchadnezaris, aviæ Belshazaris, (quem Berosus in Media educatum fuisse dicit) atque etiam Cyri avunculus, postquam maximam ætatis suæ partem in aulâ Babylonica egisset (quod similiter colligi potest ex Abydeni & Megasthenis fragmento, licet Scaliger non minus hic à veritate aberravit, quam prius in Belshazaris tempore & historiâ) regnum Chaldæorum in se suscepit, 62 annos natus, Dan. c. 5. v. ult. & c. 9. v. 1. idque vix unum annum & semestre spatium gessit. 70 3470

Canon VII.

Monarchia Persica, ab inito Cyri absoluto dominatu, ad Darii Codomanni ultimi Imperatoris cædem, & Babylonem ab Alexandro Macedone captam, 204 annos duravit. Multi autem nostrâ hac ætate viri doctissimi, & qui in Hebræo Sanctorum Prophetarum originali textu peritissimi videntur, nullius rei veritatem firmiorem & magis irrefragabilem existimant, atque hoc, quod ab initâ Cyri Monarchiâ ad mortem & resurrectionem Domini & Servatoris nostri Christi, veri Messiæ, 70 ad summum interceserunt annorum septimanæ, (i. e.) 490 naturales anni: ex quo supposito à Monarchiâ Persicâ 80 fere annos decurtant, ei 130 tantum annos ad summum attribuentes. Imo sunt qui tanquam hoc parum esset, plus

130 annos tollunt, 70 tantum relinquentes. Sed quod ad priores attinet, bonâ eorum veniâ, dicimus eos à rectâ Prophetæ interpretatione aberrare.

Et primo in interpretando Danielis loco, ad finem capitis 2. duplici notabili errore implicantur. Prior est, dum verbum legationis, velut responsi nomine à Deo per Angelum Gabrielem, ad Danielem precantem missæ com. 23. cum verbo edicti, sive gratiæ factæ pro restauratione urbis Hierosolymorum à Persarum Imperatore processuræ com. 25. confundunt. Dum enim *Daniel* annorum 70 à Jeremia Propheta memoratorum numerum, de desolatione Hierosolymitica jam propè absolvendum ex libris, intelligens, verè religiosi & pii hominis more, ut Dei providentiæ & consilio prædeterminato de eâ restaurandâ obsecundaret; ad preces & supplicationes Deo pro eâ offerendas se accingit; dicit ei Angelus com. 23, Deum præ magno erga eum Amore, & ut promissionem per Prophetam Esaiam cap. 65. com. 24. omnibus servis ejus fidelibus factam compleret, *eritque nondum clamantibus ut ego respondeam; adhuc ipsis loquentibus, ut ego exaudiam*; ab ipso precis initio per se nuntiasse & respondisse, non de illâ re pro quâ precatus erat, sed de illâ pro quâ precaturus erat, imo priusquam precem fuderat; &, ut illud *verbum* ostenderet, se venisse. Hi autem homines Gabrielem dixisse volunt, *verbum* gratiæ factæ, aut edictum de restauratione urbis Hierosolymorum eodem tempore promulgari: in quo plurimum falluntur. Precatio enim hæc à Daniele facta erat anno primo Darii Medi, imperatoris Chaldæorum & insuper Medorum & Persarum, id est, totius regni Monarchæ, eo tempore 120 provincias continentis, ut apparet ex cap. 6. priusquam regnum occupaverat Cyrus; durante quo Darii regno nullum gratiæ factæ aut Decreti *verbum* leginus, vel pro reædificatione Urbis Hierosolymorum, aut Templi, vel de captivitate Judæorum

rum remittendâ, usque ad primum Imperii Cyri Persarum regis annum, postquam Deus omnia Terræ regna ei dederat, ut in Chronicorum fine, & Ezræ initio refertur.

Posterior illorum error est, quod Persarum Imperatoris decreti sive gratiæ factæ verba com. 25. male interpretantur. viz. להשיב ולבנות ירושלם Ubi duo verba ad duo diversa attributa, sive prædicata, sive consequentia, vel, ut Grammatice loquar, duos diversos casus accusativos referunt, priori verbo prædicatum sive accusativum ex proprio cerebro addentes; quasi expressis verbis scriptum esset להשיב את העם ad faciendum populum redire; aut להשיב את שבות יהודה ad restituendam captivitatem Judæ. Atq; ita hac interpretatione tempus urbis reædificatæ, cum tempore templi restituti ac à captivitate reditus misere confundunt; quasi urbis restauratio per eandem gratiam factam & edictum, & eodem tempore cum his esset concessa. Sed hoc nihilo melius est, quam verbo Dei addere, cui nihil debet addi, & à quo nihil auferri. Et sane negotiis publicis mediocriter versato facile constabit, impunè non laturos, qui sibi veniâ imperatoriâ ædificandi sacellum vel templum, in loco aliquo iis pro habitatione destinato, concessâ, exinde urbem mœnibus cinctam & præsidia condere sine gratia ampliore auderent. Verum est, hostes Judæorum Ezræ cap. 4. com. 12. iis talem accusationem coram uno ex sucedentibus Persarum Imperatoribus, literis intentasse, sed falso & maledice, ut in læsæ majestatis suspicionem adducerentur: quod contra eos in tantum prævaluit, ut ob eam causam à templo ædificando cessare coacti fuerint, pro quo venia prius erat concessa. Et observatu dignum est, quod expresse repetitur sub finem ejusdem capitis, *tunc impeditum esse opus domus Dei qui habitat Hierosolymis*: non dicitur opus murorum, aut urbis Hierosolymorum restitutio, quæ nunquam aggressi sunt. Ambo

ideo

ideo illa verba ad Hierosolyma referri debent, ut ad proprium suum prædicatum. Vera autem interpretatio & recta Hebraismi sive Phrasis Hebraicæ expositio ex ejusdem commatis fine colligi potest, ubi Angelus ambobus iisdem vocabulis utitur, duobus inquam conjugatis eorundem Thematum & radicum, & duobus aliis derivativis eorundem primitivorum similiter conjunctione copulativa connexis, ut effectum & completionem ejusdem Gratiæ manifestam redderet, viz. השיב ובנתה quæ quandoquidem juxta maxime receptam interpretationem sonant [*vicus & mœnia*,] *reædificabuntur* (& revera nullo alio omnino sensu possunt concipi) quis restat dubii locus, Gratiæ factæ verba, ad quam plane & directe referuntur, ut ejus completionem significantia, recte interpretanda, & in eodem sensu accipienda, viz. להשיב ולבנות *ad faciendum reædificare sive restituere Hierosolyma*, sine ullo respectu vel ad restaurationem Templi, vel captivitatis reditum; quia hæc erant præterita. Sed tamen dum hoc aliter exponunt, non sibi constant; contradicit enim ei, quod vocabulum דבר decretum improprie & incongrue explicent, dum in eo enallagen sive mutationem numeri singularis in pluralem imaginantur. Intelligunt enim, quasi hoc modo exponi deberet, A promulgatione duorum edictorum, prioris de captivitatis reditu, posterioris de restauratione urbis Hierosolymorum, ad Messiam Principem septem erunt Hebdomadæ, & sexaginta duæ Hebdomadæ; eo intimando septem esse Hebdomadas à priore edicto ad posterius, & sexaginta duas à posteriore ad Messiam. Sed ut secundum Græcum Adagium, Lydiæ & Phrygiæ sunt proprii & distincti limites, ut altera alterius terminos non invadat; ita hæc duo edicta temporibus, autoribus, & objectis aperte distinguuntur; nec omnino debent inter se confundi. Porro vocabulum דבר edictum, hic

in

in ſingulari numero poſitum, nullam anſam præbet intelligendi Cyri edictum Zorobabeli de captivitate reducendâ conceſſum, ſed tantum Artaxerxis ad Nehemiam de urbe reſtituenda. Et præterea quantum ad Cyri edictum, Dei ſapientiæ placuit, exemplar authenticum ſive regiſtrum & ipſiſſima ejus verba in lucem produci anno Darii ſecundo Ezræ cap. 6. ut teſtatum fieret, id ſtricte & præciſe ad Templum reſtaurandum definiri, ſine ulla omnino de urbe aut ejus mœnibus reſtituendis intimatione. Ubi etiam notatu digniſſimum eſt, ipſum Darium, dum Cyri edictum de reſtauratione Templi & continuo cultu ibidem ratum facit ampliatque, ne verbum quidem de urbe aut mœnibus Hieroſolymorum addidiſſe. Ita gitur ad Danielem preces fundentem pro urbe & templo Hieroſolymitano reſtaurando, quæ deſolata erant, & etiam tota Judæa incolis orbata, cujus reſtitutionem finitâ captivitate jam prope venturam ſperabat; Deus angelum ſuum eum informandi gratiâ miſit, urbem ex captivitate redeunte populo, & Templo reſtaurato, tandem reædificandam; ſequentibus tamen variis afflictionibus, quarum levandarum ſola ſpes in Meſſia eſſet repoſita; ipſum tamen cum inter ſuos veniret non agnitum iri, ſed morte mulctandum; ob quam cauſam in majores quam antea paſſi ſunt calamitates relapſuros, donec urbs & Sanctuarium funditus everterantur. Nihilominus electis, cum quibus ad magnum numerum gratiæ pactum confirmaret, tempus adventus ejus innoteſceret, & ut reprobis nullus ignorantiæ prætextus relinqueretur, hanc certam & infallibilem temporis illius notam futuram, viz. quod manifeſtaretur & poſtea occideretur, ſeptuageſimâ annorum Hebdomada à gratia facta (tandem Nehemiæ ab Artaxerxe Longimano Perſarum Imperatore, viceſimo ejus currenti anno conceſsâ) de urbe Hieroſolymitana reſtauranda, viz. de eâ foſſa muroque cingenda & munienda, & de reparandis & ſupplendis

ſupplendis vicatim ædibus. Nehem. cap. 6. com. 15 & c. 7. 4to & ſeptimo commatibus.

Conſona huic ſententiæ in emendatione mea temporum ad annum mundi 3553 & viceſimum Artaxerxis Longimani, nonnulla ſcripſeram (qui liber editus erat anno vulgari 1609, & illuſtriſſimo Principi noſtro Henrico dedicatus) interim Reverendus quidam Theologiæ Profeſſor quique alias de Eccleſia Dei bene meritus eſt, D. W. qui ſcriptis in prophetiam Danielis Commentariis, anno 1608 deſinente, verum non ante 1610 impreſſis, interea temporis, dum prelum expectabant, aliqua iis inſeruit, quæ nonnulla capita à me tractata redarguebant. Prima in quam incidi reprehenſio occurrebat p. 304. ubi immediate poſt laudatum Pererium Jeſuitam, ut ſæpius poſthac, mei mentionem facit; nec mei quidem ſolius verum etiam Calvini, viri me longe ſuperioris, qui Pererio eſt dignior ſeniorque; quare autem id faceret nullus video. Ad me ſiquidem quod attinet, Pererii annotationes aut in Danielem aut aliam quamcunque S. Scripturæ partem nunquam vidi: nec eſt cui Jeſuitarum tractatus minus arrident. Cum autem nullum protulerit locum D. W. in eadem cum Pererio loquor, niſi quæ apud antiquiſſimos Eccleſiæ Patres & ſcriptores, Julium Africanum, Euſebium, Hieronymum, & patres ab Hieronymo in 9. cap. Danielis citatos invenire licet: manifeſtum eſt eum cum recentiorum ſcriptis & Pererii commentariis potius quam veteribus verſatum fuiſſe: ſi enim aliqualem cum patribus habuiſſet conſuetudinem, tantam mihi infamiæ notam ut ſim Pererii diſcipulus nunquam inuſſiſſet, cui nihil eſt cum Pererio commune, præter Patres illos, qui omnium ubique ſtudioſorum, tanquam is quem ducimus aer, in jus cedunt, quæq; ipſi diverſo tamen modo à me & Jeſuita exponuntur. Verba D. W. ſic ſe habent. Pererius cum aliis, D^o ſcilicet Lydiato lib. de Emendatione temporum an. mundi 3553. ſeptuaginta hebdomadas à viceſimo anno Artaxerxis Longimani incepiſſe contendunt, (*quæ ſententia*

entia est Julii Africani Christianorum Chronographorum primarii & antiquissimi, nec non post eum plerorumque Ecclesiæ Patrum longè receptissima) à quo ad urbem repandam missus erat Nehemias c. 2. 8. Quod cum tempore mandati (*hic memorati*) de ædificandis Hierosolymis optimè convenit: & quo nomine Nehemias laudatur Eccluſ. 49. Sed è contra 1. Nehemias non quidem primus urbem reædificavit & murorum fundamenta posuit, quæ prius facta sub alio quodam Artaxerxe Ezr. 4. 12. pro Cambyse habito. *Respondeo. Non quidem pro Cambyse illum habeo, sed Cambysis prædicti fratre, seu potius Mago isto qui ejus nomine regnum occupavit. Quæ tamen nuda est ac precaria affirmatio è mendacibus hostium nominis Judaici placitis mutuata, quamque olim confutavi. Sed sequitur illico hujus confirmatio.* Nehemias (*inquit ille*) urbis tantum ruinas supplevit & instaurabat Neh. 2. 15. ante enim ejus adventum portarum mœniorumque fit mentio. *Respondeo. Legimus quidem de muris sed perruptis, de portis etiam at absumptis igne, quas instauratum venit Nehemias; qui sequente cap. 3. idem amplius ac speciatim indicat, cujusque scilicet porta & murorum interjacentium ædificationem, à porta ovina incipiens & ad eandem circuitu facto reversus. Quod si hæc in sacra pagina non comparerent, lectori audaci asseveratione fortassis fucum faceret D. W. sed sperandum fidem potius verbo divino, quam cuilibet confidenti assertori adhibendam.* Sed progreditur adversarius, dicitq; Templum ante annum Longimani vicesimum, nempe sexto absolutum fuisse: sed non est verisimile rem maximi momenti templi constructionem 70 septimanarum solenni Epochâ minime contineri. *Respondeo. 1. Darium Hystaspin cujus anno sexto Templum absolvebatur, & Artaxerxen Longimanum cujus vicesimo anno mœnia Hierosolymorum instaurata erant, eandem fuisse Personam contendere, (quod Matthæo Beroaldo, Hugoni Broughtono,) aliisque nonnullis visum, pariter absurdum, ac si quis Henricum VII. Angliæ regem & Edoardum*

Edoardum VI. nepotem omisso Henrico VIII. intermedio rege, eundem fuisse velit. Porro objicere per nostram hypothesin Templi ædificationem 70 septimanis excluså quam intra eas inclusam esse probari non potest; quid aliud est, quam sapientiæ divinæ legem scribere? Sed ut quæ res est loquamur, S. Sanctus, cui propositum erat Danieli & populo Judaico signum aliquod infallibile adventus Messiæ, in quo uno omnis eorum spes & expectatio continebatur, à proximo eoque maxime notabili quod præcesserat beneficio, quodque etiam in S. literis consignatum, potius quam à priori aliquo id facturus videatur. Solenne siquidem est Epochas omnes ita instituere, & speciatim Judæis; uti 1. A reditu gentis suæ à captivitate Babylonica primo anno Monarchiæ Cyri, ad instauratum ac dedicatum Templum sexto anno Darii Hystaspis. 2. Ab erecto Templo ad reparata mœnia Hierosolymorum, anno vicesimo Artaxerxis Longimani. 3. A reædificata metropoli per Nehemiam, quod ab ipso Literis consignatum, canonem historiæ Sacræ claudit; cui demum eventui feliciter successurus erat adventus Messiæ.

Alius locus, quem male interpretantur, qui Diploma concessum pro reædificatione urbis Hierosolymorum ad primum Cyri Monarchiæ annum referunt, est sub finem cap. 44. Esaiæ: ubi Deus per prophetam ita loquitur, com. 24. *Ego Jehovah facio omnia.* Com. 26. האמר לירושלם *qui dicit Urbi Hierosolymitanæ, habitaberis; & Civitatibus Juda ædificabimini, & vastitates illius erigam.* Com. 27. האמר *qui dicit profundo, exiccare, & flumina tua arefaciam.* Com. 28. האמר *qui dicit Cyro pastori meo, ut omnem delectationem meam perficiat,* sub finem addit, האמר לירושלם dicens Hierosolymis, *ædificantor, & Templo, fundator;* hac ultimâ clausulâ volunt subjectum sive antecedens, nominativi vicem supplere ante infinitivum vel potius Gerundium לאמר id est, personam loquentem Cyrum esse, quæ revera est ipse Deus, emphatice

tice ſub finem repetens, illuſtrans, & amplificans ſermonem quem de Hieroſolymis prius feciſſet, juxta maxime receptum & genuinum ejuſdem Gerundii inter Hebræos uſum, quod ad prius loquentem referri ſolet; ut in iſtis phraſibus היה דבר יהוה אלי לאמר *& fuit verbum Jehovæ ad me, edicendo*; & ut emphaticam & vehementem aſſeverationem ſignificaret, ויאמר לאמר hic inquam Deus ipſe eſt qui ſemel iterumque dicit, & conteſtatur, Hieroſolyma eſſe ædificanda; idque, licet non Cyri, alicujus tamen ex ejus ſucceſſoribus in eadem Monarchia, decreto: Templi vero ſive Sanctuarii, pro quo etiam reſtituendo Daniel oravit, ipſius Cyri edicto fundamenta ſaltem ponenda. Nec poteſt illud Dei dictum de Cyro, *cap.* 45. Com. 13. *ædificabit urbem meam, & deportatos meos remittet*, aliter quam hoc modo intelligi: ipſe ædificabit urbem meam, aut ſaltem deportatos meos remittet qui tandem eam reſtituent, non ſine venia ab aliquo in eodem imperio ſuccedente conceſſa; quod ipſum deportatos remittendi mentio poſt urbis reſtitutionem ſignificat.

Quanquam hæc ad ea quæ contra me objecit D. W. pag. 308. *comment. in Danielem repellenda ſufficiant; ubi dicit*, edictum Cyri ſolam ædificandi domum Dei facultatem dedit Ez. 1. 6. hoc autem mandatum, de cujus egreſſu loquitur angelus, inſtaurandi Hieroſolyma veniam conceſſit. Ita arguit Pererius contra mentem Clementis Alexandrini, nec non Lydiatus anno 3553. *Ulterius reſpondeo. Quæ contra Clementem Alex. objecit Pererius cum librum ejus nuſquam viderim, equidem non novi: me vero contra illum litem non moviſſe certus ſum, nec quid is Pater dicat (quippe nunc temporis expedite eum conſulere non poſſum) omnino memini. Sed in contrarium ita progreditur D. W.* Licet ad ædificandam domum Dei edictum Cyri particularius referatur, ad reſtauranda tamen mœnia urbemque li-

centia iis unà dabatur, ut videre est Ezr. 4. 12. *D. isto autem loco satis superque ne iterum allegetur moneo sim. responso quod olim formavi, & ad quod refutandum post locum ab illo bis citatum ne gru quidem protulit D. W. Qui eo loci ego scripsi sic se habent*, Ante vero hoc tempus ne verbum quidem neq; in Cyri, neq; in Darii Hystaspis, neque in priore hujus Artaxerxis edicto pro Judæis, de urbe, sed tantum de Templo Hierosolymitano restaurando extat. Hostes quidem Judæorum ad priorem Artashastum scripserunt, eos reædificare urbis mœnia: sed ipsos edictum Cyri protervè & perfide transgressos esse, simularunt impudentissima calumnia, ut apparet. *Quæ vel refutasse debuit D. W. vel eundem locum bis postea non adduxisse. Quod autem ad facultatem instaurandi urbem attinet, quam sub edicto de Templo ædificando comprehensam fuisse arguit, ad notissimam juris regulam diligentius respexisse debuit, Statuta esse strictius interpretanda, multo magis ad pœnam obligatoria; quod in causa est cur tam frequentes de fide in his rebus præcise absolvenda cautiones occurrunt, nec non plurimos ob hæc transgressa in jus vocatos videre licet. Verum progreditur ille adducitque, ad causam sustinendam seu potius litem rediintegrandam, (quanquam ut logicis notum, inconveniens argumentum non solvat) locum Isaiæ quem jamjam explicavi, & in Emendatione mea temporum leviter tantum attigi. Ejus verba sequuntur*, Alias prophetia illa Isaiæ de Cyro non fuisset impleta cap. 44. 28. Edicturus Cyro pastori meo, ut omnem delectationem meam perficiat; utque edicat Hierosolymis, reædificantor, & templo, fundator. *Quo modo impleta erat illa prædictio in tantum explicavi, quantum satis alicui cordato faciet.*

Post vim locis propheticis illatam, hi qui concessam reædificandi Hierosolyma facultatem ad Cyrum referunt, ut septenariorum Danielis ratio constaret, quem numerum ipsi peculiare & quasi sacrum esse volunt, quasdam S. Scripturæ Genealogias præ se ferunt jactitantque, quibus ex-

nos non plus centum triginta Monarchiæ Persicæ tribuendos se evicisse autumant. Atq; imprimis ab ætate Zorobabelis arguunt, quem principem fuisse adultæ satis ætatis ac vigoris ad commissum sibi regimen sustinendum, nempe populi Judaici à captivitate reducis, summo jure asserunt. Equidem ipse quoque sentio cum cum provinciam illam suscepisset annum egisse ætatis ad minus triceſimum; Jeoshuamque sive Joshuam, qui etiam vocatur Jeshua, Pontificem maximum, cujus pater Jezedekus ante quinquaginta duos annos deportatus erat captivus, eo seniorem fuisse. Unde etiam recte colligunt, improbabile admodum esse, centum & sex annos inde prateriisse ad constructum dedicatumque templum, iis tam diu una viventibus, annis nempe fere 140, secundum Josephi Scaligeri, Casauboni, Livelei, aliorumque placita, qui illud non ante sextum annum regni Darii Nothi absolutum tradunt. Imo tantum abesi ut sententiæ prædictæ adhæream, ut neque his acquiescam qui reprehensâ illâ ipsi interea quadraginta minimum & novem annos (primos nempe septem 70 hebdomadarum Danielis) ante conditum illud completos fuisse contendunt; quo tempore Zorobabel simul ac Jeshua octoginta annos nati ambo fuissent : præsertim vero cum fateantur, manifestum esse è Propheta Aggæa cap. 2. quod intra quatuor exinde annos, nempe secundo ejusdem Darii, qui ædificandi templum novam dedit facultatem, post impeditum illud opus à tertio anno Cyri, & aliquando penitus intermissum, quidam adhuc in vivis erant, qui primum Templum intactum viderant, atque secundum à priori multis passibus superari judicare poterant : qui singuli, quod nec adversarii infitias eunt, necesse habuerunt decimum annum ætatis egisse instante excidio prioris, cujus magnificentiam adnotarunt & recordati sunt : unde unusquisque eorum jam centum & septem annos ad minimum natus fuerit. Hisce difficultatibus sese impediunt, torquendo & male applicando primas septem Danielis Hebdomadas ad responsum illud Judæorum Servatori nostro factum, Evang. Joh. cap. 2. v. 20. Quadraginta sex annis ædificatum erat hoc Templum; vel quod

quod propius accedit ad significationem indefiniti ἀόριστου.
Quadraginta sex anni jam transierunt in ædificando hoc Templo: *quod intelligendum est de Templo, non Zorobabelis & Jesbuæ, sed de magnifico isto à Rege Herode extructo, per mirabilem Dei providentiam, at longe præter Herodis consilium; quo commodius recipere posset Dominum nostrum Servatorem mundi, Apostolosque ejus, & eorum auditores. Quod non absolutum erat nisi quinto plus minus anno ante ejusdem totale quod sequebatur excidium, quod ex emendatione nostra & recensione temporum satis patebit omnibus qui non ideo sponte oculos claudunt ne forte viderent. Tempus vero quo Judæi secundum Templum aggressi sunt reædificare, cum Clemente Alexandrino ex antiquissimis Christianis patribus, & Eusebio Hieronymoque in chronicis, juxta Prophetas Aggæum & Zechariam, statui septuagesimo anno post excidium prioris, secundo Darii Hystaspis; ejusque absolutionem & dedicationem sexto ejusdem anno, decimo octavo post reditum Israelitarum; quando valde probabile est tam Zorobabelem quam Jesbuam quinquaginta annos natos fuisse: quod accidit quinquagesimo fere anno (intra tres nempe vel quatuor) post primam Cyri dominationem in Persia, vigesimo quarto plus minus ante ejusdem Monarchiam. Hoc primam dedit ansam male applicandi hæc verba Judæorum, ædificationi Templi per Zorobabelem & Jesbuam, quæ isti homines, absque omni rationis prætextu, multo aliter exponunt; non numerantes tres primos annos Monarchiæ Cyri, quibus annis magis processit opus, quam illis aliis præter quatuor ultimos sub Dario Hystaspe: cur enim non multo potius dixissent Judæi, Quadraginta novem, quam quadraginta sex annis, si de Templo Zorobabelis intelligi voluissent; & de septem primis Danielis septimanis, inchoantibus à captivitatis reditu & jactis fundamentis?*

Secundo à sacris Genealogiis, nimirum ab ætate Ezræ argumentum ducunt pro contrahendo Imperio Persico, qui, ut ipsi affirmant, erat filius Seraiæ summi Pontificis, quem interfecit Nabuchadnezar cum incendit Templum

Sol.

Solomonis: unde inferunt, si ponatur illum eodem anno natum, erit ergo quinquaginta circiter annos natus ad reditum è captivitate: & quod Scaliger & Liveleus volunt, centum & quadraginta cum Hierosolyma profectus erat, septimo anno Artaxerxis memoris: centum & quinquaginta, vicesimo ejusdem Artaxerxis anno; quo simul cum Nehemiâ celebravit septimi mensis festum Hierosolymis, post ædificatos eorundem muros; qui omnes conficiunt annum ætatis ducentesimum: ad quem quidem neque ego, neque ipsi Ezram pervenisse credunt. Imo cum ipsi non possint in quacunque historia, seu sacra, seu Ethnica, vicesimum annum alicujus unquam Artaxerxis invenire intra sexagesimum quintum annum post sextum Darii Persæ, quo secundum templum dedicabatur, (num Darium Hystaspen eundem cum Artaxerxe Longimano statuere ridiculum est,) eundemq; quadragesimum nonum annum post primum Cyri, sicut ipsi volunt; excusatum me habebunt si minime crediderim illum potuisse centesimo sexagesimo quinto anno ætatis, vel (si excluseris totos Xerxis viginti annos) centesimo quadragesimo quinto, ab aurora usque ad meridiem per dimidium diei spatium stantem legere & exponere legem populo, quod ipsi illum fecisse agnoscunt ex c. 8. Nehem. Quare quandoquidem in c. 7. libri sui Genealogiam suam hoc modo ponit, Ezra filius Seraiæ, filii Azariæ, &c. filii (rursus) Azariæ, filii Meraioth, &c. cur non tam probabile est omisisse illum, inter ipsum & Seraiam, tres vel quatuor è proximis suis progenitoribus qui fratres Pontificum erant natu minores; qui Josedecum etiam Pontificatus hæredem omisit: quam certum est conferendo eundem locum cum 1 Chronicorum cap. 6. ab eodem Ezra conscripto, omisisse illum sex simul inter Azariam (qui regem Oziam è Templo expulit) & Meraioth. Rursus cum in initio Nehemiæ cap. 12. inter sacerdotes qui è captivitate cum Zorobabele & Jeshua redierunt, mentio facta est cujusdam Ezræ, quem eundem esse volunt cum isto Scriba qui Hierosolyma pervenit septimo anno Artaxerxis, cur non tam verisimile est hunc ab illo diversum esse, quam certum est duos immediate præcedentes, nempe Seraiam &

Jeremiam,

Jeremiam, diversos fuisse à Seraiâ summo Pontifice à Nebuchadnezare interfecto, & Jeremia sacerdote & Prophetâ : nonne aque probabile est duos fuisse Ezras septuaginta annorum spatio post reditum; quam duos imo tres Seraias, alterum nempe filium Neriæ, Jer. cap. 51. v. 59. & duos Jeremias intra quinquaginta annos ante illum? Sed de duobus Ezris plus inferius in sexto argumento.

Tertio prætexunt Genealogiam & ætatem Mordecaii qua de re librum uti audio scripsit Hugo Broughtonus neque enim videre adhuc contigit. Iste Mordecaius ut colligunt ex c. 2. Esth. ad Babylonem captivus ducebatur cum Jeconia Rege Judæ 8 anno Nebuchadnezaris. Quo tempore supponunt illum ad minimum octavum annum ætatis egisse, ideoque ad reditum è captivitate, sexagesimum; & in medio Xerxis regno (sicut ego cum ceteris illum collocavi, supponendo Xerxem eundem esse cum Assuero magno, & majorem quolibet ante ipsum Persarum Imperatore, juxta Danielem Prophetam & Herodotum historiæ ethnicæ parentem) pene centesimum vicesimum: adeo scilicet provectum ætate, ut Haman, superbus licet, non potuit tamen humanitus expectare ut ad genua ejus senex adeo procideret. Nec poterat post mortem Hamanis promotus res civiles administrare, sicut administrasse illum fertur. At ubi dictum est cap. 2. Esth. v. 5. Vir Judæus erat Susis in urbe regia, cujus nomen Mordecai, filius Jairis, filii Schimhi, filii Kischi Benjamitæ, qui deportatus fuerat Hierosolymis cum deportatione quæ deportata fuit cum Jeconia Rege Judæ, &c. *non, prout ipsi volunt, intelligendum est Mordecaium deportatum fuisse, sed Kischum Mordecaii Proavum, ejusdem nominis cum Kischo Regis Saulis patre, licet multis post illum seculis. Adeo ut genealogia & ætas Mordecaii optime conveniat cum regno Xerxis; cujus circa medium verisimile est illum quinquaginta annos natum fuisse, vel paulo amplius. Rursus quandoquidem in 2. cap. Ezræ & 7. Nehem. mentio facta est cujusdam Mordecaii qui rediit è captivitate cum Jeshua & Zorobabele, cur non aque supponantur duo Shimei, (quorum unus*

filius

filius Kiſchi, alter ex ſtirpe Davidis filius Geræ) tres vel quatuor Jaires, & innumeri pene Saules?

Quartam habent prætextum ætatem Nehemiæ, quem & initium & finem Imperii Perſici vidiſſe aiunt: quod ſiquidem intra unius vitæ terminos continetur, imo partim inteceſſit, non videtur ultra annum centeſimum trigeſimum extendi poſſe. Initium Imperii vidiſſe illum contendunt ex cap. 2. Ezræ, ubi Nehemiæ etiam redeuntis è captivitate primo anno Cyri, cum Zorobabele & Jeſhua mentio facta eſt. Et quo hunc eundem eſſe Nehemiam confirment, afferunt propria ipſius verba in 7. cap. Nehem. ubi dicit, & inveni libellum recenſionis eorum qui aſcenderant primum, in quo inveni ſcriptum. Hi ſunt homines illius provinciæ qui aſcenderunt è captivitate illius deportationis quam deportaverat Nebuchadnezar Rex Babyloniæ: qui reverſi ſunt, Hieroſolyma & in Judæam, quiſque in civitatem ſuam, qui venerunt cum Zorobabele & Jeſhua, Nehemia, Hazaria, &c. *Qui locus tantum abeſt à confirmanda illorum ſententia, ut illam plane ſubvertat: diſertis enim verbis aſſerit Nehemias, quod poſtquam extruxiſſet muros Hieroſolymitanos*, indente Deo in animum, congregavit clariſſimos antiſtites & populum ut fieret generis recenſio; & invenit libellum recenſionis eorum qui aſcenderant primum, *ſcilicet ante ipſius ætatem. Unde patet iſtum etiam Nehemiam qui primo anno Cyri è captivitate rediit, multis annis illo majorem fuiſſe qui Hieroſolymorum muros extruxit, & populum congregavit. Et quomodocunque evenit ut, (Deo occaſionem miniſtrante exequendi decretum ſuum) Hanani frater Nehemiæ, quem in Judæam prius miſerat, inde rediens illum urgebat ut ſolicitaret Imperatorem Artaxerxem ad readificanda Hieroſolyma, & Nehemias ipſe pincerna regis, impetrata venia Judæam ea de cauſa proficiſcendi, ad ſtatum diem reverti teneretur: Miror tamen hoſce homines non conſiderare, quod iidem Ezra, Mordecaius & Nehemias, quibus cum universa Judæorum gente facta erat copia redeundi primum è captivitate*

vitate cum Zorobabele principe, & Jeshua summo Sacerdote, non potuerunt post dedicatum altare Hierosolymis ve Dei cultui, repetere Ethnicas & idololatricas gentes qu reliquerant, ibique morari; nisi pari cum Israelitis is reatu, vel forsan majore, qui post excessum ab Ægy ductu Mosis & Aaronis, cordibus tamen suis illuc iterv reverterunt. Ego verisimile duco neque obscure traditu in 7 & 8 capp. Ezra, multos Judæos in plurimis provi ciis Imperii Babylonici, variis de causis impeditos, po captivitatem non omnino Judæam repetiisse: sed ubi depor tati erant & sedes posuerunt, ibidem cum posteris suis re mansisse; adeoque nec Mordecaium Judæum, qui Esthera filiam avunculi sui Abihil Susis educavit, unquam Hie rosolymis fuisse; nec Ezram Scribam, ante septimum, ne Nehemiam Artaxerxis pincernam, ante vicesimum ejs dem imperatoris annum. Ubi hoc insuper de ætate Mor decaii observo, fuisse Estheram quam educavit ille avun culi ejus filiam, adeoq; fairum Mordecaii patrem & Abi patrem Esthera fuisse fratres. Etsi ergo Mordecaius dici tur illam tanquam suam educasse, haud tamen verisimile e hunc illa seniorem fuisse pluribus quam triginta annis; ideo neq; Estheram, cum Xerxes illam duxit septimo anno regi decimum octavum vel saltem vicesimum annum ætatis su pergressam fuisse; neque Mordecaium, quinquagesimum Idem dicendum de ætate Nehemiæ, qui quo tempore pin cerna munere fungebatur ad mensam Imperatoris Persici videtur annos viginti quinque natus fuisse, scilicet in ips flore ætatis; cum tamen Nehemias iste, qui memoratu inter primores eorum qui cum Zorobabele & Jeshua redi runt, non possit supponi minus quam viginti annos natus quibus si addantur quadraginta novem, juxta horum calcu lum, ad dedicationem Templi sexto Darii, & quadragin ta ad minimum (omisso Xerxis regno) ad vicesimum annum proximi Artaxerxis, constabit illum hoc tempore centum & decem habuisse annos. Corporis certe ea ætate infirmitas & species minus venusta aliquem ad munus illud obeun dum prorsus inidoneum redderent: è contra tantus fuit oris

ejus

jus decor & alacritas, ut cum ex precibus & Jejunio solito
ristior evasisset, Imperator id statim adverteret, unde
Nehemias iram ejus valde metuebat. Istis regerunt,
duos Mordecaios, duos Ezras, totidemque Nehemias sup-
onere, idem esse ac duos Moses, duos Samueles, aut Da-
vides somniare. At interim constat duos vel tres Joshuas,
duos aut tres Josephos, duos aut tres Daniles extitisse,
multosque alios qui sub eodem nomine in Sacris Scripturis
frequentius occurrunt quam ut hic recitare æquum sit. Inte-
rim tamen quantum opus isti moverunt attendite, tres egre-
gios viros excerpendo, qui nullos habent in veteri testamen-
to cognomines; quamvis nondum evicerint, nec comprobare
possint, plures ita appellatos durante veteris testamenti de-
cursu, licet scriptis minime consignatos, nusquam compa-
ruisse. Quod autem ad Nehemias attinet, nunquid no-
vum videbitur, alterum vixisse anno primo Cyri, alterum
post 80 annos vicesimo Artaxerxis Longimani, cum con-
stet duos simul eodem anno vicesimo interfuisse ædificationi
murorum Hierosolymitanorum, alterum filium Hacaliæ to-
tius provinciæ Præsidem, nec non & libri authorem: alte-
rum vero filium Azbuk præsidem dimidii Bethzur, qui
in cap. 3. vers. 16. memoratur suam partem murorum
struxisse. Jam Nehemiam vidisse finem Monarchiæ Per-
sicæ colligunt ex cap. 12. ubi non semel mentionem facit
Jaduæ, qui summus erat pontifex cum Alexander Macedo
illam subegit. Sed neque id sequetur; agnoscunt enim omnes
Jaduam gravem admodum annis & venerabilem fuisse, adeo
ut illum Alexander in occursu valde sit reveritus. Hinc
illum haud temere supponamus 90 annos natum; inde sub-
ductis 55 annis succedere poterat patri Jonathani vel Joha-
nani in summo pontificatu, anno ætatis 35, Artaxerxis vero
Memoris anno regni vicesimo; inde subductis iterum 66 annis
perveniemus ad 20 annum Artaxerxis Longimani, quo
tempore supposuimus Nehemiam 25 circiter annos natum.
Sic verisimile est illum anno 92 ætatis vidisse Jaduam sum-
mum Pontificem; obiisse tamen plusquam 50 annis ante finem
Monarchiæ Persicæ. Utcunque tamen non necesse est suppo

nere Jaduam vel ultra 80 *annum ætatis vixisse, cum Alexander Monarchiam obtinuit; vel intra* 40, *cum succes. patri in pontificatu, nempe circa* 35 *annum Artaxerxis Memoris, vel consequenter plus quam* 5 *annos natum ad mortem Darii Ochi vel Nothi. Nehemiæ verba in cap.* 12. *hæc sunt, versu* 10. Et Jeshua genuit Joiakimum, & Joiakim genuit Eliashibum, & Eliashib, genuit Joiadam & Joiada genuit Jonathanem, & Jonathan genuit Jaduam. Et diebus Joiakimi Sacerdotes erant primores patrum, *&c. rursus vers.* 22. Levitæ diebus Eliashibi Joiadæ & Johannis & Jaduæ conscripti sunt primores patrum & Sacerdotum, durante regno Darii Persæ. Levitæ primores patrum conscripti erant in libro Chronicorum usque ad tempora Johananis filii Eliashibi. *Ex quibus verbis, quod dixi in emendatione mea temporum ad sextum annum Darii Hystaspis, & dedicationem templi, ego possum & volo defendere: nempe nihil aliud colligi posse, ex eo quod Nehemias Jaduam nominavit inter pontifices, quam circa finem Darii Nothi, quo tempore Nehemias* 70 *plus minus annos natus librum suum scripsit, Jaduam natum fuisse pontificatus hæredem, quo munere verendus senex fungebatur, temporibus Darii tertii & Alexandri. Poterat enim certe, eodem divini spiritus afflatu quo istam canonicam scripturam composuit, Jaduam etiam tunc temporis natum hæredem Jonathanis Pontificis recensere: cui debito tempore successurus erat, licet post mortem ipsius Nehemiæ. Quod quidem me judice plane innuunt Nehemiæ verba: nam in vers.* 22. *si intelligi voluisset Jaduam jam successisse Johanani, sicut Johanan successerat Joiadæ, distulisset certe copulam ad Jaduam, dicens Eliashib, Joiada, Johanan & Jadua, cum vero posuerit unam ante* Johanan, *alteram ante* Jadua, *nobis inäicat Johananem sive Jonathanem (idem enim sunt) ultimum fuisse eorum qui adhuc ætu successerant; Jaduam vero cum illo conjunctum, hæredem esse ad quem jus succedendi pertineret. Quod versu proximo manifestius roddit, ubi resumendo quod prius dixerat, ne ullus sit erroris locus, sat habet dicere,* Levitæ conscripti

cripti erant in libro Chronicorum usque ad tempora Iohananis, *absque ulteriore mentione Jaduæ; quasi nonlum esset, sed ex jure successionis futurus esset summus Pontifex; ideoque post illum neque Sacerdos neque Levita quisquam nominatur. Contra hanc meam assertionem objecit D. W. ante dictus pag.* 306. *commentarii sui in Danielem, illumque secutus D. Speed in suis genealogiis, Manassem minorem natu fratrem Jaduæ nupsisse filiæ Sanballeti Horonitæ, tempore Nehemiæ, quod affirmat ipse Nehemias* 28. *v. cap. ultimi, confirmat etiam Josephus lib.* 11. *antiq. Jud. ideoq; Jaduam longe ante mortem Nehemiæ natum fuisse. Sed considerare debuerant, quod huic objectioni ibidem præcautus occurri, ponendo quod illi neutiquam infirmarunt, nempe narrationem istam Josephi aut diversam esse ab illa Nehemiæ, aut falsam. Loquitur enim Nehemias de uno filiorum Joiadæ, Jonathanis fratre, Jaduæ avunculo, nomen tamen reticet, seculo integro ante Manassem Jaduæ fratrem minorem à Josepho memoratum. Porro arguunt, non Nehemiam solum, sed & Adversarium ejus Sanballetum Horonitam, Ethnarcham Samariæ, socerum avunculi Jaduæ secundum Nehemiam, Manassis vero ejusdem fratris junioris secundum Josephum, vidisse initium & finem Imperii Persici. E contra vero breviter rogo, unde fit ut Sanballetus Socer avunculi Jaduæ, non potuit esse pater Sanbelleti illius qui Socer erat junioris fratris Jaduæ? Unde iterum non potuit nomen Sanballet æque attribui Ethnarchis, sive Marchionibus Samaritanorum, & Gerezitarum, vel saltem duobus tribusve ejusdem lineæ cum uno forsan alterius nominis interjecto, ac Darius & Artaxerxes Imperatoribus Persicis, Antiochus & Seleucus, Syriacis, Ptolemæus Alexandrinis, vel (ut propius accedamus ad nostra tempora) Edoardus & Henricus Anglis, Ludovicus & Carolus Gallis, Jacobus Scotis, Philippus Hispanis, &c?*

Sexto, ex istis viginti duobus viris, qui in 12. *cap. Neh. memorantur cum Zorobabele rediisse; duodecim afferunt quos affirmat Nehemias in* 10. *cap. adhuc regiminis*

ſui temporibus ſuperfuiſſe. Ubi primo aſpectu cauſam ſuam prodere videantur, duodecim tantum nominando cum fuerint 14 ad minimum ejuſdem nominis. Nam poſt Seraiam primum omittunt duos proximos Jeremiam & Ezram, cogitantes forſan ſe ante de Ezrâ ſatis dixiſſe: qui licet non nominetur in 10. cap. inter eos qui fœdus ſignarunt (ut neque Eliaſhib ſummus Pontifex) tamen 8. capite memoratur ut Scriba primarius, iterumque 12. capite ad dedicationem murorum ut ductor dimidii manipuli in fine v. 31. antea etiam in verſ. 16. in concluſione totius ſermonis de ſolenni jejunio, & obſignatione fœderis, deque curanda templi religione, & frequentia urbis, genealogiiſque ibidem recitatis, ubi Nehemias jungit Ezram Sacerdotem & Scribam cum ſeipſo, durante tempore præfecturæ ſuæ poſt Pontificatum Joiakimi, omiſſo nomine Eliaſhibi tam hic quam antea ad obſignationem fœderis; forſan quia familiaris erat & affinis Tobiæ Ammonitæ, cui poſtea cubiculum conceſſit prope templum, contra expreſſum articulum fœderis: de quo queritur Nehemias ſequente capite. At proh affectatam iſtorum cæcitatem qui ſe opinioni cuipiam manciparunt! nonne enim hic ſigillatim exprimuntur, cap. 12. v. 12. filii tam iſtius Ezræ & Jeremiæ, quam uniuſcujuſque iſtorum duodecim quos memorant iſti rediiſſe è captivitate cum Zorobabele & Jeſhua ſecundum diverſos Sacerdotii gradus, poſt mortem ipſorum, diebus Joiakimi ſummi Sacerdotis, quemadmodum ipſe ſucceſſerat patri ſuo Jeſhuæ in Pontificatu poſt mortem ejus? nempe Seraiæ ſucceſſiſſe Meraiam: Jeremiæ Hananiam: Ezræ Meſhullamum: Amariæ Jehonanem: Mallucho Jonathanem, &c. excepto ſolo Miniamine, qui vice ſucceſſoris Phalti Maadimum conjunctum habet; eo, ut videtur, quod Phalti alterius filius, natam duxit alterius filium non habentis; omiſſo etiam Hatuſh, forſan quia orbus erat: nihilominus nomen ejus non inuſitatum fuiſſe diebus Artaxerxis Longimani patet ex 8 cap. v. 1. Ezræ, memorantis quendam iſtius nominis ex ſtirpe Davidis ſe ad Hieroſolyma comitatum fuiſſe præter illum ex Sacerdotibus in 10. cap. Nehemiæ. Quid ſi plures ejuſ-

dem

dem nominis, diebus Jeshuæ pontificis, redierint in proxima generatione, post filium ejus Joiakimum? nonne ubique ferè & semper usitatum est, nepotibus avorum nomina imponere? nonne idem manifestum est in genealogia ponificum durante regno Judæ à Davide ad captivitatem, prout recitatur ab Ezra in 6. cap. 1 Chron. constans ex 14. viris at 9 tantum diversis nominibus? Bis enim reponitur Amarias, bis Ahitub, bis Zadok, ter Azarias: Azariâ qui regem Uziam expulit è templo, nepote existente Azariæ patris Johananis. Eodem modo 12 aut 13 eorum 22 Sacerdotum inferioris ordinis qui Hierosolyma reversi sunt cum Zorobabele & Jeshua, videntur fuisse aut avi aut abavunculi, aliterve in tertio generationis gradu continentes Sacerdotes cognomines, qui fœdus signarunt cum Nehemia, diebus Pontificis Eliashibi nepotis Jeshuæ, & Ezræ Scribæ. Nec mirum si eadem nomina recurrant 80 annorum spatio in nobilissimis Sacerdotum familiis, quandoquidem Christo, dum in terris moratus est, unicum præcursorem habente, & 12. tantum Apostolos, fere coævos, 4. eorum paria erant ejusdem nominis; ex istis enim 2 fuere Johannes, 2 Simeones, 2 Jacobi, & 2. Judæ. Multo minus mirari debemus si inventi fuerint 2 Mordecaii, 2 Ezræ, & 2 Nehemiæ post captivitatem, tanto annorum intervallo; & ita manifeste distincti ut jam à nobis exhibentur.

Septimò & ultimò ingerunt Adversarii seriem genealogicam Servatoris nostri à captivitate deductam prout recensetur ab Evang. S. Mat. ut sententiam suam de imperii Persici amputato durationis spatio adstruerent; nimirum 490 tantum annos fuisse inter reditum è captivitate & passionem Domini nostri. S. Mat. enim numerat Josephum maritum Mariæ (qui vixit usq; ad 12. annum Christi) decimum tantum à Zorobabele; cum tamen S. Lucas Neri patri Salathielis (circa tempus quo Nebuchadnezar Jeconiam regem Judæ captivum duxit) vicesimum locum à Nathane, Davidis filio, intra spatium 490 annorum tribuat. Ergo cum 490 anni ante captivitatem vix conficiant 20 generationes;

haud

haud probabile est, decem postea majorem numerum occupa-
ras. Jam primum respondere liceat, nec sapientis esse
pii unum Evangelistam alteri opponere: nonne enim satis
notescit S. Lucam etiam non solum viginti generationes,
viginti & unam numerare, tam à captivitate ad Servatorem
nostrum, quam à Nathane Davidis filio ad captivitatem
cum tamen S. Matth. in utra vis serie 14 tantum ponat? N.
14 quidem in una, nisi Jakimum vel Joakimum admitt as, ju-
ta quedam exemplaria: quae ego secutus ita lego, & Josias ge-
nuit Joakimum & fratres ejus (Jehoahazum & Ze-
kiam) & Joakim genuit Jeconiam, circa tempus depor-
tationis Babylonicæ. Post deportationem autem Jec-
nias genuit Salathielem, &c. Ita juxta S. Matthæum
Joakim decimus quartus est à Solomone, & Christus decim-
quartus à Jeconia. At juxta S. Lucam Salathiel vicesi-
primus est à Nathane Solomonis fratre, & Christus vi-
simus primus à Zorobabele Salathielis filio. At pro nu-
ro 14 S. Matthæi dicendum est, quod sicut conceditur ill-
in priore intervallo tres vel 4 reges omisisse, ita in poste-
re forsan eodem jure 4 vel 5 ex eorum posteris omisit. Ne-
cum Titelmanno, Stella, aut quocunque alio, curiosus n-
mina omissa absque canonicæ scripturæ authoritate inseram
sed in hoc acquiescam, quod quandoquidem Evangelis-
æquum duxit reges quosdam Judæ in priore serie omittere
illi certe non incongruum visum est in posteriore totidem, v
plures forsan, (puta sex) ex inferiore stirpe Davidis,
qui regio honore privati erant, transire. Nec illud teme-
fecit, quippe qui non tam naturalem, quam legalem genea-
logiam Christi designavit, ut illum probaret legitimum hæ-
dem regni Israelitici. Sicut ergo prius dixerat Joramum
genuisse Uziam, quem revera genuit Amazias, cujus qui-
dem proavus erat Joram: ita postea dixit Jechoniam ge-
nuisse Salathielem, innuens quod Jechonias cum nullos ha-
beret liberos juxta prophetiam Jeremiæ, ad finem capitis
22. Salathielem filium Neri è stirpe Nathanis hæredem
sibi instituit. Et deinceps cum Beata Virgo Maria Mater
Domini nostri, e familia Zorobabelis è stemmate nimirum

Abiud,

Abiud, videatur oriunda, & maritus ſuus Joſephus è ſtemmate Rheſæ: primarios tantum è ſtirpe Abiud recenſens dicit, quod Jacobus eorum ultimus genuit Joſephum maritum Mariæ: innuens, ut opinor, quod Jacobus nullos habens filios, ſed tantummodo filias, quarum Maria Domini noſtri parens erat natu maxima, Joſephum maritum ejus filium ſibi & hæredem aſcivit. Ex alterâ parte Lucas cum innuiſſet quod Chriſtus (ſc. νομιζόμενος) eſſet filius legalis tantum Joſephi: deinde affirmat Joſephum filium naturalem fuiſſe Eli, & majores ejus omnes ad Davidem uſque, ne uno quidem omiſſo, annumerat. Ex his liquet Davidis Regis poſteros, admodum juvenes, uxores duxiſſe (quod vera & unica eſt cauſa totidem generationum) nempe quod Meſſiam è ſemine ſuo ſperabant oriturum. In ſummorum Sacerdotum proſapiâ aliter ſe res habuit. Siquidem ab anno octavo Davidis, ſcilicet primo regni ejus Hieroſolymis, & ex quo Zadok ſummum ſacerdotium cœperat obire, uſque ad reditum à captivitate Babylonicâ, & initium ſummi ſacerdotii ad quod evectus erat Jeſhua filius Jozedeck: in capite ſexto libri primi Chronicorum prædicto, quingentorum & viginti annorum ſpatio generationes tantum tredecim annumerat: ſiquidem unam generationem quadraginta annis aſſignat. Hiſce conſentanea ſunt quæ perhibet Nehemias in capite duodecimo ſæpius laudato de genealogiâ ſex pontificum ſummorum, á reditu nimirum à captivitate & initio Monarchiæ Perſicæ ad finem ejus; & dico quod argumentum magis probabile inde deſumi poſſit, quo conſtet ad minimum ducentos annos eam continuatam fuiſſe, quam aliunde conficitur intra centum & triginta annos contrahendam. Quippe cum ducentos & quatuor annos à morte nimirum Darii Medi ad mortem Darii Codomanni ab Alexandro devicti continuatam illam ſupponamus, annis ducentis & quatuor per 6 diviſis, ſex ſummis iſtis Pontificibus ſigillatim ſumtis, anni tantummodo triginta & quatuor concedentur. Cui conſona eſt Chronologia Herodoti, qui hiſtoriam Perſicam à Cyro ad ſeculum ſuum ſcripſit, & circa medium imperii illius floruit; vir eruditus

& à Domino Broughtono laudatus, à quo Speedus, ut videt genealogias suas mutuatus est, is in Euterpe: suâ, libro secundo, singulis tribus generationibus vel seculis tum annos assignat. Quibus admissis Jeshua senarii primus, sacerdotium summum ad annum vicesimum primi Darii Hystaspis obire potuerit, anno decimo quinto p dedicationem templi jam elapso; & circiter annum septu gesimum vel octogesimum ætatis suæ mori. Joakim fil ejus, sacerdotum secundus, usque ad annum quartum A taxerxis Longimani, juxta chronologiam meam superes Et revera Ezra Hierosolymam profectus anno septimo A taxerxis, & in libro suo illius mentionem nullam facien sed capite decimo, versu quinto, narrans quod camer Johannanis filii Eliashab ingressus erat (tunc temporis verisimile est pontificis summi) ut cum illo de uxoribus ali nis repudiandis, quas Judæi in matrimonium duxeran consilium iniret; intelligere nos vult, Joiakimum tunc tem poris emortuum fuisse. Eliashib igitur tertius, circa tri ginta annos permanere potuerit ad annum usque trigesimu quartum ejusdem Artaxerxis. Joiada etiam quartus, circ annos triginta, ad annum decimum septimum Darii Noth & biennium ante mortem ejus. Jonathan vel Johanan quintus, circiter annos triginta sex, ad annum trigesimu quartum Artaxerxis Memoris: & Jadua, sextus & ulti mus, ut prius diximus, circiter annos quadraginta ad finem usq; Monarchiæ Persicæ superstes erat. Cum his ii qui ge nealogiarum sacrarum obtrudunt inæqualitatem, confera Jeshuæ sex summorum Pontificum primo, à reditu à capti vitate ad dedicationem templi quinquaginta annos assi gnatos; & quinq; reliquis tantummodo octoginta attributos, id est, singulis annos sedecim, senio Jadua non obstante cum Alexandro obvius veniret; & quod Nehemias in capite de cimo tertio, à quinto ad versum decimum intelligere nos vult, Eliashib adhuc vivum fuisse, post annum trigesimum se cundum Artaxerxis: id est, ab anno ejus septimo non pauciores quàm anni viginti quinque computantur, unde reliquo rum nonnullis vix octo anni superfunt. Quod si Darium

Hystaspem

lyſtaſpem & Artaxerxem Longimanum eundem fuiſſe ho-
inem volunt; tum Joiakimo medio inter Jeſhuam & Elia-
ib, vix unum annum ad Sacerdotium ſuum obeundum attri-
uunt: quamvis Nehemias in capite ſuo duodecimo, adeo
xacte doceat, quinam patres erant ſacerdotum & Levita-
um primarii. Quod vero hi Genealogi Perſicæ Monarchiæ
nnos Olympiadum calculo computare dedignantur, jactitantes
rca minutias morari ſupervacuum eſſe (quaſi alia computan-
i Methodus, accommodatior iſta in Ethnicis ſcriptis maxi-
e uſitata reperiri poſſit, quâ ipſi etiam juxta peritiæ ſuæ
odulum utuntur) moleſtus non ero. Advertendum vero
uod qui ex Divi Matthæi paucarum generationum à
aptivitate ad natum Chriſtum recenſione, pro contrahendo im-
erio Perſico argumentum ducunt: probabilius longe contra-
ium ſuaſiſſent è Divo Luca, qui plures multo generationes
utra idem annorum intervallum recenſuit. Siquidem par
ſt ut credamus, Evangeliſtam Matthæum, cum tres vel qua-
uor Reges in ſecundo intervallo omiſerit, plures inferio-
is ſubſellii perſonas in tertio intervallo omiſiſſe, poſt capti-
vitatem durante Judæorum ſervitute ſub Imperatoribus
Ethnicis. Porro Lucas Evangeliſta Chriſti Servatoris
noſtri parentes à Nathane Regis Davidis filio exorſus, ad
Joſephum recenſet; & novendecim inter Davidem & Neri
patrem Salathielis deſcribit, Jechoniæ coætaneum, qui eun-
dem Salathielem filium ſibi & haredem aſcivit; per ſpatium
ſaltem quadringentorum & viginti annorum inter mortem
Regis Davidis & Jechoniam, & viginti duos inter illum &
Servatoris noſtri natalitium; quamvis generationes noven-
decim priores ſingulæ vix ſuperent ſpatium viginti duo-
rum annorum, attamen 22 generationes poſteriores plures
annos veriſimile eſt continere, ſcil. ſingulas ad minimum vi-
ginti & ſeptem annos, excedere: quippe haud probabile eſt
poſteriores ærumnis vexatos, tam cito uxores duxiſſe & li-
beros genuiſſe, quam priores, Regio ſtemmate oriundos, &
in Regno florentiſſimo omnium rerum copiâ circumfluentes.
Jam vero viginti duæ generationes, quarum ſingulæ viginti
& ſeptem annos continent, ſexcentos annos conficiunt: qui-

bus si addantur hinc anni triginta & tres quos vixit Servator noster; & ex alterâ parte sexaginta & tres Babylonicæ captivitatis à tempore Jechoniæ computatione fact subducantur, quingenti & septuaginta fere anni residuerunt à fine captivitatis ad Mortem & Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi: & ex consequenti, ducenti saltem anni perennantis Monarchiæ Persicæ. Hæ sunt genealogiæ meæ, ut spero, non profanæ, quibus duratio Imperii Persici juxta veterum historiarum fidem adstruitur, quæ pro responsu suffecerint ad tabulas genealogicas, quæ Sacræ Scripturæ authoritatem præ se ferentes, durationem ejus intra centum & triginta annorum spatium contrahunt.

Nec est quicquam quod jure objiciant illi qui annos Monarchiæ Persicæ decurtant, nos hoc modo tempus Incarnationis Christi incertum & obscurum relinquere, quia distantiam inter captivitatis Babylonicæ finem & urbis restaurationem in Sacris literis determinatam non ostendimus: cum Spiritus Sanctus, peculiarem Canonicæ Scripturæ, nempe Nehemiæ librum, directe & destinato huic argumento assignaverit, solenni scilicet illa & notabili murorum & vicorum Hierosolymorum restitutione, à qua Messiæ adventus computari debuit. Porro dicere non gravabor, quod ad Ethnicam horum temporum Chronologiam attinet, ut ut contemtim de ea loquuntur Persici Imperii decurtatores, & quamvis in annorum supputatione, spatio sex plus minus annorum aliquando varietur (quod etiam accidit in regum Judæ & Israelis annis) temporum Epochas designare esse Privilegium summis potestatibus annexum: atq; ideo quandoquidem sapientiæ divinæ visum est, istis quatuor Monarchiis, regimen & Authoritatem supremam in populum & Ecclesiam suam dare; nemini mirum videatur, eum inter alia jura & Privilegia imperalia hoc etiam concessisse, temporum sc. epochas ad annos quos ipsi regnarunt esse exigendas. Quin & amplius ausim dicere

ere, illos, qui ſub ſeptuaginta Danielis ſeptimanaum prius memoratarum prætextu, alii annos fere octoginta, alii fere centum quadraginta ab imperio Perſico amputarunt; pari ratione, tot annos à conqueſtu Normannico poſſe amputare; cum ætas illa viris undiquaque doctis æque vel magis referta eſſet, quam noſtræ fuerunt, ſi anni centum & quinquaginta proxime elapſi excipiantur; & Perſæ bellorum, Legationum, mercaturæ, & ſimilium commercio cum gentibus finitimis non minus, ne dicam magis quam nos ſumus, commiſcerentur. De quo mutuo commercio hoc quoque notandum eſt, quod ſi omnia Perſicæ Hiſtoriæ & Chronica penitus deperderentur, ut bello deſolante & depopulante fieri poteſt, tamen bellorum præteritorum, peregrinationum, Legationum, fœderum, mercaturæ, & aliarum talium occaſionum cum regionibus adjacentibus commercio, poſſibile foret, imo res non magnæ difficultatis, annos regum ſive aliorum ejus magiſtratuum ſummorum, indagare & recolligere. Temporibus autem aut intra aut prope Imperii Perſici terminos, multi inclyti Hiſtorici floruerunt quorum aliqua memoria jam adhuc extat; ut Hecatæus Mileſius in Aſia minore à Cyro devicta; qui etiam itinera ſua per Aſiam regnante Dario Hyſtaſpe ſcripſit, & Mileti in honore erat, cum Ariſtagoras Mileſius ab eodem Dario deſciſceret. Charon Lampſacenus in eadem ab initio Artaxerxis Longimani imperio floruit. Hellanicus Lesbius, in vicinia ante finitum Darii Hyſtaſpis regnum natus erat. Herodotus Halicarnaſſæus in Caria, ante Xerxis Dominii medium; Thucydides Athenienſis, finiente Xerxis Dominio genitus, Artaxerxe Longimano rerum potito claruit. Cteſias Cnidius etiam, qui Artaxerxis Memoris Medicus: ut & Dinon, Cornelio Nepoti in Cononis vita laudatus, & Plutarcho in Artaxerxis Memoris vita Cteſiæ prælatus; præter alios. Quis autem ex omni-

bus his eſt, qui regnorum Perſidis Imperatorum Cyrum ſuccedentium annos non multo melius cognoſceret, quam aliquis noſtrum; annos inquam non dico Turcicorum Ottomanicæ familiæ Imperatorum, ſed ipſius Germaniæ atque Auſtriæ, intra centum proxime elapſos annos? Sed tamen quis noſtrum eſt, non dicam Hiſtoricus, ſed literarum aut Philologiæ ſaltem non rudis, quem oblata annos eorum numerandi occaſione, ignorantiæ non puderet? Sed de hac re diſtinctius aliquanto agere operæ pretium erit.

Anni jam plures ſunt exacti, ex quo Emendationem temporum compendio factam, in lucem edidi, Nobiliſſimoque Principi Henrico Britannicæ Monarchiæ Hæredi laudatæ memoriæ nuncupavi: quâ, præter alia, Nativitatem, & Baptiſmum ſive manifeſtationem, & Cruciatum Domini Chriſti, ad annos ferè quaternos poſt vulgi calculos reſtitui, velut titulo prætuli. Non eram tunc neſcius quam arduum opus aggrederer, ſed neque adeo ſtolidè ferox quin re perpenſâ, tum in Epiſtolâ nuncupatoriâ ingenuè agnoſcerem anceps fuiſſe ſuſceptum, & inſtitutum ſatis audax: tum in ipſo opuſculo, rationum expoſitioni præfatus ſim, vereri me, ne nimis audax & temerarius eo viderer. Rationem vero potiſſimam, illam tertio loco expoſitam profeſſus ſum, quod ſecundum divinum oraculum Prophetæ Danieli prædictum: ſeptuaginta ſeptimanarum decurſu, nempe anni 483 conſummati fuerint, à decreto edito pro reædificatione urbis Hieroſolymorum, ad Meſſiæ Manifeſtationem: quos ego demum deprehenderam, ab Imperatoris Perſarum Artaxerxis Longimani anno viceſimo, quo Nehemias ab eodem Imperatore obtinuerat decretum pro reſtaurandis Hieroſolymorum Mœniis, uſque ad Imperatoris Romanorum Tiberii Cæſaris annum undeviceſimum, quo baptizatus & manifeſtatus fuerat Chriſtus; annis tribus & dimidio, ſive ſemiſſe hebdomadis annalis poſt cœptum prædicari Evan-

Evangelium à Johanne Baptistâ, secundum Evangelistam Lucam, anno decimoquinto Imperii Tiberii Cæsaris. Enimvero antiquissima Christianæ Ecclesiæ Patrum sententia fuit, illarum septuaginta Hebdomadum Danielis rationem ineundam esse ab anno vicesimo ejusdem Artaxerxis: sed is scrupulus mirè eos torsit, quòd nullum eiusdem Imperatoris annum vicesimum invenire potuerint, qui rectâ ad factam Baptismo Manifestationem Christi deduceret, quin eam longius, adeoque ultra finem Imperii Tiberii Cæsaris & præfecturæ Judaicæ Pontii Pilati deferret. Siquidem juxta vulgo receptos calculos annus vicesimus Artaxerxis Longimani congruit anno quarto Olympiadis octogesimæ tertiæ: annus autem vicesimus tertius & postremus Tiberii Cæsaris, quo quasi dimidiâ ex parte acto mortuus est, incidat paulo plusquam medio anno quarto Olympiadis ducentesimæ tertiæ; revolutis interea Olympiadibus fermè centum & viginti, qui sunt anni summum quadringenti & octoginta nec dum completi; quum undeseptuaginta hebdomades consummandæ inter concessum decretum pro restauratione urbis Hierosolymitanæ & Baptisma Christi, postulent integros quadringentos octoginta tres. Ut igitur Baptisma Christi accommodetur saltem citimo undevicesimo anno Tiberii, oportebat anticipare annum vicesimum, & propterea primum Artaxerxis Longimani, plus minus sexennio. Quod equidem ut auderem, primam cepi occasionem ex eclogis sive excerptis (à Photio Patriarchâ Constantinopolitano conservatis) Ctesiæ Cnidii Historici, qui in aulâ Artaxerxis Mnemonis sive Memoris Imperatoris utiq; Persici, nepotis Longimani claruit; & Darium filium Hystaspis, ejusdem Artaxerxis Longimani avum, refert mortuum paucis diebus post prælium Marathonium, eique ascribit Imperii annos summum triginta unum, cui Herodotus cum vulgo historicorum, tribuit triginta sex. Hoc etsi subducto calculo statim haud incommode

commode congruere & quadrare ſenſi, tamen haud ſtatim amplecti auſus fui : quia Cteſiam alibi tanquam à fabulis haud uſq; quaque immunem redargui noram : etiamſi fabulæ illæ non tam annorum calculum, quàm vel hominum actiones ſupra fidem amplificatas, vel miras animantium ceterarumque rerum ſpecies & formas, præſertim in ipſius Indicis hiſtoriis; aut ſiqua ipſum calculum annorum ſpectarent, certè exceſſum potius quàm defectum attingere viderentur. Cteſiæ itaque unius auctoritate & teſtimonio in re graviſſimi momenti niti neutiquam auſus, cœpi ulterius diſquirere, ſi quid in aliis probatis Hiſtoricis eodem ſpectans invenire potuerim : donec tandem apud Thucydidem collatum cum Diodoro Siculo, & Plutarcho & Cornelio Nepote in vitâ Themiſtoclis Athenienſis, animadverti tempus fugæ hujus in Aſiam ad Artaxerxem Xerxis filium nuper imperare orſum, liquido confirmare Imperii hujus initium, Cteſiæ calculo annorum Darii Hyſtaſpidæ prope conſentaneum; quaſi ſexennio citius quam juxta communem opinionem : quemadmodum noſtrâ emendatione temporum expoſui ad annum 3534 à conditu Mundi.

Hic Chronologiæ articulus, ita à nobis delineatus, tantum abfuit, ut eruditorum aſſenſum & approbationem acquirere potuerit, ut contra haud levem invidiam nobis conflaverit, tanquam nugatoris homuncionis commentum & paradoxum, imo parum ſani cerebri mentiſve ſomnium & delirium. Et quanquam quadriennio poſtea, editâ recenſione & explicatione Argumentorum productorum libello emendationis temporum cum additamento plurium, eundem particularius & diſtinctius accommodatum aptatumque temporibus Nati, Baptizati, & Crucifixi Chriſti, confirmavi & illuſtravi : tamen ad merendam fidem plane nihil proficere viſus fui. Quid multa ? Succedebant, nobiſque ingruebant calamitoſa iſta tempora, quorum finem nondum videmus, nec

ſcimus

ſcimus quando viſuri ſimus: quibus nihil ſuperfuerit reliquum nobis ſolatii, niſi quod exinde profectus eximius in ſtudiis bonarum artium oriatur: de iſtis vero uſque adeo aſpera plerorumque experti ſumus judicia, ut quæ ſolatio nobis eſſe debebant, contra magis in pudorem & vituperium, imo dedecus & opprobrium verſa ſint: quando ecce, nobis animum jam prope deſpondentibus, è tenebris emergit, & è ruderibus in apricum profertur, poſtquam iis obrutum annis fermè bis mille delituerat, Marmoreum Chronicon Arundelianum: quod Chronologiæ noſtræ articulum illum primarium, de tempore mortis Darii Hyſtaſpis, è quo cæteri deducuntur, firmiſſimè ſtabilit; adeoq; ejuſdem veritatem diſertè demum ipſa ſaxa prædicant, quam homines hactenus tacuerunt, ſuoque teſtimonio comprobare detrectarunt. Etenim eo mors Darii ſtatuitur anno inſequente prœlium Marathonium, Archonte Athenis Ariſtide, ſucceſſore Phænippi ſecundi, quo Archonte illud commiſſum refert etiam Plutarchus in Ariſtide. At ſunt etiam in illis marmoribus alia nonnulla controverſa; veluti tempus mortis Gelonis potentiſſimi Dynaſtæ Siciliæ, & initium poteſtatis Hieronis fratris ejus, non minus, imo vero magis diſentaneum communi opinioni, quam tempus mortis Darii Hyſtaſpidæ, & initium Imperii Artaxerxis Longimani. Quod nihilominus ego jamdudum ſeparatâ Diatriba è variis probatis authoribus collatis cum Ariſtotele, Politicorum libro 5. capite 12, & Æliano, variæ Hiſtoriæ libro 13. cap. 37. & libro 6, capite 11. euncleavi.

Verum enimvero tanti momenti viſus eſt mihi hic articulus Chronologiæ, ut ſæpenumero de eo cogitanti, libriſque jam diu deſtituto è quibus illum formavi, nonnunquam in mentem venerit ſubdubitare, an recte Authorum verba & ſententias de eo exceperim & expreſſerim. Quâ occaſione, quum ante

unum aut alterum menſem, Thucydidem à Biblio-polâ peterem, præſertim ut Themiſtoclis Hiſtoriam, maximè vero tempus fugæ ejus relegerem & examini denuo ſubjicerem: ille (ecce vero jam iterum, ecce inquam illam quam aſſruo providentiam & diſpenſationem divinam,) mihi non modo non roganti vel expectanti quippiam ejuſmodi, ſed nec cogitanti nec ſominanti quidem, miſit exemplar Epiſtolarum ipſius Themiſtoclis nuperrime utique in lucem editarum, Francofurti è Bibliotheca Eliæ Ehinger Auguſtani; in quibus, nominatim vero Epiſtolâ quæ eſt tertia ſcriptarum ad Polygnotum, tota fugæ ejus Hiſtoria, ipſius penicillo graphicè depingitur: ubi mors Gelonis & initium Dynaſtiæ fratris ejus Hieronis, cum morte Xerxis & initio Imperii filii ejus ita connectuntur & coaptantur, ut neque illa, veluti juxta communem opinionem citius, neque hæc ſerius quam à nobis demum expoſita & declarata ſunt, contingere potuerint: imo quod magis mirandum, altera ab alteris mutuâ quadam neceſſitudine coercentur & compinguntur in eadem ipſa temporum momenta, quibus illa nuper è Marmoribus, hæc tanto antea, à nobis aſſignata ſive reſtituta fuerant.

Quemadmodum enim ipſe de ſe narrat Themiſtocles, quum è primo capitalis ſententiæ contra ſe Athenis latæ nuncio, qui celerrime à Polygnoto Argos venerat, eveſtigio inde Cyllenem Eleorum navalem portum profugiſſet, unde poſt tridui moram tempeſtatis neceſſitate, die quarto ſecundâ proſperaque navigatione Corcyram appulit: Corcyræis, quanquam antea collatum ab illo in ſe beneficium haud diffitentibus, compenſationem tamen, defenſione ejus à Lacedæmoniis & Athenienſibus, parum commode vel oportune exigi cauſantibus moxque aſperius obſequi incipientibus, ita ut multo magis prodituri quam propugnaturi eum viderentur: inde ſtatuit navigare in Siciliam ad Gelonem Syracuſarum Monarchiam

tunc

tunc obtinentem, sibique adeo serio & firmiter adhærentem, ut neutiquam Athenienſibus ad ſupplicium quærentibus obſecundaturus fuerit. Poſtridie vero Auſonii pelagi navigationi in navi Leucadiorum, quam conduxerat, ſe commiſſurum, avertit allatus nuncius de Gelone jam mortuo, & Hierone fratre ejus, qui nuper monarchiam capeſſiverat, magnis turbis conflictante. Protenus itaque eadem navi verſus eſt in Epirum ad Admetum Moloſſorum regem: ubi intra octo vel novem dies ab adventu, poſtridie quam Admetus è Chaonia domum redierat eum deprehendentibus Lacedæmoniorum & Athenienſium miniſtris, & Admeto ad pœnam depoſcentibus, ſupplicem ille, licet alioqui parum benevolè erga ipſum affectus, neutiquam tamen tradere voluit: ſtatimque, ut ex Epiſtolâ ad Temeridam priore intelligitur, permiſit conſcendere onerariam navem Alexandri regis Macedoniæ quæ curſum tunc intendebat Pydnam, inde verò rebatur directura in Aſiam. Sed mox, ut videtur, mutatâ itineris ratione ad fallendum inimicos in Macedoniam ab Admeto miſſus, & Pydnam profectus ad Alexandrum Macedonum regem: ab hoc miſſus eſt ad mare vicinum. Ubi nactus navem onerariam ſolventem in Ioniam, hac conſcenſa vectus eſt. In mari autem ſævâ tempeſtate jactatus, non tam eam horruit Themiſtocles quam quod Naxum deferebantur; Naxum autem eodem tempore oppugnabant Athenienſes, atque in ipſum eorum exercitum advecti ſunt. Quare conſilii inopiâ æſtuare, & verſare animo, fruſtra ſe hactenus inſtitiſſe inutiles ſupplicationes, (ſcilicet Admeto & Alexandro, hunc enim exiſtimo eſſe ejus loci ſenſum,) fruſtraque capeſſiviſſe perniciosam fugam, utpote jam inſperato ipſis Athenienſibus oblatum, & ad eos quos perſequentes fugerat, ipſâ fuga eſſe delatum & obtruſum. Quum verò omnibus qui in navi erant, ignotum ſe putaret, metueret autem ne in exercitu cognoſceretur, haud

quaquam navi exiit. Jamque solitudine & mœstitiâ aliis convectoribus suspectus & invisus est cœperat, usque adeo ut è navi eum eiicere voluissent. Verum Diopithes patriâ Bargylicâ, alter è navis Dominis, quem antea tempore pugnæ navalis contra Persas ad Artemisium, periculo ex objecto crimine proditionis exemerat, eum agnovit, ac benigne allocutus, socium suum, alterum & potiorem dominum navis ad eum adduxit: reque communicatâ, rogavit ut Naxo confestim solveret. Quo vehementer indignante furibundoque se abripiente tanquam statim delaturo rem ad Athenienses: ibi Themistocles non jam precibus agens, sed minitans se dicturum Atheniensibus, ab eo haud quaquam ignaro sed conscio & pecuniis corrupto abreptum è Græcorum potestate; vicissim metum illi iniicit: persuadetque ut accepto præmio solutus inde Ephesum proveheret, quo sequente nocte appulerunt. Hic Persarum nonnullos reperit præsidiarios Cariæ ab Artabazo Satrapâ relictos. Neque metuebat jam narrare Xerxi (nimirum si modo ipse adfuisset, aut si in vivis adhuc foret, utpote de cujus morte antequam appelleret Ephesum, nondum resciviisse videatur; ita enim è sequentibus intelligendum esse constat;) quis esset: palamque nomen suum professus est; seque magna commoda Regis Domui, (videlicet non jam ipsi Xerxi, sed filio & successori ejus in Imperio, quo de post expresse,) allaturum veniisse asseveravit. Illi pollicitationes ejus ad Artabazum perferebant; ipsumque in Phrygiam, ubi Artabanus tunc erat, ad hunc perducebant. Qui cum ex ipso tum alia, tum quod ad regem proficisci statueret, audisset; consilium ejus probavit, & absque mora eum misit: equos duos, totidemque famulos ei largitus, aliosque Persas tredecim comites; quorum congressibus aliquem Persici sermonis usum in ipso itinere comparavit. Hoc confecto ad Regem pervenerunt. Ut verò illi annunciatum est, præ foribus

ejus

ejus adeſſe Themiſtoclem Athenienſem, ad eum ducitur, & ante thronum ejus ſiſtitur, quem ſtantem coram ipſe in throno ſedens intuitus & contemplatus, ita infit, O hoſpes Athenienſis, magna de te fama in aulâ noſtrâ percrebuit, tuque pariter ac Medorum ad Salaminem clades navalis in ore omnium verſati eſtis. Age igitur jam ediſſere nobis, qui, aut quo fretus, in conſpectum noſtrum venire, vocemq; audire auſus es? Tune verò huc adveniſti, Themiſtocles inquam ille, quem Medi aiunt extitiſſe cauſam, ne ego & pater meus (nimirum Xerxes jam mortuus,) Græcorum dominatu potiti ſimus? At enim mihi ſatius fuiſſet Græcos ſubditos habere, quam te punire. Sed ecce, tu illorum vice te mihi obtuliſti: quare inſtitutum tuum laudabimus, atque ſupplicium de te ſumemus. Hujuſmodi orationem quum ille habuiſſet, Themiſtocles quaſi neceſſitate adactus ad concinnandam fraudem, tanquam aliquando ſcilicet pro re natâ bonam vel ſaltem commodam ea utens, ita reſpondet. Supplicium fugiens, ô Rex ſub tuum præſidium me contuli; namq; ſupplicium de me ſumere volebant Græci, pro collatis in patrem tuum à me beneficiis: quo vobis benevoli ſignificavimus, ut claſſis veſtra feſtinè adnavigare Salaminem, diſſidentibus tunc inter ſe, turbatiſque Græcis, & cogitantibus de fuga in Peloponeſum, commodamque rei benè contra ſe gerendæ occaſionem præbentibus. Quinetiam poſtea, cum Pontem ſuper Helleſponto junctum ſolvere vellent, prohibuimus. Quo pacto ſalvi tibi Medi ex Europa reducti ſunt, ego vero propter hæc ad ſupplicium agebar, ſed fuga me præripui, tum ut tibi utilis ſim, tum ut mihi ultionem acquiram. Atque hæc ſe effectui daturum promittit virtus, qua equidem pluribus malis afficiam Græcos jam, quam exiſtimatus ſum affeciſſe, dum cum ipſis eram. Tunc Rex: Quandoquidem reddes nobis Græciam, quam per te nobis abla-

tam existimamus ; & salvus esto, & nullum beneficium frustra à nobis petes : atque ut illi tui sermones ad operam & actum perducantur, curabimus. Deinde postquam in aula Imperatoria aliquamdiu versatus, linguamque Persicam jam probè callens, & eadem responsa dans, magno honore habitus fuisset: retro ad Artabazi præfecturam missus, Lampsacoque, & Magnesia ad Mæandrum, & Mynuce civitatibus ab Imperatore donatus est. Sed non multo postea nuncius ab Imperatore & quidem iterato ad eum mittitur, ut expeditionem contra Græcos susciperet, Medorumque contra Athenas dux esset, cum Athenienſium Navarcho pugnaturus. Quod ne unquam eveniret, omnibus modis se declinaturum, extrema Epistolæ clausula significat.

Itaque ex hac ipsius Themistoclis Epistola luce meridiana clarius fit, mortuo Geloni Dynastæ in Siciliâ, Hieronem fratrem, Xerxi autem Imperatori in Persiâ illius filium, nempe Artaxerxem Longimanum successisse, circa idem tempus fuga hujus, quo Athenienſium classis Naxios oppugnabat. Jam vero quum Naxios ab Athenienſibus debellatos, & ad deditionem coactos scribat Thucydides, antequam iidem tum pedestri tum navali prœlio, eodem die contra Medos in Pamphyliæ ora ad fluvium Eurymedontem, victoriam reportarent, Duce Cimone Miltiadis filio; quam victoriam, nimirum longè celeberrimam, Diodorus Siculus, donario è decima Spoliorum Deo consecrato, inscriptoque octastícho Epigrammate, etiamnum magis nobilitatam ad perpetuam rei memoriam, refert anno tertio Olympiadis 77, Archonte Athenis Demotione ; postquam idem retulisset Themistoclis fugam anno præcedente, ejusdem Olympiadis secundo, Archonte Praxiergo : præterea quum Marmoreum Chronicon haud ita pridem redivivum, Gelonis mortem post septennem dynastiam (legitimam) Syracusis, cœptam anno insequente pugnam Græcorum

rum cum Medis ad Platæas, & Hieronis dynastiæ initium statuat anno primo ejusdem Olympiadis 77, Archonte Charete: necesse est Xerxe Persiæ Imperatore mortuo Artaxerxem Longimanum ejus filium incepisse imperare, trium illorum annorum medio, ipso inquam anno fugæ Themistoclis, scilicet secundo Olympiadis 77, Archonte Athenis Praxiergo. Quod ante annos unum & viginti, nostrâ Temporum Emendatione, Nobilissimo Principi nuncupatâ, post tot seculorum oblivionem denuo observatum, nunc ex ipsius Themistoclis Epistolis, etiam ipsis nuperrimè utique redivivis, & præter omnem expectationem quasi divinitus conspectui nostro nihil cogitanti oblatis, ita etiamnum amplius confirmatum atque illustratum esto. Atque hinc noverit terrarum Orbis, nos illo Emendationum temporis compendio, quanquam ab erroribus haud usquequaque ita emendato ut debebat esse (de cujus enim hominis scriptis, præter quam Scribarum utriusque Fœderis, hoc dicere liceat?) neutiquam tamen imposuisse Principi Serenissimo beatæ memoriæ, vel doctissimis ejus Consiliariis & juventutis Rectoribus qui nos ei commendarunt; tanquam referto Paradoxis inauditis & portentosis: neque sic in eo componendo nos gessisse, quasi vanos & deliros, imo becceselenicos, extaticos, & phœboleptos, portentorum in historiâ promos condos; quoad præcipua illa momenta temporum, quibus ab aliis differimus: quemadmodum à nonnullis nostratium propter hunc ipsum Chronologiæ articulum cæterosque ab eo dependentes, traducti sumus. Discant etiam ipsi adversarii nostri, siqui eo malitiæ appulerunt, ut calamitatum nostrarum auctoribus applaudant, ne detur nobis facultas defendendi confirmandi & illustrandi hæc, quæ magnis laboribus multisque vigiliis à nobis per Dei gratiam, ad Ecclesiæ ejus ampliationem excogitata & restituta sunt, ipsos frustra haud dubiè fore: quia, quamlibet

nos imbecilli simus, & veritas fortis est & prævalebit.

Unum supereſt quod adversariis noſtris regeram, nempe, quod dum Persicum Imperium decurtant, causæ suæ jugulum petunt. Vitio nobis vertunt quod tempus à fine captivitatis Babylonicæ ad adventum Messiæ Sacris literis indeterminatum relinquimus; at num illi, cum omnia quæ dicere possunt congesserunt, idem uspiam definitum ostendunt? Maxime, aiunt, quidni? Gabriel enim Danieli dicit, Messiam septuagesima annorum Hebdomade à Cyri de remittenda captivitate, & urbe restituendâ edicto, manifestandum & occidendum. Hoc interim concesso, quid inde? Num Sacris literis, de imperatoris vel regis rerum potiti anno iis compertum est, quo initium, medium, aut finis istius septuagesimæ Hebdomadis inciderit? qui quidem ostendendus esset, ut suam asserant & confirment chronologiam; sed hoc nequaquam possunt. Ideoque tametsi priorem Persici imperii medietatem decurtent, ubi ob magnam distantiam, & quasi ultra redargutionis periculum, se audaciores præbere posse opinantur, eodem, quo nos, laborant fato. Quandoquidem & illi annis Græci & Romani Imperii, septuaginta Hebdomadum residuum, non nisi in Historiis Ethnicis inventum determinare coguntur. Solus Lucas Evangelista ex omnibus Novi Testamenti scriptoribus imperatoris Romani annum aliquem, scilicet Tiberii Cæsaris decimum quintum expresse notat, utpote quo Johannes Baptista Evangelium prædicare cœpit. Sed ut his satisfaceret, & id de quo contendunt præstaret, addidisse debuit, fuisse annum 483. aut 484. hoc est, initium aut medium septuagesimæ Hebdomadis à finiente captivitate Babylonica, & inito Cyri Persæ imperio, uti ipsi volunt. Quemadmodum quartus Solomonis regni annus, quo templum ædificare cœpit annum 480. fuisse ab Israelitarum exitu ex Ægypto annotatur.

Illud

Illud autem sapientia Divina Evangelistæ quid scriberet dictitans nimine necessarium duxit; siquidem id ex aliis Historiis satis innotescerct, profanæ an sacræ essent non intererat; cum supputatio annorum imperii Regis, aut familiæ regalis cuivis ratione donato sit res admodum facilis. Idcoque vulgare annorum computum omisit, quod, ut diximus, est privilegium ad Monarchas universos pertinens, iisq; ex jure debitum, ut passim ab Historiographis annotatum. Sed dum istis immoror, obliviscì videor me Chronologiæ compendium suscepisse: me excusatum habeat Lector, quod mihi necessarium duxerim, multos pios & religiosos viros præjudiciis in transversum actos in orbitam reducere.

Sed præter eos quibuscum hactenus versati fuimus, sunt nonnulli, ut prius innuimus, qui Persicæ Monarchiæ septuaginta tantum annos attribuunt: numerum istum annorum ex vigesimo tertio capite Isaiæ, nempe ex initio versus decimi septimi, colligentes; ubi de Tyro ait, post septuaginta annos reviset Dominus Tyrum, *innuens, ut sentiunt illi, quod Alexander Magnus eam denuò post Nabuchadnezarem expugnabit: quibus ostendit quod tantum per septuaginta annos, sc. à Cyro ad Alexandrum prospero rerum statu gaudebat, & ex consequenti quod Monarchia Persica totidem annorum terminum non excessit: Verba sic se habent.* Et in isto die futurum erit, quod post septuaginta annos nulla Tyri recordatio manebit, *quamdiu scilicet unum Regem penes fuerit.* Post septuaginta annos Tyrus meretriciam canet cantilenam. Vers. 16. cape citharam, urbem circumambula, ô meretrix, cujus memoria omnis deleta est: Scite modulare, plurimas cane cantilenas, ut tui subeat recordatio, *apud vers.* 17. *Et (vel)* nam futurum erit, quod elapsis septuaginta annis, reviset dominus Tyrum, & ad commercia se recipiet, & cum regnis omnibus mundi quæ super terram sunt fœrtabitur,

verſ. 18. Sed merces ejus & negotiationes domino ſacræ erunt: non in cumulum congerentur nec recondentur: ſed merces ejus victus abundantiam, & veſtimenta perennia habitantibus coram domino ſuppeditabunt. *Ex eo quod Tyrus, reviſente Domino, ad commercia & quæſtum & ſcortationem ſe recepit, arguitur, non in irâ nec vindictâ, ſed è contra clementiâ & benignitate Dominum eandem reviſiſſe: juxta Jeremiæ prophetiam de Judæis in capite ſuo viceſimo nono apud verſum decimum. Etenim* ſic dicit Dominus, poſtquam Babel ſeptuaginta annos compleverit, reviſam vos & fidem meam vobis exſolvam, & ad hunc locum revertemini. *Quapropter locus iſte Eſaiæ citatus non videtur Monarchiam Perſicam ad ſeptuaginta plures annos contrahere, poſt ſeptuaginta annos Imperii Babylonici elapſos.*

Autumant iidem homines Aſſuerum qui Eſtherem in matrimonium duxit & Mordecaium promovit, patrem fuiſſe Darii Medi, à Daniele capite nono commemoratum, & à Græcis Cyaxarem dictum. Sed præterquam quod Aſſuerus iſte mortuus eſt, ut in emendatione meâ temporum annotatum, intra quatuor annos ex quo Kiſh Mordecaii proavus (non Mordecaius ut iſti opinantur) cum Jechoniâ, à Nabuchadnezare Rege Babylonico captivus ducebatur: probare nunquam poſſunt ex ſacrâ vel profana hiſtoriâ, quod idem erat magnus ille Aſſuerus cui centum & viginti ſeptem provinciæ ſubjiciebantur; vel quod Imperium Medo-Perſicum, priuſquam Sardes & Babylon eidem ſubjectæ eſſent, ad tantam magnitudinem ullatenus accedebat: vel quod Suſas poſſederat ab eo tempore quo Nabuchadnezar Elamitas ſubegit uſque ad cladem Balſhazaris & Babylonici Imperii ruinam. Sed anſam fortaſſis huic opinioni dedit, quod in Emendatione meâ de morte Cyaxaris dicitur: nimirum ex capite viceſimo quinto & verſu viceſimo quinto, & parte poſtremâ capitis quadrageſimi noni Jeremiæ; ubi dicitur quod Elam vel Elymais, cujus Suſa erat Metropolis, olim viſa eſt, in tempore nimirum Cyaxaris Medorum regno ſubjecta fuiſſe, vel cum illo fœderata.

derata. Daniel in capite suo octavo, ut videre est, Susæ proculdubio commoratus est, anno tertio Balshazaris Regis Babylonici tanquam in metropoli. Frivolum est quod quidam imaginantur nullo veritatis fundamento innixi, legati munus obiisse Danielem à Balshazare ad Cyaxarem alias Assuerum Darii Medi patrem, qui longè prius occubuerat: vel ad Astyagem, qui post illum Medorum regnum adeptus est, & qui videtur Nitocris conjugis Nabuchadnezaris, & filiæ Cyaxaris priori conjuge oriundæ avunculus fuisse, ut in emendatione meâ temporum ipse aliquando opinatus sum, vel potius (ut postea mihi verisimilius visum est) Nitocris frater major natu, alio patre natus, cujus viduam duxit Cyaxares, & vivente adhuc matre ejus generum suum Astyagen adoptavit, prinsquam filius suus Darius è secundâ conjuge genitus fuisset: quemadmodum Cæsar Augustus postquam Liviam Tiberii Claudii uxorem duxisset, filium eorum Tiberium in Romano Imperio successorem suum adoptavit. E contra quod ad Xerxem attinet qui filius erat Darii Hystaspis & Atossæ Cyri filiæ, post Cyrum Persarum Rex quartus, quem Daniel in initio capitis undecimi ceteris omnibus Persiæ Regibus opulentiorem fore prædixit, quod etiam potentissimus Rex Imperator & Monarcha universum populum contra Græciam accenderet, & ex consequenti qui idem erat potens ille Assuerus cui centum & viginti septem provinciæ subjiciebantur, Estheris Maritus & qui Mordecaium evexit: illum inter Reges Persicos non annumerant; sed de regimine ejus incerti omnes ejus annos vivente adhuc patre & successore ejus completos fuisse asserunt: cum interim nullius historiæ autoritate probare possunt hæredem imperii anno citius ante obitum Darii patris declaratum fuisse: vel Artaxerxem successorem suum cum moreretur plures quam quatuordecim annos natum fuisse, quippe qui filius ejus erat ex Hestere Reginâ; vel prius Imperii hæredem declaratum. Erroris hujus origo, quantum ego conjicere possum, hæc est; quippe quod Ctesias in fragmentis suis vel eclogis à Photio collectis regiminis ejus annos præterit, quem aliunde viginti saltem

annos solum regnasse pro comperto habemus. Illi encomium hoc attribuit Herodotus in Polyhymniâ suâ sive libro septimo: quod cum exercitu è 5283520 hominibus constante Græciam invasurus (quorum pars dimidia milites erant armati, pars altera fuerant calones & cauponæ,) proceri corporis habitu, qui & decore & majestate oris, in immenso isto exercitu non quisquam erat qui illum æquaret, vel tanta dominatione & imperio dignior videretur? Porro expeditio ista in Græciam tres annos circa medium regiminis ejus consumsit. Iter in Ægyptum quod præcessit, anno suo secundo absolvit. Quod reliquum erat regiminis sui domi exegit, neque enim Babylone versatus peregre egisse videbitur, utpote quæ metropolis primaria erat, & Susa vel Ecbatana antiquior: licet plerunque videatur Susæ illum commoratum fuisse.

Autumant insuper illi septem primas annorum Hebdomadas de quibus loquitur Daniel, vel primos quadraginta & novem annos in Judæorum responso ad Christum Servatorem nostrum de templo reædificato innui existimant: sed rationem nullam afferunt, quare Judæi tres annos priores præterirent: cum interim ex initio libri Ezræ manifestum sit, quod Zorobabel & Jeshua cum Judæis una reversis Hierosolymam pervenerant circa initium septimi judaici mensis, & primo anno Monarchiæ Cyri, circa mediam hyemem præcedentem initæ; & templum proximo vere post reditum suum ædificare cœperant, anno secundo Cyri, & mense secundo. Septem illos annorum Hebdomadas de quibus illi loquuntur à tempore veniæ indultæ ad Hierosolymam restaurandam computari dicunt oportere, immediatè post reditum à captivitate, ad principem Messiam, tanquam loqueretur Daniel de adventu Nehemiæ ad Hierosolymam, ut Præfecti Judæorum munus capesseret anno vicesimo Artaxerxis Longimani: cum interea probare nequeant veniam ullam indultam fuisse, nec aliter quam criminationibus mendacibus eorum qui Judæis inimici erant, (quod argumentum est parum validum, licet Dominum Lightfootum & alios opinionis prius confutatæ patronos se-

quuntur

quuntur,) vel unum lapidem ad muros urbis ædificandos positum fuisse priusquam Nehemias illuc adveniſſet prætendi poteſt. Nec inficiari poſſunt quod Zorobabel, qui Judæos à captivitate liberavit, & deinde uſque ad ædificationem templi finitam ejuſq; dedicationem eos gubernavit, ante Nehemiam vixit, qui potiore jure quam Nehemias, Princeps Meſſias exiſtimandus erat, utpote Davidis regis hæres legitimus, cujus hæres non fuit Nehemias. Et ſi quadraginta novem annis prædictis tredecim etiam Artaxerxis ſuperaddamus, qui ſexaginta duos annos conſtituunt; juxta eorum calculum octo ſolummodo anni totius Perſicæ Monarchiæ ſupererunt, qui inter tres ſummos ſacerdotes poſt Eliaſhibum dividantur, id eſt ſingulis non tres integri, non obſtante canitie Jaduæ cum Alexandrum conveniſſet. Sic in annorum Perſicæ Monarchiæ computatione à veritate longius diſtant quam Broughtoni vel Beroaldi ſequaces. His præmiſſis, cum pro Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui præcipuus & unicus Princeps eſt Meſſias in ſeptuaginta annorum ſeptimanis à Daniele ſignificatus, non ſolum Nehemiam ſed Herodem & poſteros ejus ingerunt. Quamvis Cyrus Rex Ethnicus in initio quadrageſimi quinti capitis Eſaiæ, Domini Meſſias appelletur, utpote qui Judæos à captivitate Babylonicâ emancipavit, & ſic aliquo modo Chriſti typus videatur à ſpirituali ſatanæ jugo nos liberantis: abſit tamen ut Rex Herodes Edomitarum Proſelyta, vel quiſquam poſterorum ejus Meſſias princeps audiat: quippe Rex ipſe Herodes eorum primus infantes innocuos Bethlehem occidere auſus eſt, quo pacto Meſſiam verum occiſurum ſe ſperavit. Herodes Tetrarcha, vulpes iſte ſubtilis, Johannem Baptiſtam Meſſiæ prodromum interfecit, ipſique Meſſiæ deinceps interminatus & eum aſpernatus eſt: Herodes vaniloquus Rex Chalcidis, & templi præfectus, Jacobum interfecit, & in animo illi erat Petrum etiam interficere, qui duo in ſuperiorum Apoſtolorum ſubſellio collocati ſunt. Tres deniq; alii, Archelaus & uterque, Agrippa Hypocritæ non immerito nominandi ſunt. Deus, inquam, prohibeat, ut quiſquam eorum princeps Meſſias à quolibet veri

Meſſiæ

Messiæ discipulo vel quovis Christiano existimaretur. Et hoc nomine opinor Broughtoni sequaces, Dominum Liveleium merito reprehendisse. Non opus est ut horum errores in computando annos Græci Imperii, vel Romani, usque ad Christi Passionem & Hierosolymæ excidium à Romanis ulterius persequar: computatio eorum temporum Imperii Persici veritati parum consona hypotheseos predictæ infirmitatem ostendit. Porro cum post Dominum Liveleium distinctionem ab interpretibus fere omnibus receptam, inter septem primas annorum Hebdomadas Danielis & sexaginta duas immediate subsequentes, tanquam absurdam rejiciant, divisionem scilicet sexaginta & novem Hebdomadum in septem & sexaginta duas, sine puncto vel distinctione absolutâ interveniente tanquam insolens in linguâ præsertim Hebraica explodentes: quare, rogo, non pariter rejicerent divisionem istam ab Ezekiele factam libræ vel talenti sexaginta siclos pondere æquantis in viginti siclos, viginti quinque siclos, & quindecim siclos? Si singularis sit hæc distinctio nec quid simile in S. Sanctâ Scripturâ habens, ita & altera: nisi utrique conferamus istam Danielis in tempus, duo tempora, & dimidium temporis. Quisquamne Sp. sanctum dividendi vel distinguendi rationem edocebit, vel minus usitatis distinctionum vel divisionum formulis, quando res exigit, illi interdicet? Habeat quantamlibet antiquitatem Hebraicus accentus Athnach, tantamque quantam illi attribuunt, & scriptum à propheta ipso in fine clausulæ, septies septennium: *attamen nego quod periodum, sed tantum semiperiodum ut plurimum constituit: nimirum innuitur, quod Spiritus Sanctus inter primas istas septem Hebdomadas & sexaginta novem subsequentes discrimen aliquod poni vult; sed non tam grande & notabile, quale ultimo intercedit, ob rationes quarum ipse solummodo conscius erat, & validiores quam illi afferre possunt, qui arbitrantur fuisse propter insignem rerum vicissitudinem in Repub. Judaicâ, scilicet à fine captivitatis Babylonicæ & secundi templi ædificatione ad Nehemiam; utpote primum principem Messiam vel præfectum legiti-*

mum

mum post captivitatem: cum tamen Zorobabel tempore, jure, & dignitate illa præcessit. Nec vero hic constat mentionem aliquam haberi de reditu à captivitate vel jaciendo templi fundamento ; sed tantum de urbe ædificanda. Nec tam incongruum est semiperiodum post voces 7 Hebdomadas *& alteram post* sexaginta duas *apponere : quam juxta eorum sententiam sine distinctione quapiam legere ; &* post sexaginta duas Hebdomadas platea & murus reædificabuntur. *Ostendant nimirum, quod nondum feciſſe eos comperio num similis loquendi formula in totâ scripturâ tali interpretamento suffragabitur? Nempe* platea vel murus totidem annos ædificabuntur ; *intelligendum*, quod post ædificationem ejus ab incolis totidem annos non destituetur. *Aliud est totidem dierum Hebdomadum vel annorum spatio extrui, aliud habitatum permanere. Idem est inter ea discrimen quod inter domus architectum sive conditorem & Dominum, inter fabrum & patrem familias. Qualescunque sint Masoritarum accentus apud septem Hebdomadas vel sexaginta duas (non in promtu mihi sunt Biblia Hebraica cum punctis ; & ut veritatem fatear, quamvis mediocriter in punctis istis & accentibus versatus sim, plerunq; tamen ea negligo sed ægrè ferrem siquis falsam interpretationem veteris testamenti ob istam negligentiam mihi vitio verteret ; & vix inducor ut credam membra Sacræ Scripturæ, juxta horum opinionem, sine iis esse infirma & luxata) ni fallor, versu vicesimo quinto, capite nono Danielis Prophetiæ, post præfationem ad impetrandum Lectores attentos & dociles (*sciatis igitur & intelligatis*) & utrumq; computationis terminum*, (à mandato ad Hierosolymam restaurandam usque ad Principem Messiam) *sunt quatuor clausulæ ; duæ in priore parte, duæ in posteriore sic distinguendæ* : erunt septem Hebdomades ; & sexaginta duæ : reædificabuntur platea & murus, & tempora erunt angusta. *Sic posteriores duæ clausulæ in parte posteriore versus ad clausulas duas præcedentes referri videntur. Siquis accuratius potest distinguere, per me licet. Verbum unum vel alterum de interpretatione*

cum

cum ad finem primarum ſeptem Hebdomadum deventum, mox ſubjungemus.

Cyrus poſt Babylonem captam fere ſeptem annos regnavit, juxta Xenophontem; à Darii Medi morte plus quinque. Mortis ejus tempus ex inito Cambyſis imperio certò innoteſcit, quod ſecundum Ptolomæi computum in ante citato 5. lib. Almageſti, c. 13. coincidit cum anno 219. Nabonazaris Epochæ. 5. 3475.

Cambyſes (Aſſuerus dictus, uti videtur, Ezræ cap. 4. com. 6. utpote qui Perſicum Imperium jure Hæreditario primus obtinuit) juxta Herodotum ultra ſeptem annos rebus potitus eſt. 12. 3482.

Magus (in Ezræ cap. 4. com. 7. Artaſhaſtus nominatus, ab Herodoto Smerdis, ab aliis aliter) juxta eundem Herodotum, amplius ſeptem menſibus regnum obtinuit. 13. 3483.

Sententiam meam, qua ſtatuo Smerdin Magum eundem eſſe cum Artaſhaſhte Eſræ c. 4. v. 7. memorato, qui criminationibus hoſtium Judæorum permotus templi ædificationem prohibebat, D. W. antedictus in commentariis ſuis hiſce verbis evertere conatur. „ *Minime probabile eſt* „ *Smerdin, qui non plus ſeptem menſibus regnavit, multiſq;* „ *difficultatibus conflictaretur Judæorum rebus animum in-* „ *tendere potuiſſe, aut tam brevi temporis intervallo litera-* „ *rum commercia obiri inter Perſiam & Hieroſo-* „ *lymam, ſiquidem iter quatuor Menſium eſt, ut ex Eſræ* „ *cap. 7. v. 9. conſtat. Iſtis breviter reſpondeo, licet Eſras qui iter meditabatur initio primi menſis, non ante quintum abſolvit; non inde ſequetur Curſores regios, tot ſeptimanas, imo plus quam unicam deſideraſſe ut de novo principe nuncium afferrent. Nec quidem res inuſitata eſt, aut Doctorem latere poteſt, perpetuum fere eſſe regibus, qui imperium vi aut fraude ſunt adepti, firmamenta ſibi petere illis gratificando quos ſuas partes propugnaturos ſperant;*

illos

illos vero deprimendo quibus eorum deceſſores favere deprehendebantur.

Darius Hyſtaſpes (cujus imperii anno 6. Templum Hieroſolymitanum conſummatum eſt, Ezræ cap. 5. & 6.) juxta Ptolomæi computum lib. 4. cap. 9. anno 227. Epochæ Nabonazaris regnum iniit, geſſitque juxta Cteſiam annos tantum triginta unum; obiitque paucis menſibus poſt Perſas à Miltiade & Athenienſibus in Campo Marathonio profligatos 44. 3514.

Tempus quo mortuus eſt Darius Hyſtaſpis, cum ſit una è periodis præcipuis Chronologiæ meæ, vel temporum emendationis, qua ab aliis diſſentio, & quæ revera ad ſequentia omnia viam munit; (quippe quod initium ſeptem annorum Hebdomadum quas commemorat Daniel ex eo indagatur; ſcilicet cum Nehemiæ reſtaurandæ Hieroſolymæ copia indulta eſſet anno viceſimo Artaxerxis Longimani; initium etiam ultimæ earum cum Salvator Chriſtus Baptizatus & manifeſtatus eſſet, anno decimo nono Tiberii, tres annos cum dimidio poſtquam Johannes Baptiſta prædicare cœpiſſet; & terminus earum ſtatuitur cum Caligula, anno tertio regiminis ſui, ſimulachrum proprium in templo Dei Hieroſolymis erigere molitus eſſet, &c.) nuper, quod maximum mihi ſolatium præbet, mirâ Dei providentiâ, cui ſoli gloria, ex antiquo celeberrimo & chronologico monumento marmore exarato, ſolidiſſime confirmatur: ubi certamen Marathonium inter Athenienſes & Perſas geſtum fuiſſe ſignificatur, cum quidam erat annuus Archon ſive ſummus magiſtratus Athenis; cujus nomen marmore obliteratum adeo ut legi non poſſit, nec quidquam aliud apparet præter hoc tantum quod alter erat Archon ejus nominis. Inſuper dicitur Darium mortuum fuiſſe, filiumq; Xerxem regnare cœpiſſe eo anno quo Ariſtides erat Archon. Jam vero e Plutarcho in vitâ Ariſtidis argumentor quod idem Ariſtides, Archon nimirum, Phœnippo vel Phanippo ſucceſſit, cujus anno prælium Marathonium commiſſum eſt. Porro

quod alius ejusdem nominis ante illum annuo Archontis officio fungebantur, in serie meâ summorum Magistratuum Romanorum & Athenienſium comperio, circa initium quadrageſimæ octavæ Olympiadis: quem Clemens etiam Alexandrinus ni fallor in libro ſuo primo Stromateon commemorat. Quod vero in eodem monumento dicitur Darius per quatuor annorum ſpatium ſerius imperium obtinuiſſe, quam tradunt Herodotus, Teſias, Ptolomæus Aſtronomus & alii; opinor equidem ad expugnationem ſuam Babylonis, Zopyri aſtutia confectam non inepte ſpectare; ſedis nimirum antiquiſſimæ, & urbis totius Imperii celeberrimæ; quam Magi aſſeclæ fœderati, & ut veriſimile eſt conſanguineus aliquis quatuor annos poſt mortem ejus rebellis defenderat, quo videtur Darium ad finem ſexti capitis Ezræ Aſſyriæ regem appellatum fuiſſe, prout ipſe innui milleſimo quadrageſimo octogeſimo nono anno ab orbe condito, in emendatione meâ temporum. Antequam Chronicon hoc marmoreum in lucem prodiiſſet, in margine emendationis temporum à me ſecundo edendæ, duas vel tres annotationes ad Chronologiæ hujus confirmationem, in editionem ejuſdem ſecuturam poſueram, ſcilicet excerptas è proœmio hiſtoriæ Thucydidis, ubi cum bello Marathonio Darii mortem manifeſtè conjungit, cujus verba hæc ſunt; paulo ante Medorum bellum & mortem Darii qui poſt Camby ſen Perſis imperavit, &c. *Quinimo Author quem Georgius Syncellus ſequitur, qui an Cteſias vel Dinon vel quiſquam alius eſſet, in dubio eſt: non putans id ſufficere à Photii Cteſia evulgatum, nempe* quod Darius poſt cladem Marathoniam in Perſiam reverſus, poſt aliquot dierum ægritudinem, mo tuus eſt, poſtquam triginta annos cum uno regnaſſet: *addit præterea, quod cladis iſtius opprobrium mortem ejus acceleravit: narrationi ſuæ ſic finem faciens.* Et ipſe Darius contumeliam indignè ferens animo dolore exulcerato occubuit. *Hæc inquam in margine libri ſecundò edendi annotaveram; & judicent tandem eruditi, num Chronici Marmorei ſuffragium hac in causâ levis momenti videatur.*

Xerxes

Xerxes (Assuerus Magnus in lib. Estheræ memoratus) in totum annos 21. regnavit, juxta Ptolomæi Canonem, à Patre mortuo 20, juxta Eusebii Chronicon. 64. 3534.

Artaxerxes Longimanus (Ezræ cap. 7. & seqq. & Nehemiæ libro dictus Artashastus) autumno cœpit regnare, anno secundo Olympiadis 77. anni plus minus dimidio ante Themistoclis Atheniensis fugam in Asiam, quo tempore Athenienses Insulam Naxum obsidebant, & ante duplicem Cymonis Atheniensis victoriam, quam uno die terra marique contra Persas obtinuit, anno ejusdem Olympiadis tertio : quod è Thucydide, libro primo, & Diodoro Siculo juxta Olympiadas simul comparatis, tandem per Dei gratiam inventum, universæ quæstioni, ut spero, tam diu tantoq; zelo controversæ de initio septuaginta Danielis Hebdomadum finem imponet, & in Christi Ecclesiæ commodum cedet. Prædictus porro Imperator ab illo tempore ante veniam Ezræ concessam regnavit sex annos, Ezræ cap. 7. commatibus 7. 8. & 9. absolutis ab inita Persica Monarchia & mundo condito annis. 70. 3540.

Idem Artaxerxes regnavit, priusquam Nehemiæ & viva voce & scripto potestas facta fuerit, pro mœnibus Hierosolymitanis restituendis, unde istæ septuaginta Hebdomadæ Danielis, ad primum Messiæ adventum erant numerandæ, 12½. amplius, in totum 19½. Nehemiæ cap. 1. commat. 1. & cap. 2. commat. 6. 8. &c. 82½. 3553½.

Artaxerxes Longimanus tempore hiemali mortuus est, belli Peloponnesiaci anno 7. uti refert Thucydides, & 4to Olympiadis 87. uti Diodorus : postquam 45 annos & aliquid amplius imperaverat, tot supra computum vulgare, quot infra Darius Hystaspes. 110. 3580.

Xerxes secundus unicus filius legitimus ei succedens non duos integros menses regnavit.

Sogdianus aut Secundianus non ultra ſeptem menſes regnum obtinuit. 111. 3581.

Darius Ochus ſive Nothus amplius quam 19. annos rerum potitus eſt: juxta Diodorum. 130. 3600. Artaxerxes Memor ei ſucceſſit. Anno cujus Regni ſecundo primæ ſeptem Danielis Hebdomadæ completæ ſunt, quibus (uti apparet) aliæ etiam in Judæa urbes fuerunt reſtitutæ. Poſtea propter veri Dei cultum neglectum, quod à Malachia ultimo veteris Teſtamenti Propheta eadem ætate, ut videtur, vivente reprehenditur, magis calamitoſa tempora per alias 62 ſeptimanas uſque ad Meſſiæ manifeſtationem acciderunt 132. 3602.

Huic opinioni conſonum eſt quod ſcripſi in meâ Emendatione temporum ad annum mundi 3602. *& Artaxerxis Memoris* 2. *quam D. W. ſupra memoratus* 324. *p. commentariorum in Danielem* 58. *quæſtione, ſectione* 6. *his verbis reprehendit.* Initium 7. Hebdomadum ſtatuunt aliqui anno 20. Artaxerxis Longimani, finemque 2. Artaxerxis Memoris, uti Dominus Lydiatus p. 78. ſed, præterquam quod in ratione computationis diſſentiant ipſe & Pererius, qui ſeptem Hebdomadas ab anno Artaxerxis Longimani 20. ad 10. Artaxerxis Memoris deducit; nulla aſſignari poteſt ratio cur 7. primæ Hebdomades, à ſequentibus dividerentur. Dicit ille, alias Judeæ civitates ædificari tum temporis cœptas, at non ſine difficultatibus & anguſtiis: Daniel autem hoc loco ſolius Hieroſolymæ exſtructionem memorat: huc uſque ipſius verbâ. *Mihi autem abunde gratulor quod tandem aliqua me inter & Pererium differentia obſervetur, puderet enim me Plagii impudentis ſi in omnibus paſſim Jeſuitam fuiſſem ſecutus. Pererium autem ſuum ſibi habeant, quibus placet paludinoſas, ſtagnorum aquas avide ingurgitare, mihi tum ſapiunt cum pura ex ipſis ſcientiarum fontibus hauriuntur. Duas tantum reperio alicujus momenti objectiones quæ videntur*

dentur prohibere quo minus 70. Dan. ſeptimanæ à 20. Artaxerxis Longimani initium ſumant; quæ niſi in causâ fuiſſent, aliud procul dubio Hebdomadum non fuiſſet excogitatum initium. Prior ſic ſe habet: ſi ab anno 20. Artaxerxis Longimani initium ſumerent 70. Danielis Hebdomades, fieri non poſſit quin Salvatoris noſtri Baptiſmus & manifeſtatio, 7. octove annos contigerint ante illarum completionem, quippe inter annum 20. Artaxerxis Longimani & Tiberii 15. quo D. Lucas Evangeliſta Evangelii initium per prædicationem Johannis Baptiſtæ ſtatuit, anni tantum 475 ſolares numerantur, cum neceſſario ex hac opinione requirantur 483. ad minimum. Quâ de causâ Julius Africanus prout ipſius ab Euſebio citatur opinio cap. 2. libri 8. Evangelicarum demonſtrationum, & ab Hieronymo in nonum caput Danielis, mere lunares annos ſtatuere coactus eſt, ſine ullis omnino menſibus intercalaribus, qui proinde ſingulis annorum 19. intervallis, ſpatio 7. menſium breviores erunt: quales Mahometani hodie uſurpant; qualeſque ſupponit inter Judæos in uſu eſſe ante adventum Chriſti. Sed eò prorſus erravit. Nodoſam hanc difficultatem aliter ſpero me ſolviſſe; præcipue initium regni Artaxerxis Longimani quinque annis prius quam vulgo ſolet computari ſtatuendo: partim vero Chriſti Salvatoris Baptiſmum poſt initium prædicationis Johannis Baptiſtæ per dimidiam circiter annorum ſeptimanam ſerius contigiſſe affirmando. Altera ſupereſt difficultas circa verum inter ſeptem primas & 62. ſequentes Hebdomadas terminum veramq; metam reperiendam: quæ tam acriter torſit egregium inter Græcos Patres SS. S. interpretem Theodoretum, ſub finem interpretationis primæ & generalis partis prophetiarum Danielis ut coactus fuerit ſeptem primas Hebdomadas, nimirum poſt ſexaginta duas numerando tranſponere; de cujus termini ſive metæ deſignatione breviter hic rationem ſum redditurus. Septem primas Hebdomadas à 62. ſequentibus, diviſi diſtinxique tribus notis: quarum duas tantum memorat D. W. neutram autem vere. Primo ſuppono 7. primis Hebdomadis res adminiſtrante Nehe-

mia; ipsiusque præsertim cura post restauratam Hierosolymam, alias per Judæam sparsim civitates de novo extructas fuisse: quod suppositum utcunque negaverint aliqui, ii tamen qui eodem edicto de condendo templo concessam simul readificandi Hierosolymam licentiam volunt, non possunt non admittere; probabilius enim longe est, si templum nondum foret conditum, edictum de ædificanda urbe factum condendi templum licentiam dare, quam cum templum condere conceditur urbem simul extruendam supponere, nullibi enim gentium tam profanus reperitur populus, qui non lubenter concedet, eum quem agnoscit Deum, in omni civitate colendum esse: & proinde si subditorum aliquibus concedat Rex ut urbem sibi ædificent, pro confesso potest esse, ipsum non minus concessisse, ut templum sibi vel oratorium erigerent, ubi Deo suo sacra faciant: quamvis, uti prius notatum est, è contrario non sequitur, si aliquibus veniam concedat templum condendi, quod iis licebit urbem sibi extruere muroque cingere. Similiter si sui juris Provincialibus concedat Imperator, de quorum fide sibi bene persuasum est, ut in Præsidium contra vicinorum insultus Metropolin suam muro valloque circummuniant, pro supposito potest esse ipsum non minus permisisse, ut minores civitates sive urbeculas in eundem finem extruerent. Deum autem tempus certum destinasse, quo parva non minus urbes Judææ quam majores readificarentur, constat ex 44. cap. Isaiæ sub finem, ubi dicit, Ego sum Dominus qui dico de Hierosolymis habitabuntur, & civitatibus Judæ ædificabuntur, & qui vastitates ejus erecturus sum. *Quod autem temporis punctum potest reperiri huic prophetiæ complendæ tam accommodatum, quam hoc statim post ædificationem Hierosolymæ: in quo Nehemias, uti scribit ipse c. 7. vers. 4. videns* quod urbs ampla erat spatiis & magna, populus vero paucus intra eam, nec erant domus ædificatæ, *convocavit populum Judæum tanquam unum hominem, uti loquitur ipse sub initium cap. 8. nec prius discedere concessit quam de augendo incolarum numero,*

uti

uti ait ipse cap 11. prospexisset, nimirum decimum quemq; hominem, prout sortibus evenit, Hierosolymæ detinendo, præter alios quam plurimos, quos idcirco laudabat quia sponte sua ædes ibidem figere voluerunt, & sic reliquos tandem dimisit in proprias civitates. Adeo ut dubitari vix possit quin, velut hi manentes Hierosolymis domos statim sibi erexerunt, vicosque formarunt, reliqui non minus quamvis majore forsitan cum morâ, alias Judeæ civitates reædificarint, sub finem ejusdem capitis memoratas, juxta quas prius castra posuerunt: à Beersheba ad vallem Hennom, prout notatum est vers. 31. quo innui videtur eos ad ea usque tempora in castris tentoriisque potius degisse, quam domos urbesque habitasse. Dein quem temporis articulum reperire possumus, tam arduo negotio perficiendo opportuniorem, quam hunc regni Artaxerxis Longimani, & ipsius filii Darii, quorum alter filius, alter nepos fuit Reginæ Esthera Judææ, quæ proculdubio dum viveret utrosque sæpissime hortata est, ut Judæis quantum fieri posset, faverent. Præterea quam diu præfecturam obtinuit Nehemias, totus in hoc opere complendo videtur fuisse; cujus administratio ad minimum duravisse videtur usque ad finem regni ejusdem Darii, hoc est; secundum meam annorum rationem, usque ad ultimum annum 7. primarum Hebdomadum, utque probabili conjectura liquet per alium etiam annum usque ad ipsum earum finem. Quod enim scribit Nehemias cap. 12. vers. 22. Levitarum conscriptos fuisse primores paternarum familiarum, itemque Sacerdotum usque ad regnum Darii Persæ, poterat scripsisse post mortem Darii, in initio regni Artaxerxis Memoris illius filii & successoris, cum ipse propheta jam longa ætate esset provectus, novusque imperator alterum in administrationem Judææ esset delegaturus. Primo itaque & præcipue distinxi, septem primas Danielis Hebdomadas, à 62 sequentibus per reædificationem murorum & platearum Hierosolymæ, nec non aliarum civitatum Judææ, quietis Nehemiæ & in pace actis temporibus, quæ usque ad illarum Hebdomadum finem durarunt. 2. suppono post finem 7. primarum Danielis Hebdomadum propter neglectum

neglectum veri Dei cultus, Judæis accidisse tempora angusta & tumultuosa. Hic autem cap. 9. vers. 25. Dan. distinctionem quam superius statui inter Hebdomadas interpretari conabor, siquidem varie hunc versum, (ultimamq; præcipue clausulam, quæ hujus potissimum loci est) à Græcis Latinisque interpretibus expositum reperio. (Quamvis ex iis nemo sit qui cum Dom. Liveleio, illiusq sectatoribus, vel post 7. Hebdomadas periodum posuerit, vel post 62. commate minus.) Ab antiquissimis 70. Græcis interpretibus ita transfertur καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις, ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ιερουσαλὴμ ἕως χριστοῦ ἡγουμένου ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο, καὶ ἐπιστρέψει καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ τεῖχος, καὶ κενωθήσονται οἱ καιροί. *Quod verbatim sic potest reddi latine, Cognosces autem & intelliges ab enuntiatione verbi, respondere & ædificare Hierosolymam, usque ad Christum ducem, septem fore Hebdomadas, & sexaginta duas Hebdomadas, & revertetur & ædificabitur (vel ut alia græcæ versiones legunt* πάλιν οἰκοδομηθήσεται, *readificabitur) platea & murus, & tempora evacuabuntur seu erunt angusta. Quam ultimam clausulam recentiores græca versiones legunt* ἐν στενοχωρίᾳ χρόνων, *cui concordat vulgaris versio latina* in anguitia temporum. *Apud Theodoretum latine editum (nam eam partem græce extare non scio) ea ultima clausula sic vertitur,* innovabuntur tempora, *uti liquido apparet interpretem Latinum* καινωθήσονται *legisse. Cujus verbi sensus non tam congrue ad Hebræum* צוק *quam* κενωθήσονται *refertur; per id enim talis coarctatio significatur, quæ per compressionem fit quæ causa est evacuationis. Ipse vero existimo loco* κενωθήσονται *veram antiquamque lectionem fuisse* στενωθήσονται οἱ καιροί *coarctabuntur tempora, quamvis prædicto errori*

longa

longa faveat antiquitas. Tota in interpretando difficultas in hoc sita est, utrum verba Hebræa ובצוק העתים *sint in regimine, uti Grammatici loquuntur, exponenda, nempe* in *seu* cum angustiâ temporum, *aut potius absolute, &* tempora erunt in *seu* cum angustia, *quam expositionem rectiorem judico, utpote quæ primæ versioni Græcæ, & antiquissimæ, nimirum 70. Interpretum, illique Theodoreti consentanea est, aliter enim vel Hebræum præfixum* ו *& redundat, ideo in versionibus tam Græcâ quàm Latinâ omissum, vel improprie sumitur, veluti à recentioribus interpretibus; quorum neutrum, licet aliter frequens & in usu fuerit, admittendum est, nisi cum causa prævalens exigat, & cogat. Et mihi potius placet illa versio, quia similem alibi notavi Hebraismum, idque in verbo ejusdem significationis, nempe Psalmo 9. v. 10. eritque Jehova edita arx tenui; edita arx* temporibus in *seu* cum angustiâ לעתות בצרה *versuque primo 10. Psalmi, quare Jehova recessisti longe, & te occultas* temporibus in *seu* cum angustiâ לעתית בצרה, *hoc est temporibus angustis. Altera recentior versio occasionem aliquibus præbuit hanc ultimam clausulam ad proxime præcedentem,* nempe ad reædificationem Plateæ & muri, *referendi: & hæc tempora angusta tum accidisse contendunt, cum ædificaretur Jerusalem, res administrante Nehemiâ, in quibus præmetu hostium strictis gladiis opus moliri cogebantur Judæi, unâque manu in opere agere, altera tenere missile. Has autem ærumnas & angustias, earum quas hic velit propheta umbras meras credo; iis enim temporibus hostes circum undique minis tantum & è longinquo Judæos terruerunt, nec armis ausi lacessere, vel semel coram urbe vel in conspectu civitatis comparere. Sed neque Judæi inter ædificandum adeo fuerant deterriti, ut ab opere vel semel desisterent: ideoque Deo ipsis propitio & conatibus favente, totam urbem mirâ admodum & pene incredibili celeritate muro circumdederunt, scil. 52. diebus, hoc est septimanis septem & fere dimidiâ: adeo ut postea tam cito perfectum fuisse opus obstupescentes*

inimici, Dei favore completum plane sentientes, ita pr metu perculsi fuerint, animisque, ut loquitur Nehemias dejecti, ut Judæos postea non perturbarent per totum 49. *annorum spatium, quibus provinciam administravit Nehemias, hoc est usque ad finem 7. primarum* 70. *Danielis Hebdomadum. His itaque de causis hunc versum Danielis, uti prius distinxi, sic exponendum judico: nimirum priorem clausulam*, viz. reædificabitur platea & murus *ad* 7. Hebdomadas *referendo in eodem versu superius memoratas, clausulamque ultimam*, viz. angusta erunt tempora *ad* sexaginta duas *quæ* 7. *primas sequuntur: quasi hunc in modum scripsisset propheta.* Septem erunt Hebdomades, & sexaginta duæ Hebdomades: *quarum Hebdomadum portione primâ* reædificabitur platea & murus, & *portione ultimâ* angusta erunt tempora: *adeo ut manifeste & liquido his verbis significetur, quod, velut* 7. *primis* 70. *Hebdomadum, ædificanda erat Hierosolyma, aliæque Judææ undique civitates, quæ in Nehemiâ per totum administrationis tempus in pace regerentur; ita post completum id regiminis ejus tempus per* 62. *sequentes Hebdomadas usque ad adventum Messiæ, status Judæorum tum Ecclesiasticus tum civilis turbaretur. Pro certo itaque constat angusta hæc & arumnosa non ad* 7. *primas sed* 62. *sequentes Hebdomadas esse referenda. Jam quibus de causis in has angustias Judæi inciderint prius notavi, nempe propter neglectum, seu potius contemtum cultus divini. Cujus causa suppono Prophetam Malachi missum esse ut Judæos argueret, sub finem temporis quo Judæam administravit Nehemias: fidemque supposito facit, quod argumentum Prophetiæ Malachi libro Nehemiæ circa finem tam plene directeque respondeat: uterque enim acriter reprehendit & invehitur in Sacerdotes & Levitas, quod in officiis obeundis remissi nimis fuerint, cultum Dei in templo neglexerint, nuptiasque cum Idololatris & aliorum Deorum cultoribus contraxerint. Ita veteris testamenti historiæ ultimæ veteriſque testamenti Prophetiæ ultimæ videntur coincidisse, & simul fuisse eodem temporis articulo*

completa

completæ inter 7. & 62. Hebdomadas, quo apertius possit constare, eas dividi & distingui debere. In Imperio Persico egregia subinde & notabilis orta est seditio à Xenophonte, Ctesia, Dinone, Plutarcho & aliis memorata. Cyrus Artaxerxis Memoris frater, Sardorum Præfectus, confisus favori Matris Paryſatis, eoque quod Dario patri natus esset primus postquam ad Imperium pervenerat, contra fratrem bellum gessit, à quo cominus pugnans interfectus est. Quod Judæis molestias non poterat non creare, quibus necesse erat vicinorum in morem, uni parti potius favere. Difficillimum enim fuisset in bellis civilibus tam æqua lance inter utramque partem agere ut neutri displiceretur. Scribit Xenophon libro 1. belli hujus à Cyro contra fratrem susceptι, Abrocomam Phœnicia præfectum aliarumq; juxta provinciarum, unumque è quatuor præcipuis ducibus quibus potissimum confisus est Artaxerxes, præterquam quod Cyro in progressu moram non objecerit, nec viam in Angustiis, quæ inter Ciliciam Syriamque sitæ sunt, præclusserit, Tarsum cum exercitu hominum 300000. commisso jam prælio quinque dies venisse. Utrum vero hoc Judæis imputatum fuerit, (nec absimile est fuisse) quidve illis acciderit regnante Artaxerxe Memore, non possum statuere; quem Plutarchus & Xenophon notant principem potius remissum quam mitem fuisse: qua de re comparatio facta inter Neronem & Nervam (si memini) notatu dignissima, quod male in imperio Principis vivitur sub quo nihil licet, deterius vero sub quo licent omnia. Hoc vero certissimum est, ipsius filium Artaxerxem Ochum Judæis infensissimum fuisse, plurimosque iterum captivos in Hyrcaniam duxisse, adeo ut proculdubio iis tempora tum acciderint vere angustissima.

Artaxerxes Memor in totum fere 43 annos regnavit. Diod. 173. 3643.

Artaxerxes Ochus prope 23 annos regnum obtinuit. Diodor. 196. 3666.

Arses sive Arsen duos annos & amplius rerum potitus

titus est. Diodor. 198. 3668

Darius Codomannus Arsami filius 6 annos imperium tenuit; qui ad Arbela ab Alexandro magno ultimo prælio victus, à Besso est interfectus, circiter medium 112. Olympiadis. Diodor. Plutarch. Arrian. &c. 204. 3674.

Canon VIII.

Imperium Macedonicum sive Græcum annos 282 duravit: id est 70½ Olympiades, ab occupatâ per Alexandrum Babylone in Olympiadis 112 medio, ubi Calippus Astronomus suæ 76 annorum periodi epocham in Ptolomæi Almagesto sæpe memoratam posuit, usque ad Monarchiam Romanam à Julio Cæsare initam post Pharsalicam in Thessalia victoriam, ineunte Olympiade 183.

Alexander regnavit Monarcha, 7 annos, Plutarch. Arrian. &c.	7	1681
Ptolomæus, Lagi filius dictus, sed Philippi Patris Alexandri Nothus, mortuo Alexandro, Alexandriæ in Ægypto ab Alexandro ædificatæ, & in qua sepultus erat, regnum obtinuit, 39 annos, juxta suppositum Ptolomæi canonem, & Eusebii Chronicon, &c.	46	3720
Ptolomæus Philadelphus à patre ante annum mortis suæ rex constitutus, post mortem ejus 37. annos imperium administravit.	83	3757
Ptolomæus Evergetes 26 annos regnum tenuit.	109	3783
Ptolomæus Philopator, 17 annos rerum potitus est.	126	3800
Ptolomæus Epiphanes 24 annos regnavit.	150	3824
Ptolomæus Philometor, qui regnum		

anno

anno 568. Nabonazaris epochæ, juxta Ptolomæum lib. 6. cap. 5. iniit 35. annos tenuit.	185	3859
Ptolomæus Evergetes secundus, alias Phiscon, 29 annos regnavit.	214	3888
Ptolomæus Soter sive Lathyrus, aut Phiscon secundus 36 annos regnavit.	250	3924
Ptolomæus Dionysius, alias Auletes, 30 annos rempublicam administravit.	280	3954
Ptolomæus minor Cleopatræ frater, 2 annos rerum potitus est.	282	3956

Julius Cæsar, præter Galliam à se prius devictam, anno proxime elapso Italia, Sicilia & Hispania, terrore, & armis; Syria ob tributa remissa defectione possessis, (quapropter Antiocheni tunc temporis Imperii Cæsariani computum cœperunt,& ibi Indictionum Romanarum Epocham posuerunt) Pompeium ad Pharsaliam tempestate æstiva devincens, & inde eum in Ægyptum fugientem persecutus, ante adventum suum eum jamdudum mandante juniore Ptolomæo interfectum reperit: qui brevi Cæsari bellum intentans, & Cleopatra sorore proditus, anno regni quarto & Olympiadis 183 occisus est.

Canon IX.

Monarchia Romana sub Julio Cæsare à victoria Pharsalicâ inita 76. annos duravit, id est, unam totam Calippi periodum, cum anno Juliano naturaliter coincidentem; usque ad Evangelii Domini nostri & Servatoris Christi initium, quod à Johanne Baptista prædicari cœpit, anno 15. regni Tiberii Cæsaris.

Julius Cæsar fere 4 annos regnavit. 4. 3960.

In Senatu est interfectus, idibus sive 15. die Martii, eodem anno prope finem. Ubi notari vellem, me in temporum mortis omnium Imperatorum Roma-

norum descriptione in posterum, eo die Martii Juliani, quo æquinoctium verum juxta medium solis motum accidit, annum inire.

Marcus Lepidus, Marcus Antonius & Cæsar Octavianus Triumviri (ut finiente Novembri, anno secundo à Julii Cæsaris morte se renunciarunt) 4. annos postea simul regnarunt, viz. fere 6 in totum; donec Cæsar Octavius per Domitium Calvinum Proconsulem Legatum suum Hispaniam sibi subegerit, ineunte Claudii Pulchri & Norbani Flacci consulatu, qui cum anno Juliano, Calendis sive primo die Januarii, initium sumsit. 10. 3966.

Ibi Chronicon Alexandrinum regni Cæsaris Octaviani postea Augusti dicti initium ponit; & illa erat prima annorum Imperii ejus Epocha in ulla regione publice usurpata, Cæsaris Æra vulgo dicta, & præcipue in Hispania, & Africa & Gallia celebris; imo sola erat Imperii ejus Epocha, post mortem ejus in natione aliqua publice recepta; præter illam Alexandrinam, ob subjugatam Alexandriam victamque Ægyptum, & Cleopatræ atque Antonii mortes, fere 9 annos post, anno consulatus sui quarti quem gessit cum Licinio Crasso, à solis Alexandrinis usurpatam, quæ à die primo primi mensis Alexandrini Thoth cum 29. die Augusti coincidente numeratur. Quo tempore completi sunt 18. anni Romanæ Monarchiæ, & 300. ab ortu Græcæ anno mundi. 3975.

Cæsar Augustus ab inita Cæsaris Æra, quæ erat prima annorum regni ejus Epocha publice recepta, & eadem ipsa, qua tempus primi generalis Concilii sive Synodi Christianorum Episcoporum Nicææ habitæ computatur, ad Domini nostri Jesu Christi natale annos 40. regnavit; adeo ut anno ejus 41. natus esset, juxta Irenæum Episcopum Lugdunensem in Gallia, & Tertullianum Presbyterum Carthaginensem in Africa; quo anno Ælius Lamia & Servilius Geminus erant Consules; ut manifeste pateret tempus natalis

Domini

Domini noſtri duobus annis poſt Cæſaris Veſpaſiani & Æmilii Pauli Conſulatum ut vult vulgare computum, eveniſſe. 50. 4006. *Vipſaniani.*

Hic Ælii Lamiæ & Servilii Gemini Conſulatus in ſpatio inter duo extrema medius eſt: ſex ſcil. annos poſt Calviſium Sabinum & Criſpinum Rufum Conſules, & ſex annos ante Poppæum Sabinum & Sulpicium Camerinum, prout alii citius, alii ſerius Chriſtum naſci putarunt. Annus idem etiam erat (ut in recenſione mea à primo ad 15. caput amplius probavi) triceſimus ab illo tempore quo Cæſar Octavianus Auguſtus ſalutatus eſt, circiter ſuum ſeptimum & Veſpaſiani Agrippæ tertium Conſulatum, ſub finem anni mundi 3977. triceſimus tertius ab Antonio & Cleopatra ad Actium navali prælio ſuperatis; & præterea Herodis regni in Judæa, poſt Hyrcani necem à Cæſare renovati, triceſimus ſecundus Epochæ Alexandrinæ, quatuor annis antevertens ejuſdem Herodis Regis obitum. Porro in medium cenſus ſecundi Cæſaris Auguſti, ſed primi univerſalis ab eodem facti incidit, & prioris duorum à Cyrenio ſive Quirinio Syriæ Præfecto factorum; ante quem completum Sentius Saturninus ei ſucceſſit. Præterea Septingenteſimus primus annus erat à Roma condita, juxta antiquiſſimum & veriſſimum Fabii Pictoris computum, quod eam ædificatam ſupponit circiter medium Olympiadis octavæ, viginti octo annos à prima; adeo ut circiter Solſtitium æſtivum Salvatoris noſtri natale proximum, annus tertius centeſimæ nonageſimæ quintæ Olympiadis initium ſumſit. Eodem etiam tempore annus 26 Auguſti Sacræ Tribunitiæ Authoritatis incepit: cum Jani Templum paulo ante, tertio à Roma condita ob Pacem totius Imperii Romani erat clauſum. Eodem anno Cæſar Vipſanianus Auguſti per Juliam filiam nepos, & adoptatus, quem Hæredem ſuum deſignaverat, obiit; & ſe Dominum vocari vetuit; & anno ſequente Tiberium privignum adoptavit,

vit, & ei Tribunitiam Authoritatem impertivit, qui in imperio illi succeſſit.

Cum tempus anni, & dies Domini noſtri nativitatis pro incertis ſint, nihil auſim determinare; hoc ſolum notatu dignum putavi, quod opinio de ea re antiquiſſima à Clemente Alexandrino ſtrom. 1. memorata, eam eſſe diem 25. Pachon cum 20. die Maii Juliani coincidentem, ſupponat; & retorqueri poſſe argumentum illud, quod Mathæus Beroaldus & Joſephus Scaliger à 24. Sacerdotum in Templo Hieroſolymitano miniſtrantium vicibus collegit; quas vices Judas Machabæus in feſto Dedicationis reſtituit 1 Mac. c. 4. quo probarent diem eſſe aliquem Septembris aut Octobris, juxta numerum annorum.

Eadem quoque opinio numerum annorum ampliorem eſſe confirmat, ut puto, & duos eſſe annos poſt vulgare computum. Etenim cum feſtum Dedicationis, quod Macchabæus inſtituit anno 148. Seleucidarum ſive Syro-Græcorum Regum & noſtro 3840. anno Mundi, & 14. anno tertiæ Calippi periodi, 25. die Judæorum menſis Caſleu, qui cum 23. die Juliani Novembris & primo Hebdomadis die, juxta Calippi Periodum à nobis declaratam, coincidat; Abiæ ordo poſt 359. vices interim completas paulo ante initium anni Mundi 4006 ſecundum nos, quarto die Martii, ſed primo die Judæorum primi menſis Niſan, & ſeptimo die Hebdomadis, Judæorum Sabbato, finiebatur; quo die per Angelum Gabrielem annunciabatur conceptus Johannis Baptiſtæ ad Patrem Zachariam, qui exinde ſucceſſit: unde ſi computatio ineatur, medium ſexti menſis, ſcil. 15. dies Elul cum 13. die ſive idibus Auguſti & prima Hebdomadis die, quæ poſtea dies Dominica appellanda erat, coincidunt, quo Angelus Gabriel B. Virgini Mariæ, Domini noſtri conceptionem annunciavit. Hinc ſi novem menſes Lunares

cum

cum dimidio numerentur, id est 280. dies, aut 40. Hebdomades, quod tempus gravidæ vulgo ascribitur, conficietur dies 20 Juliani Maii, & prima Hebdomadis dies, sive Dominica, Ælio Lamia & Servilio Gemino Consulibus, & annus mundi secundum nos 4007. & 455. septimæ nostræ periodi; nempe ultimus dies secundi veri mensis Lunaris, & dies 26. secundi Solaris juxta medium solis motum emendatus. Quare juxta ephemerides nostras, idus Augusti præcedentis & dies 15. sexti Judæorum mensis Elul, 16. autem nostri Lunaris quintilis, conficiunt decimum diem Dominicum post Pentecosten, & nonum post festum Trinitatis; insuper Transfigurationis Christi festum, nomenque Jesu exhibent. Porro idem 20. Maii dies, aut 25. Pachon, ad quem antiquissima opinio refert Domini nostri Nativitatem, qui fuit dies 29. secundi nostri mensis solaris Aprilis, juxta primum & tertium solare calendarium nostrum, erat eo anno dies Dominicus Pentecosten proxime præcedens: adeo ut ipso Pentecostes die circumcideretur, quod notatu dignissimum est, cum idem ipse dies erat, quo lex data fuit, ad quam Israelitæ Sacramento Circumcisionis initiarentur; insuper idem ipse dies quo Apostoli Spiritu Sancto fuerunt Baptizati (Baptismus enim Circumcisionis vicem supplevit) & quo primi Christiani post Domini nostri Christi Resurrectionem & Ascensionem ad numerum trium millium ab Apostolis fuerunt Baptizati: quidies etiam in Primitiva Ecclesia pro Baptizandis Neophytis per totum annum erat celeberrimus. Hoc vero ut prius dixi non ausim determinare.

Augustus post Christum natum regnavit 11. annos, post Cæsaris Æræ initium fere 52 annos, usque ad Autumnum Sexti Pompeii & Sexti Apuleii Consulatus. 61. 4017.

Obiit 19. die Augusti anno Mundi. 4018.

Tiberius Cæsar tunc temporis regnum auspicatus,

ante Evangelium Salvatoris noſtri Chriſti initum prædicatione Johannis Baptiſtæ, juxta Sanctum Lucam Evangeliſtam, fere 15. annos adminiſtravit. Cujus Evangelii ortus circiter Sacri Judæorum anni initium ſub Paſcha, ſive inter Paſcha & Pentecoſten ſupponitur; anno conſulatus Caii Rubellii Gemini, & Caii Fuſii Gemini circa Januarium proxime elapſum inchoato, juxta omnem Hiſtoriam tum Civilem tum Eccleſiaſticam. 76. 4032.

Cum igitur Iſraelitæ ſeptem annorum, Chaldæi vero (ut teſtatur Cenſorinus) duodecim annorum recurſum obſervarent: Mundi Ætas ab initio ſuo ad Evangelii ortum juxta noſtram Chronologiam ambos iſtos numeros eminenti modo continet: quia numerus annorum 4032. ex quater ſepties, duodecies 12. componitur. Cum etiam numeri ex 7. & 9. compoſiti, præcipue Critici & Climacterici ut in hominum, ita in corporum civilium & Eccleſiaſticorum ætatibus ſupponantur; idem numerus annorum 4032. componitur etiam ex quadrato numero 8. & ex ſeptuplici 9. viz. ex ſepties octies, octies 9. ſive ſepties novies, octies 8. id eſt, ex Sexagies ter 64. Quæ numererorum compoſitiones eo notabiliores ſunt, quia & quadratum 12. viz. 144. cujus 28. (quater 7.) in annis 4032. comprehenduntur, & totum 7. & 64. quadrati 8. id eſt, 448. qui novies in eodem 4032. comprehenduntur, periodos ſolis & Lunæ probabiliter in ſe continent, & ex illis ambabus periodus mea annorum 600. exceptis 8. componitur. Nemini vero in mentem veniat, me talibus computationibus more Pythagoreorum, & vim ullam numeris ſuperſtitioſe aſcribere; gratia & favore Dei magis Chriſtianam Philoſophiam didici; bene etiam novi numeros, cum quantitates non qualites ſint, nullam vim aut energiam in ſe habere. Quamvis A. Gellius noctium Atticarum lib. 3. cap. 10. refert, Marcum Varronem (qui doctiſſima Romanorum ætate doctiſſimus audiit) libros

quoſdam

quosdam inscriptos Hebdomades sive septimanas composuisse, in quibus multifariis exemplis sive instantiis propriam quandam virtutem & efficaciam numero septenario inesse probare nitebatur. Idem vero iterum noto, ut miram Dei providentiam magnificem, qui Johan. Baptistam Christi Salvatoris nostri præcursorem misit, ut Evangelii annunciationem auspicaretur, in tali temporum plenitudine; & qui tam exquisito numero, pondere, & mensura omnia perficit, & Geometrice operatur; & qui est פלמוני (Dan. cap. 8. com. 13.) in Arithmetica seu potius Algebra tam admirandus, ut Atheum corde suo de ea dubitantem convinceret; talem Chronologiam, talem temporum supputationem inter mundum conditum & mundum reparatum non potuisse fortuito evenire.

Tempora Evangelii.

TEmpora Evangelii ad hunc usque diem & ulterius aptè distingui possunt in ejusdem initum sive ortum, & in septem deinceps intervalla quasi tot illius ætates. Initium Evangelii durabat, donec Judæorum Synagoga planè extincta esse & sepulta, atque ipsa Reipublicæ ruinâ penitus opprimeretur, ad mortem Vespasiani & Titi Romanorum Imperatorum, qui infandam illam cladem istis intulerunt, circa 52. annos &½.

Tiberius Cæsar regnavit post excessum Augusti 23 annos & ½: sed à Vere anni 15. atque à Consulatu Rubellii Gemini & Fusii Gemini 8. annos completos.

Ex quo Johannes Baptista cœpit Evangelium prædicare, ad Baptismum & Manifestationem Domini ac Salvatoris Christi, juxta Chronologiam nostram & Sanctum. Lucam Evangelistam quasi 30. annos nati, octavo die Judæorum Marchesuan secundum Epi-

phanium Christianum Judæum, qui fuit idem dies octavi apud nos Lunaris mensis, & nonus Solaris nostri Octobris, in tertio nostro Calendario ad medium solis motum confecto : septimo die septimanæ vel Sabbato, 19. anno Tiberii, prout indicavimus in nostrâ temporum emendatione & recensione : fuerunt ad minimum anni 3. &½. 3½. 4035½.

Tempore quo Dominus noster Christus manifestabatur perfectè sunt exacti 483. anni, (qui conficiunt 69. Hebdomadas annorum,) à veniâ ab Imperatore Persarum Artaxerxe Longimano Nehemiæ datâ, ut reædificaret muros Jerusalem: 567. anni, hoc est 81. vel novies 9. septimanæ annorum, à nuncio ejus quod per angelum Gabrielem Danieli miserat Deus : & 91. Hebdomades annorum, summa nimirum 13. Jubilæorum, quorum unusquisque habet septies 7. annos, ex quo ipse Daniel ductus est captivus, in principio regni Nebuchodonosaris, secundum Chronologiam nostram.

In meâ emendatione temporum ad annum quartum Evangelii, quo suppono Salvatorem Christum Baptizatum fuisse, in secundo ad id probandam argumento hæc verba posui. Christus cum Baptizaretur, uti scribit Sanctus Lucas Evangel. cap. 3. annum tricesimum, fere egerat, vel ut loquuntur Hebræi filius fuit triginta annorum, hoc est 30. ætatis anni fere medium ad minimum attigerat. cum initiaretur, id est unctus esset Spiritu Sancto & virtute, & triplex istud munus quod ad Messiam pertinebat, nempe Propheticum Sacerdotale & regium exequeretur. Ista siquidem vox ἀρχόμενος incipiens, *videtur referri ad officii sui exercitium, non ad ætatis annum, uti multi arbitrantur. Quam sententiam, D. W. Commentariis suis in Danielem, p. 339. quæstione 88. Sectione quintâ, improbat hisce verbis.* D. Lydiatus existimat, Christum ultra semissem tricesimi ætatis anni perveniisse, quo tempore erat baptizatus; & vocem ἀρχόμενος, prædicandi offi-

officium, non ætatem ſpectare; ego verò in ea potius ſum ſententiâ, Chriſtum fuiſſe Baptizatum initio anni ætatis 30. 1. Nam ne mentio quidem occurrit prædicationis, quam auſpicari Chriſtus diceretur; ita enim ſe habent verba in textu, & *Jeſus ipſe erat quaſi annorum* 30. *incipiens* 2. Neque Chriſtus ſtatim à Baptiſmo prædicare cœpit; ſed prius 40. diebus in deſerto erat tentatus, uti S. Lucas ſequenti capite demonſtrat. *Reſpondeo primum, eum mecum injuſte agere, dum de nudâ prædicatione ſpeciatim dici voluit quod generaliter ad triplex officium, Prophetæ, Sacerdotis, & Regis referebam. Deinde etiamſi ſolius Prædicationis mentionem feciſſem, non video qui potuit D. W. hanc ſententiam evertere? Quid enim aliud erat iſtud per* 40. *dies jejunium, & preces, quam ad prædicandi officium præparatio, adeoque quæ ad illud referri, & ut iſtius officii pars cenſeri poſſit? qualem jejunii, & precum præparationem & Eccleſia noſtra Anglicana publicè exigit, ante tempus Sacros Ordines conferendi, & qualem, ſine dubio, pius quiſque adhibet, priuſquam Sacerdotale munus obierit. Præterea in hac ſententiâ non ſolus fui, cum omnes Patres, unanimi conſenſu, initium publicæ Chriſti prædicationis ab illius Baptiſmo ducant. Quorum unum afferre ſufficiet Theodoretum qui in explicatione Danielis Hebdomadum, hæc habet verba.* Quo tempore Dominus noſter, & Salvator comparuit, & ſe manifeſtavit ad Jordanem, cum docere, prædicare, & miracula operari cœperit. *Et paulo poſt*, cum Dominus noſter, tribus circiter annis cum dimidio (*ſc. toto temporis ſpatio, quod inter ejus Baptiſma, & paſſionem interceſſit*) prædicaverat, & ſuos diſcipulos doctrinâ, & miraculis confirmaverat, paſſus eſt. *Præterea ipſemet D. W. illud idem proxime præcedente ſectione aſſerit, adeo ut mirari liceat hominem tam citò ſui oblitum fuiſſe. Nam in eâdem ſectione, cum H. B. ſentit magis veroſimile eſſe Chriſti mortem deſiiſſe ſemiſſe Hebdomadis annorum, quâ pactum erat confirmatum, quod immediatè à Baptiſmo*

initium cœpit : addit porro Christum proximè à Baptismo suo prædicare cœpisse, & per tres annos cum semisse concionatorem egisse. Præterea, p. 355. qu. 84. sect. 2. fatetur Christum in Baptismo suo, palam, & cœlitus, ad Sacerdotale munus designatum, eo quod dictum est, Illum audite. *Rursus quandoquidem constat ex c. 1. Johannis, Christum etiam ante illud miraculum Canæ Galilææ factum, discipulos congregasse, evidens est etiam tunc temporis illum publicum docendi munus suscepisse. Quoniam vero mea opinio minus illi placet, quâ vocem* ἀνέβη, *ad Christi munus prædicatorium, vel potius ad integri officii susceptionem referebam ; voluitque intelligi de ætate, idque cum H. Br. multisque aliis, de initio triceſimi ætatis anni, ad cujus tamen finem Scaliger, cum Baronio, plurimisq; aliis, non minus vehementer applicant ; quasi tum primum* 30 *annos integros complevisset, aut paucis diebus, aut uno aut duobus mensibus, ut plurimum defecerit : videtur mea sententia, ad officium referens, egregie confirmari ; dum qui ad ætatem retulerint in tam discrepantes, & planè repugnantes sententias discesserint. Præterea ulterius probatur, ex eo quod Apostolus Petrus c. 1. Act. (quæ etiam Lucas Evangelista scripsit) com. 21. eandem vocem eodem sensu usurpaverit, dicens,* Toto isto tempore, quo Dominus noster Jesus ingressus est, & egressus (*i. e. docebat, miracula operabatur, & Messiæ officio fungebatur*)inter nos, ἀρξάμενος incipiens à Baptismate Johannis ad eum usq; diem; quo à nobis in cœlos erat sublatus; *ubi vox* ἀρξάμενος *non potest ad aliud referri, quam ad ejus ingressum, & egressum (i. e.) officii administrationem.*

Sed ulterius meam sententiam, quod Christus Baptizatus fuit circa medium annum triceſimum ætatis suæ, tertiâ ratione ita urget. 3. Præterea si Christus Baptizatus esset medio anni triceſimi, & postea vixisset tribus annis cum semisse, verno tempore passus, sequeretur eum natum fuisse eâdem anni tempestate ; prout etiam sentit D. Lydiatus, quod tamen minus verosimile,

uti

uti postea declarabimus. *Et iterum p.* 341. *D. Lydiatus* arbitratur Christum passum fuisse tricesimo tertio anno ætatis suæ penè exacto, *p.* 176. (*viz.* 8. *anno* Evangelii) inde verò sequetur, eum natum fuisse eadem anni tempestate, quâ passus est, nempe vernâ; *cui sententiæ contradicit, ut minus veræ quæst.* 71 *sequente. Respondeo, verum esse, me sub finem* 4007. *anni Mundi, quem statuo esse annum Christi nati, de die vel anni tempore, quo natus esset, ad hunc modum scripsisse. Sed de die quo Christus natus fuit, de quo Johannes Keplerus (Cæsaris Astronomus, & Mathematicus tractatu suo de eare edito) fatetur se plurimum dubitare; an fuit dies sextus Januarii (viz. secundum Epiphanium) sive decimus nonus Aprilis, vel Maii (i.e. vicesimus quartus mensium Ægyptiacorum, Pharmuthi, vel Pachon, secundum alios antiquiores, quorum meminit Clemens Alexandrinus primo Στρωμάτων, quamvis ipse nominet vicesimum quintum diem Pachon; qui coincidit cum vicesimo die Maii Juliani,) sive dies aliquis Septembris, aut Octobris secundum alios nostris temporibus, (nempe Matthæum Beroaldum & Josephum Scaligerum) sive* 25. *dies Decembris, secundum vulgarem sententiam à temporibus Ambrosii, & Chrysostomi. Quod ad me attinet, sentio diem natalem Christi esse admodum dubium: quamvis existimem vigesimum diem Maii, à Clemente memoratum esse maxime verosimilem, eo quod hæc sententia sit reliquis antiquior; plane enim constat istam opinionem, de* 25. *die Decembris, tot annis vulgo receptam, non fuisse excogitatam, ante tricentesimum sexagesimum annum ab initio Evangelii, & tum futili plane ratione obtinuisse: quasi Zacharias Johannis Baptistæ pater (quem Lucas tradidit fuisse* de vice Abiæ) *fuisset summus Sacerdos Judæorum, & incensum adolevisset in intimo Sanctuario sive Sancto Sanctorum; quod semel quotannis factum à summo Sacerdote; nempe decimo die septimi mensis Judæorum, ut plurimum respondentis Juliano Septembri, quo tempore Angelus ei prædixit, conceptum fore Johannem*

nem Baptiſtam. Sed res ita ſe non habet : nam quod ſpectat ad Abia vicem, fuit una ex viginti quatuor vicibus, viz. octava, inferiorum Sacerdotum, memoratis 1. Paralip. c. 24. v. 10. & incenſum quod Zachariæ tunc adolevit, idem erat, quod præcipiebatur Exod. c. 30. v. 7. quotidiè poni ſuper altare incenſi in Templo, per aliquem eorum Sacerdotum ex Aaronis poſteris : adeo ut hinc nullo modo poſſumus colligere Johannem Baptiſtam conceptum fuiſſe ſub finem Septembris & natum ſub finem Junii ; aut Chriſtum conceptum fuiſſe ſub finem Martii, utpote ſexti menſis à Septembre, & natum fuiſſe ſub finem Decembris. Præterea magis convenit veri, quam hyemi aut autumno, aut æſtati, quod Evangeliſta tradidit, de paſtoribus vigilantibus, & cuſtodientibus vigilias noctis ſuper gregem ſuum in agris, eâ nocte qua Dominus noſter natus eſt : quippe oves, cum agnis ſuis in agris noctu palantes, (quæ hyeme ſtabulis cuſtodiuntur) faciliori prædæ futuræ ſunt feris ; quæ, quoniam ſub idem tempus ſuos catulos enixæ, ſunt rapaciores. Contra quam ſententiam. D. W. p. 343. quæſt. 71. hunc in modum arguit. D. Lydiatus eorum ſententiæ ſuffragatur, quos Clemens Alexandrinus commemorat, & qui aſſerunt Chriſti natalem contigiſſe verno tempore; & citat Keplerum, qui in dubio relinquit, utrum Chriſtus natus fuit ſexto Januarii, an decimo nono Aprilis vel Maii. D. Lydiatus hanc facit conjecturam, propterea quod paſtores dicuntur cuſtodiviſſe vigilias noctis ſuper gregem ſuum, quod arguit vernum fuiſſe tempus, cum agni adhuc teneri, & ſilveſtres feræ ſuis etiam catulis ſtipatæ, prædæ ſunt avidiores. *Sed contra*, paſtores poſſunt gregibus ſuis invigilare, tam reliquis anni tempeſtatibus, cum oves in agris noctu palentur, quam vernâ; quod iſta regio lupis abundaret. Denum dicuntur vigilaſſe propter greges ſuos, non tantum propter fœtus. *Primo D. W. ſiniſtrè me interpretatur, quandoquidem agnoſco me amplecti hanc ſententiam, nec unice, nec potiſſimum propter hanc conjecturam,*

ſed

ſed præcipuè propter vetuſtatem, utpote reliquis omnibus longè antiquiorem. Neque tamen conjecturam iſtam refellit: nam quamvis paſtores poſſint cuſtodire vigilias noctis ſuper gregem ſuum aliis anni tempeſtatibus, cum oves in agris pernoctarent, (quod tamen minus probabile eſt hyeme contigiſſe) quoniam iſta regio lupis abundavit; non tamen inde ſequitur, quin verno tempore, propter fœtus vigiliæ paſtorum magis neceſſariæ fuerint, adeoque magis veroſimile, iſto etiam tempore contigiſſe. Et eo quod addit paſtores dici vigilias cuſtodire ſuper gregem ſuum, non tantum ſuper fœtus, perperam interpretatur Evangeliſtæ verba, quæ ita ſe habent; & vigilias noctis cuſtodiebant, ἐπὶ τὴν ποίμνην, ſuper gregem. *Præterea eſt merum ſophiſma diviſionis, ſeparans ea quæ conjungenda ſunt, divellendo fœtus à gregibus, agnos à matribus; ſiquidem majori cura cuſtodiendi erant greges ſimul cum fœtibus ſuis: & cum greges conſtabant ſaltem partim matribus partim agnis, matres propter agnos majorem exigebant diligentiam. Aliud vero argumentum contra iſtud tempus natalitium Chriſti D. W. hiſce verbis affert.* Quandoquidem oportet ſemiſſem anni intercedere inter Baptiſmum Chriſti, & Paſſionem, quoniam concionatus eſt tres annos cum ſemiſſe à Baptiſmo, qui contigit initio anni ejus triceſimi, ſequetur paſſionem contigiſſe in medio, non fine ejus anni ultimi, & tempus natalitium dimidio anni anteceſſiſſe. *Reſpondeo quidem Chriſtum neceſſario medio anni paſſum fuiſſe, ſi modo baptizatus eſſet circa Septembrem, & initium triceſimi anni ætatis; hoc vero nec D. W. neque alius quiſquam probavit, nec probare poterit. Obſerva tamen, eò quod aſſerit Chriſtum tres annos cum ſemiſſe à Baptiſmo concionatum fuiſſe, concedit eum incepiſſe concionari immediatè à Baptiſmo, quod tamen in me redarguit; quamvis revera illud non affirmavi diſertis verbis, & ſpeciatim de officio Prophetico, ſed univerſim de publicâ tripli cis officiis functione.*

Jam vero accedimus ad præcipuum meæ Chronologiæ articulum, quem D. W. infirmare voluit, nempe quod ſecun-

dum meam Hypotheſin Chriſtus Baptizatus fuit, quarto anno à quo Johannes cœpit prædicare Evangelium, 15. anno Tiberii Cæſaris, contra quam hunc in modum ſcribit. 339. *p. quæſt.* 68. *ſect.* 6. Sed D. Lydiatus adhuc tuetur ſententiam magis paradoxam. Exiſtimat Johannem Baptiſtam cœpiſſe prædicare 4. annos antequam Chriſtus Baptizatus eſſet, 15. anno regni Tiberii, & Chriſtum Baptizatum fuiſſe initio 19. anni Tiberii, & paſſum fuiſſe 22. anno. Præcipua ejus argumenta hæc ſunt, &c. *Reſpondeo primo hic lxi eum minus ſincerè meam ſententiam propoſuiſſe, & invidiosè extendiſſe ultra meum propoſitum; nullibi enim ſcripſi Johannem cœpiſſe prædicare 4. annos ante Baptiſmum Chriſti, ſed tantum tres annos cum ſemiſſe circiter. Nam ſuppoſito quod Johannes Baptiſta cœpit prædicare circiter verno tempore, & medio 15. anni Tiberii; inde colligebam Chriſtum Baptizatum fuiſſe 4. autumno ſequente, circa initium 19. anni Tiberii; qui computus colligit tantum tres annos cum ſemiſſe. Deinde mea producit argumenta, ſecundum primo loco ponens.* Triginta effluxere anni, qua ætate Chriſtus Baptizatus eſt, à 41. Auguſti ad 19. Tiberii. Contra. Quamvis invitus me oppono tam docto Chronologo, qui tantam operam hiſce ſtudiis collocavit, quæ ego non profiteor, quoniam tamen, ejus ſententia eſt ſingularis, liceat mihi ad examen vocare illius argumenta, ut occaſionem habeat eadem diligentius conſiderandi, nè uſui ſint communi adverſario Veritatis Evangelicæ. *Huic præfationi repono, me incertum eſſe quomodo laudem Chronologi poſſim mereri, ſi præcipuis partibus quas tueri ſuſcepi, fuero deceptus; nec ita demens ſum ut laudi ducam, me ita appellari eximium Chronologum. Nego meam ſententiam eſſe ſingularem. Collocavi quidem Chriſti Servatoris noſtri Paſſionem, & Reſurrectionem* 36. *vulgari anno Domini noſtri, ſed idem præſtitit Paulus Middleburgenſis, Epiſcopus Foro Sempronii, centum abhinc annis, ingenti volumine undeviginti libros complectente, & Imperatori Maximiliano dedicato. Sed hallucinatus eſt dum*

19.

19. *annum Tiberii*, *ad quem retulit Passionem, & Resurrectionem Christi, applicat ad istum annum Domini nostri, cui revera respondet* 22. *uti ego posui. Fateor equidem D. Warà dum meas rationes expendit, licet satis oscitanter, ansam mihi dedisse, eas severius examinandi, adeoque principis Henrici Bibliothecâ instructo, hanc meam Recensionem scribendi, qua eas fusius exposui, confirmavi, & auxi; & curabo, Deo favente, ut hac mea hypothesis nullam afferat utilitatem veritatis adversario, quicunque fuerit. Meum secundum argumentum, primo loco ponit, atque ita oppugnat.* Triginta anni ætatis Christi, elapsi sunt 15. anno Tiberii, ab 41. Augusti, quo Christum natum fuisse asseritur, & D. Lydiatus meminit Petavii docti Chronologi Parisiensis, qui probat Christum natum esse 30. annos, ante 15. annum Tiberii. *Repono, hoc responsum à re controversa alienum, cum ambo fatemur Christum natum fuisse* 41. *anno Augusti; sed controversia est, unde iste* 41. *annus computandus sit. Vulgaris sententia numerat vel à Julii Cæsaris morte, vel à consulatu Hirtii & Pansæ anno sequente. Sed demonstravi meâ temporum emendatione, & recensione, computandum esse à Cæsaris Octaviani (postea Augusti) Ærâ, quæ cœpit Cl. Pulchro, & Norbano Flacco Coss. quinque annis post Consulatum Hirtii & Pansæ. Hoc confutasse oportuit D. W. aut integram rem omisisse, & intactam iis reliquisse, qui hujusmodi studia profitentur, quorum numero ipse sese eximit. Secundo loco affert quartum meum argumentum.* 2. Quadraginta & sex annis templum ædificatum est, Joh. c. 2. quod ædificari cœpit 18. anno Herodis; unde numerantur 47. anni ad 15. (*dicere voluit* 19.) annum Tiberii, inquit. *Sed frustra arguit errores, qui nulli sunt. Quod volui scripsi, nempe à* 18. *anno regni Herodis incipientis, à capta Hierosolymâ à Sosio, & morte Antigoni, ad* 15. *annum Tiberii effluxisse* 47. *annos, sed à* 18. *anno ejusdem Herodis regni incipientis ab Actiacâ victoriâ Augusti, contra Antonium & Cleopatram; & Hyrcani morte*

(unde Herodis regnum initium cœpisse demonstravi) ad 19. *annum Tiberii elapsos esse* 46. *annos, quod confutare parum sollicitus est; sed loco responsi, ex oppositio arguit, istam scripturam Joh. c.* 2. *intelligi debere de ædificatione Templi Zorobabelis, non Herodis, uti antea declaratum est, qu.* 58. *Fateor equidem istud responsum sæpius fuisse factum, ab iis qui sequuntur spurios autores Annii Viterbiensis, & Beroaldistis, & Broughtonistis, sed nunquam adhuc comprobatum aut firmo aliquo argumento, aut probatâ, historiâ, nec unquam erit comprobandum. Tertio loco affert meum* 5. *argumentum.* Johannes Baptista non fuit in vincula conjectus, & morte multatus ante 20. & 21 annos Tiberii, siquidem continuo post decollationem Johannis, sequitur pugna inter Herodem & Aretam Arabiæ regem, propter repudium filiæ, & conjugium cum Herodiade fratris Philippi uxore, quod contigit initio Vitellii præfecturæ in Syriam, & 21. anno Tiberii, uti testatur Cornel. Tacit. l. 6. Annal. *Hanc rationem sic infirmare aggreditur.* Nam cum Herodes duxit Herodiadem fratris Philippi uxorem, Philippus erat in vivis, quo tempore Johannes eum reprehendit. Philippus vero moritur 20. anno Tiberii *Josep. l.* 18. *c.* 6. & bellum eâ causâ ortum possit aliquot post annis sequi. *Respondeo, primo me concedere, bellum istud contigisse anno fere post divortium, sed ex Josepho liquido constat, immediate à Johannis Baptistæ morte evenisse, & proinde apud omnes fere Judæos concludebatur, cum Herodes prælio esset victus; Deum ab illo vindictam sumsisse, propter cædem Johannis Baptistæ. Secundo Philippus potuit mori, sub finem* 20. *anni Tiberii, circiter novem menses postquam Johannes in vincula fuisset conjectus, (uti ego collocavi) & paulo ante decollationem, initio* 21. *anni Tiberii: sed tota series Josephi historiæ planè evincit, Philippum, non amplius anni spatio, diem obiisse ante Tiberium, quod etiam Ruffinus, vetus Josephi interpres, tam impressus, quam manuscriptus confirmat, asserens eum obiisse* 22. *anno Tiberii; adeo ut manifesto constet istum*

Josephi

Josephi locum ubi dicitur mori 20. *anno, fuisse depravatum ab Amanuensibus, vel Typographis. Quarto affert sextum meum argumentum.* Annus quo Christus cœpit prædicare erat Sabbaticus, ut apparet ex Lucâ c. 4. Sed nullus annus à 15. Tiberii, erat Sabbaticus, præterquam 20. *Sed ita urget in contrarium*, annus quo Christus prædicavit, non erat Sabbaticus. Christus præparat eos prædicando, in annum acceptabilem; iste vero erat, quo passus est, qui & annus Sabbaticus fuit, & Jubilæus. *Nam*, Jubilæus annus fuit typus Christi sub quo potiremur vera libertate, per remissionem peccatorum, ac proinde figura, sive typus, & substantia debent consentire. *Respondeo, me demonstrasse* 20. *annum Tiberii esse Sabbaticum, ex Josepho (eodem autore quem D. W. produxit, contra meum proximum argumentum) sub finem* 14. *l. Judaicarum antiquitatum, ubi asserit annum, quo Hierosolyma capta erat à Sosio, fuisse annum Sabbaticum, in quem incidebat consulatus Vipsanii Agrippæ, & Caninii Galli; ut in* 20. *annum Tiberii, consulatus Lucii Vitellii, & Fabii Persici; inter quos tempus intermedium est* 70. *annorum, viz. decem Sabbatorum, sive Hebdomadnm annorum. At vero si* 20. *annus Tiberii, esset Sabbaticus* 18. *quo D. W. ex vulgari sententiâ existimat Christum fuisse passum, non potuit esse Jubilæus, quandoquidem quilibet annus Jubilæus, ipso fatente, fuit Sabbaticus, nempe quodlibet septimum Sabbatum. Et licet Jubilæus typus esset veræ libertatis ad quam Christus morte sua nos vindicavit; tamen non ideo magis necesse est eum mori, anno Jubilæo, quàm septimo mense anni, vel septima die Hebdomadis, nempe Sabbato; vel* 10. *die* 7. *mensis, nempe solenni die expiationis, cum summus Sacerdos ingressus est Sanctum Sanctorum, & cum Jubilæus esset promulgandus; ubi etiàm D. W. videtur, perperam interpretari prædicationem anni acceptabilis; quæ videtur esse declaratio istius anni jam instantis, secundum Legem; non præparatio, quasi aliquot post annos esset expectandus. Præterea frustra Broughtonistæ asserunt annum*

Passionis Christi fuisse Jubilæum; nam cum Persici Imperii tempus amputant, nullâ vera historiâ se tuentur. Quinto & ultimo loco, meum primum argumentum hoc modo refutare aggreditur 5. Christum Baptizatum fuisse 15. anno Tiberii, sine controversia demonstrat cap. 3. D. Lydiatus respondet Evangelistam istum annum assignasse, initio prædicationis Johannis Baptistæ, non Christi Baptismo; oportet enim longius tempus Johannis prædicationi & Baptizationi attribuere, ut via Christo præparetur. *Respondeo me hoc modo non scripsisse, Johanni longius tempus assignandum, &c. Sed hoc modo: & revera liquet, tum ex omnibus Evangeliis, tum ex Actis Apost. c. 13. v. 24. 25. Johannem Baptistam longius præcessisse Christum, ut ejus adventum significaret, ut corda patrum ad filios converteret, & inobedientes ad sapientiam justorum, & Domino populum præpararet; qui interea, licet nullum miraculum fuerit operatus; tamen ita omnes in sui admirationem rapuit, tantâ fuit apud omnes Judæos autoritate, ut multi judicarent ipsum fuisse Christum, & de eâ re principes populorum Hierosolymis ad eum Legatos misere, circa tempus quo Christus à deserto rediit, postquam 40. dies jejunasset. Locus Actorum, quem citavi, pars est Apostoli Pauli concionis, hisce verbis. Postquam Johannes prædicaverat ante faciem adventus ejus, Baptismum pœnitentiæ omni populo Israel; cum impleret autem Johannes cursum suum dicebat; quem me arbitramini esse; non sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere. Contra argumentatur. D. W.* Sicut natalis dies Johannis Baptistæ, sex tantum menses antecessit natalem Christi, ita non videtur longius tempus quo prædicando præcurreret. *Cujus argumenti consequentiam non agnosco; nempe quoniam Johannes Baptista sex mensibus Christo natu major fuit, igitur par temporis intervallum ei satis esse, ut eum cursum susciperet, exequeretur, & impleret, quo omnem populum Israel, penitus doceret, & præpararet in Christi adventum, & manifestationem. Et revera quamvis praditus erat Spiritu Sancto ab*

utero

ntero matris, si modo verbum Domini factum esset *ad eum 15 anno Tiberii, potuerit tum 27. annos natus, hujusmodi cursum suscipere; non tamen existimandum est, quin rem magnam præstiterit, si modo impleverit tribus annis cum semisse: & arbitramur hoc etiam non præstitisse absque spiritu, & potestate Eliæ; & nisi maximus inter natos mulierum propheta fuisset. D. W. præterea objicit,* Evangelistam sic descripsisse Baptismum nostri Salvatoris, ac si immediatè secutus esset prædicationem Johannis Baptistæ. *Respondeo, verum esse, prædicatione jam pene finitâ hoc accidisse, sed cursu trium annorum cum semisse fere impleto, non incipiente. Quod spectat ad S. Lucam quo præcipuè nititur D. W. quasi omnem dubitationem ret, is non magis asserit Christum baptizatum fuisse, 15. anno Tiberii, quam Johannem Baptistam in vincula conjectum 15. anno Tiberii. Nam, quoniam totam Johannis Baptistæ historiam, noluit interrumpere) meminit ejus incarcerationis, priusquam Christi Baptismi. Demum D. W. urget,* S. Johannem Evangelistam, dicere proximo die à quo Johannes Baptista erat solenniter baptizans, vidit Christum ad se venientem *Joh. 1. 29. Resp. verum non esse. Johannes enim Evangelista non dicit proximo die, à solenni Baptizatione Johannis Baptistæ, sed proximo die postquam legati missi essent Hierosolymis ad Joh. Baptistam, quos missos esse post Baptismum Christi, sub finem jejunii 40. dierum, & tentationis in deserto; & Epiphanius dilucidè probat, c. contra Hæresin. Absurd. Et omnes scriptores Harmoniæ 4. Evangeliorum quas videre licuit, abunde confirmant. Si modo consulere placuisset meam emendationem temporum, non ita D. W. perperam hunc locum esset interpretatus. Hæc sunt argumenta, quorum confutationem aggreditur, quamvis longè plura attulerim mea emendatione temporum. Præterea & multa de novo addidi in meâ recensione. Ut tandem illius objectionibus respondendi finem faciam. Olim mihi objecerat, me tale initium statuisse Hebdomadibus Danielis, ut nulla ratio, poterit afferri, quare priores septem à reliquis abrumperentur;*

rentur; & olim istam objectionem inanem esse probavi; & fateor verum esse, prout ipse eas terminat morte Christi, 18. anno Tiberii, tribus annis cum semisse à Baptismo Christi, 15. Tiberii; non potest ratio assignari, cur 69. à 70. ultimâ & principali divellerentur: juxta illius enim Hypothesin fierent 69. cum dimidiâ; praterquam quod palam contradicit Angeli verbis, quibus Christus confirmaret pactum multis, Hebdomade unâ, nempe ultimâ 70. & dimidio Hebdomadis Hostium & Sacrificium cessare faceret. Observa demum quod ut transtulit primum meorum argumentorum (ubi locus S. Lucæ, de tempore Baptismi Christi, malè detortus ad 15. annum Tiberii, vindicatur) in locum ultimum, ita prorsus tertium omisit, quod hoc charactere notatum posui, præcipuum fuisse: *nempe exacti impleri 483. annos, i. e. 69. Hebdomadas annorum à 20. Artaxerxis Longimani, ad 19. Tiberii; & initium 484. anni, & Danielis 70. Hebdomadis, ipsomet tempore Baptismi, & manifestationis nostri Salvatoris.*

A Christi Baptismo & manifestatione ad mortem ipsius & Resurrectionem, circa medium 22. anni regni Tiberii, quæ una duntaxat annorum Hebdomas 2 primâ Johannis Baptistæ prædicatione, erant prope 3. alii anni & ½, usque ad medium Danielis 70. simæ septimanæ. 7. 4039.

Quapropter Dominus noster Christus 33. annos natus, Crucifixus est 488. annò nostræ 7. periodi, 6. die septimanæ, 15. Lunaris Martii sive Nisan, & vero Judæorum Paschatę; summâ cum potentiâ declaratus est Dei filius per Resurrectionem à mortuis tertiâ post die, primâ nempe Hebdomadis, Dominicâ inde nuncupatâ, 17. die Lunaris Martii, 8. Solaris Martii, secundum nostra prima & tertia calendaria solaria; & primâ Juliani Aprilis: initio 8. anni Evangelii, & 4040. mundi: prout asserit Chronologia nostra.

Tiberius Cæsar regnavit post Salvatoris Christi mortem & Resurrectionem, annum ferè integrum, & è

vita

vita discessit 16. die Martii, ad finem ejusdem anni. 8. 4040.

Caius Caligula post illum imperavit penè 4. annos. Circa medium 3. illius anni completa est 70. septimana secundum computationem Danielis factam de manifestatione Messiæ; & prima exinde, circa medium annorum Evangelii & mundi. 11. 4043

In illa prima annorum Hebdomade Salvator noster Christus & ipsius Apostoli instaurarunt & sanciverunt testamentum gratiæ cum multis Judæorum. Sed quandoquidem maxima pars hujus populi repudiavit Messiam: statim post finem istarum 70. Hebdomadum, abominationem desolationis intulit Caius Imperator, conatus imaginem suam statuere in templo Hierosolymitano.

Et hoc fuit initium calamitatum Judæorum, quæ ab eo tempore quotidiè ingruebant, donec funditus perirent sub Vespasianis: & hoc modo tum limites, tum omnes partes Danielis Hebdomadum, perspicuè explicantur, & clarè distinguuntur, mea interpretatione, & Chronologiâ; quarum initium, concessa venia instauranda Hierosolymæ; finis cum inciperet abominatio desolationis Judæos invadere. Finis priorum 7. Hebdomadum, sub finem tranquilli Imperii Nehemiæ, & finem Historiæ & Prophetiarum V. T. est: Finis 62. Hebdomadum sequentium, sub initium Evangelii à Joh. Baptistâ prædicati medio earum ultimæ, & præparationem populi Israel in Christi adventum per tres annos cum semisse, usque ad exitum illius; initium septuagesimæ à Christi Baptismo, & manifestatione desumitur, medium à Morte & Resurrectione supputatur. Hnic aliquid simile nondum inveni apud reliquos omnes interpretes Danielis Hebdomadum, & minimè omnium apud Josephum Scaligerum.

Caius Imperator occisus est 24 die Januarii versus exitum annorum Ev. & M. 12. 4044.

Claudius Cæsar hunc excepit,& Imperium exercuit ferè 14. annos; in cujus regni 7. anno peragebatur secundum septennium à Baptismo Christi, 18. anno Ev. & 4050. M. 13. & ultimo tertium septennium utpote 26. Ev. & 4058. M. Veneno extinctus est 13. Octobris, anno Ev. & M. 26. 4058.

Nero Domitius huic succedens regnavit 13. annos & 8. menses. In 7. anno illius regni absolvebatur quartum septennium post Domini nostri Baptismum, 32. anno E. & 4064. M. Dominationis illius 13. anno, 30. annis post Resurrectionem Domini nostri Christi, 38. Evangelii & 4070. Mundi, propter Judæorum rebellionem suscipiebatur exitiosum illorum bellum cum Romanis. Anno 14. & ultimo Imperii illius consummatum est quintum septennium post Christi Baptismum, 39. anno Ev. & 4071. M. Porro Nero sibi mortem conscisceré coactus est 10. die Junii anno Ev. & M. 40. 4072.

Galba post hunc regnavit 7. menses: & occisus est 15. die Januarii, sub finem ejusdem anni Evang. & M. 40. 4072.

Otho illum excipiens imperavit 3. menses: victus à Vitellio & oppressus, propriâ manu mortem sibi consciv it 20. die Aprilis, anno Ev. & M. 41. 4073.

Eodem anno Flavius Vespasianus legatus belli contra Judæos suscepti, ab exercitu suo creatus est Imperator, 1. die Julii, à cujus præfectis Vitellius regno potitus post mortem Othonis 8. menses, occisus fuit 24. die Decembris, eodem anno Ev. & M. 41. 4073.

Secundo Imperii Vespasiani, Jerusalem à Tito ejus filio capta est ac deleta, & Dei Templum penitus eversum, circa medium an. Ev. & M. 42. 4074.

Quinto Anno regni ejus consummatum est sextum septennium post Baptismum Christi: an. Evang. & M. 46. 4078

Vespasianus cum regnasset $\eta\phi$. pene annos, obiit 24. Junii, an. Ev. & M. 51. 4083.

Titus

Titus illius filius post ipsum regnavit 2. annos & 3. menses, mortuus est idibus sive 13. die Septembris, medio anni Ev. & M. 53. 4085.

Circa mortem ejus completum est septimum septennium à Baptismo Christi.

Domitianus ipsius frater tunc primum regno potitus est paulo post initium 25. Olympiadis & 829. an. Epochæ Nabonazaris 7. septimanis annorum ferè completis post Baptismum & primam manifestationem Domini nostri & Salvatoris Christi; quarum 7. Hebdomadum eventui & historiæ relationem quandam præ se ferre mihi videntur 7. sigilla Apocalypseos, D. Johannis Theologi, aperta ante reserationem libri. Domitianus erat primus, ut Suetonius in vita ejus scribit, qui in mandatis dedit, ut ipse Dominus ac Deus nominaretur: istoq; titulo insignitus fuit in suis edictis & rescriptis. Capitolium, vel præcipuum Idolis dedicatum Romæ templum, principio regni patris Vespasiani, & posteà Titi fratris exultum, restituit, ac sibi quasi consecravit, in eo ponens propriam statuam ex argento atque auro factam. Haberi voluit Palladis filius, Virginis nimirum Deæ, ut videtur, æmulatus Christum vera natum virgine. Christianorum persecutionem instauravit, inchoatam à Nerone Domitio, ipse nuncupatus alter Nero, & ab illo cognominatus Domitianus. Post 4. annos regni sui transactos 114 Æræ Alexandrinæ annorum Augusti, secundum Clementem Alexandrinum, 216. Olympiade, & 833. Epochæ Nabonazaris, solennes instituit ludos in honorem Jovis Capitolini, deinceps celebrandos ad finem cujusque quarti anni, & insuper annos exinde, numerandos sicut olim à Græcis Olympiadibus Jovi Olympio factis: & in usu manserunt, donec illos antiquarunt Constantini Indictiones. Ab initio regni Nebuchadnezaris, qui primus auream imaginem statuit colendam, ad principium Domitiani sunt 686. anni, juxta Chronologiam nostram, id est, bis

ſepties ſeptem ſeptennia vel Hebdomadæ annorum, ſive 14. Jubilæorum ſpatia: propterea ab initio Imperii Domitiani, quando viſum eſt Domino noſtro Chriſto revelationem ſuam exhibere dilecto Apoſtolo atque Evangeliſtæ Johanni (tanquam alteri Danieli) eo tempore ſimul cum Chriſtianis oppreſſo afflicto & exulanti in Patmo: meo judicio (quod ſubmitto Eccleſiæ & miniſtris Chriſti) hiſtoria aperti libri Apocalypſeos incipit capite 8. verſ. 7. viz. poſt ſolutionem ſeptem ſigillorum tanquam ejus præludium: & nominatim hiſtoria ſeptem tubarum, inchoata apud eundem locum; & viſa diſtinguere ſeptem Eccleſiæ ætates, quarum quæque complectitur 7. dimidia Danielis 70. ſeptimanarum, hoc eſt, 35. Hebdomadas, ſive 5. Hebdomadas annorum ipſius; quæ aliter computari poſſunt, 70. Hebdomadæ, bis 70. Hebdomadæ, & Hebdomadum ſemiſſis, vel tempus, duo tempora, & temporis dimidium: quod quidem ſpatium complectitur annos 245. vel quinquies 49. an. Notatu forte dignum eſt olim apud Judæos anno quovis 49. Tubas ſolenniter fuiſſe inflatas, ad quas Apocalypticæ clangores prorſus reſpondent. Quinetiam mihi videtur notatu dignum quod è Dione Caſſio refertur, quod per hoc tempus duobus annis ante ſtupendam fumi atq; ignis eruptionem è cacumine Veſuvii montis Campaniæ in Italiâ (cui dum appropinquat, ut illius rationem cognoſceret, Plinius celebris ſcriptor Hiſtoriæ naturalis, & tunc temporis præfectus claſſis Titi Imperatoris apud Miſenum, ſuffocatus erat) viſæ ſunt in aere quaſi gigantum formæ, & præterea auditus eſt ingens ſonus, ſimilis iſti tubarum, qui admirationem ſpectantibus atque audientibus incuſſit.

Diſtinguemus igitur ſuccedentia tempora Evangelii in ſeptem magnas ætates, quarum quæque continet 245. annos; qui numerus conflatur è ſeptimanis Iſraelitarum & luſtris Romanorum, tanquam quinquies

quies ſepties ſeptem annis: eo magis, quia olim obſervatum eſt à Theologis ac Politicis, quod 245. plus minus anni quaſdam inſignes mutationes producunt in ſtatu Eccleſiaſtico & Civili.

Prima Evangelii Ætas complectens 245. annos, à medio An. Ev. 53. ad medium 298.

Domitianus regnavit à 13. die vel Idibus Septembris, 53. anno Evangelii & 4085. Mundi, 15. annos & 5. dies. Occiſus eſt 18. die Septembris, an. Ev. & Mundi. 68. 4100.

Nerva illi ſuccedens, poſtquam integrum annum imperaſſet, adoptavit Trajanum ad Imperium, 18. die Septembris. Mortuus eſt 27. die Januarii ſequentis, an. Ev. & M. 69. 4101.

Trajanus à tempore adoptionis ſuæ regnavit 19. annos: & mortem obiit 11. die Auguſti, an. Ev. & Mundi. 88. 4120.

Hadrianus poſt illum ferè 21. annos imperavit: & obiit 10. die Julii, an. Ev. & M. 109. 4141.

Antoninus Pius 23. annos & 3. menſes regnavit: mortuus eſt 7. die Octobris an. Ev. & M. 132. 4164.

Hunc exceperunt duo Auguſti, Marcus Aurelius & Lucius Verus, quorum Verus poſt 9. annos obiit an. Ev. & M. 141. 4173.

Marcus Aurelius poſt Antoninum regnavit 19. annos & quod excurrit. Mortuus eſt 17. die Martii, penè ad exitum an. Ev. & M. 151. 4183.

Commodus ejus filius regnavit 12. annos 9. menſes & ½: Strangulatus fuit ultimâ nocte Decembris, an. Ev. & M. 164. 4196.

Pertinax ferè 3. menſes regnavit: atque enecatus eſt 28. die Martii, initio an. Ev. & M. 165. 4197

Didius Julianus circiter 2. menſes imperium tenuit, & occiſus eſt circa principium Junii, eodem an. Ev. & Mundi. 165. 4197.

Septimius Severus Germaniæ præfectus, ab exercitu suo creatus Imperator circa idus vel 15. diem Maii præcedentis, regnavit 17. annos & 8. menses & ultra: mortuus est Eboraci in Britanniâ 24. die Februarii an. Ev. & M. 182. 4214.

Illi successerunt duo ipsius filii Antoninus Caracalla & Geta. Sed Geta post Imperium unius anni, occisus est jussu fratris 25. Februarii an. Evang. & Mundi. 183. 4215.

Antoninus Caracalla post Severum regnavit 6. annos & 2. menses: necatus fuit 8. die Aprilis an. Ev. & Mundi. 189. 4221.

Macrinus & ejus filius Diadumenus, regnarunt 1. annum & 2. menses; bello victi fuerunt 7. die Martii, & paulò post occisi, an. Ev. & M. 190. 4222.

Antoninus Heliogabalus regnavit 3. annos & 9. menses: interfectus est 10. Martii an. Evang. & Mundi. 193. 4225.

Alexander post illum regnavit 13. annos & 8. dies, & occisus est 18. die Martii circa finem anni Ev. & Mundi. 206. 4238.

Julius Maximinus post illum regnavit 2. annos & quod paululum excurrit: interemtus fuit simul cum filio circiter Junium, an. Ev. & M. 209. 4241.

Balbinus & Pupienus supra 3. menses regnarunt; peremti sunt tempore Capitolinorum ludorum, circa medium Septembris, eodem an Evang. & Mundi. 209. 4241.

Gordianus 6. annos regnavit: occisus itidem circa Septembrem, an. Ev. & M. 215. 4247.

Philippi regnum duravit paulo plus 5. annis &: videtur fuisse occisus cum filio circa finem Martii & principium an. Ev. & M. 221. 4254.

Decius 2. annos & 3. menses cum regnasset, à Gothis interfectus est, una cum filio ad exitum Junii an. Evang. & M. 223. 4255.

Galbus ferè 2. annos imperium tenuit: cæsus cum filio

filio Volusiano circiter Junium, anno Evang. & Mundi. 225. 4257.

Æmilianus 4. menses regnavit: occisus circa Septembrem, eodem an. Ev. & M. 225. 4257.

Valerianus eodem vere Imperator creatus & ejus filius Gallienus una regnabant 7. annos & quod aliquantulum excurrit, donec Valerianus à Sapore Persarum rege in prælio ductus est captivus versus autumnum an. Ev. & M. 232. 4264.

Gallienus postea imperium exercuit ad minimum 7. annos & $\frac{1}{2}$, in summâ 15. annos: interemtus est circa 21. diem Martii & finem an. Ev. & M. 239. 4271.

Claudius pene 2. annos cum regnasset, peste extinctus est 4. Februarii versus exitum an. Evang. & Mundi. 241. 4273.

Aurelianus fere 5. annos imperavit: peremtus circiter 29. die Januarii, an. Ev. & M. 246. 4278.

Tacitus post interregnum 6. mensium, Imperator nominatus, post duos menses suscepit Imperium 25. die Septembris: atque è vita excessit ante 3. diem sequentis Februarii, fratre illius Floriano nequiequam istud ambiente, an. Ev. & M. 247. 4279.

Probus eodem die Februarii salutatus Imperator, regnavit 6. annos & 4. menses. Occisus fuit ad initium Junii, an. Ev. & M. 254. 4286.

Carus, paulo plus uno anno cum regnasset: fulgure ictus est versus autumnum, an. Ev. & M. 255. 4287.

Carinus & Numerianus ejus filii ipsi successerunt. Numerianus, intra annum, reversus à bello Persico, cæsus fuit perfidiâ Apri Soceri sui, an. Evang. & Mundi. 256. 4288.

Diocletianus Aprum cum interemisset, imperio successit eodem anno Ev. 256, & M. 4288. 17. die Septembris, sive 15. ante Calendas Octobris juxta computum Alexandrinum; & paucis post diebus ingressus est Nicomediam, ubi quadantenus Imperii sedem constituit, 245. annis post finem Danielis 70 septi-

mana

manarum, 3. anno Caligulæ. Voluit etiam appellari Jovius, & curabat ut Maximianus in occidentis Imperium ab ipso cooptatus ad 21. diem Aprilis succedentis, (circa quod tempus occisus erat Carinus) nuncuparetur Herculius. A vere primi anni Diocleſiani incipit computus numeri aurei, ſive cycli paſchatis 19. annorum, quem inſtituit Anatolius Alexandrinus, exhibentis *primam* viceſimo tertio die Martii, ſive 20 die Phamenoth, & paſchatem 12. die Aprilis, ſive 17. Pharmuthi, circa initium an. E. & M. 257. 4289

Diocleſianus poſt dominationem 20. annorum ſponte imperio ſe abdicavit apud Nicomediam, & Maximiano autor erat ut idem faceret Mediolan. 21. Aprilis, an. Ev. & M. 276. 4308.

Galerius 7. annos in oriente regnavit, & tum fœdo morbo correptus Licinium fecit Imperatorem 21. die Aprilis, & non diu poſt obiit an. Ev. & Mundi. 283. 4315.

Poſt mortem ejus Maximinus, prius Cæſar appellatus, noluit appellari Auguſtus.

Interim Conſtantinus filius Conſtantii Chlori (quem Diocleſianus & Maximianus Cæſarem conſtituerant cum Galerio ſed non Auguſtum) poſt mortem patris apud Eboracum in Britanniâ 25. die Julii, an. Ev. 278. ſibi vendicavit titulum Cæſaris, & ſequenti anno nempe 279, illum Auguſti Treveris, Fauſtam Maximiani filiam ducens uxorem. Proximo anno poſt mortem Galerii geſſit bellum adverſus Maxentium Maximiani filium, competitorem ejus de occidentali parte Imperii, qui titulum aſſumſerat Cæſaris 25. die Septembris, & Auguſti etiam Romæ, iiſdem annis quibus Conſtantinus apud Eboracum & Treveris (adeo ut jam quatuor Auguſti extiterint,) & illum fudit ingenti prælio ad pontem Milvium in Tiberim, ubi demerſus 24. die Septembris. Hinc ſumenda eſt vera Epocha Conſtantinianarum 15. an. indictionum an. Ev. & M. 284. 4316.

Maxi-

Maximinus 3. anno post Galerium defunctum bello petitus à Licinio, mortuus est apud Tarsum, an. Ev. & M. 285. 4317.

Licinius regno potitus 13. annos in orientali Imperio, victus fuit à Constantino & coactus renunciare Imperio, ac intra annum sequentem ejus jussu occisus, an. Ev. & M. 296. 4328.

Constantinus Imperium adeptus, succedenti anno Nicææ convocavit Synodum Christianorum Episcorum, 19. die Junii, 363. anno Æræ Cæsaris: & illo exeunte celebravit Nicomediæ priora Imperii Vicennalia, an. Ev. & M. 297. 4329.

Constantinus proximo anno, utpote 21. post susceptum regnum cum titulo Cæsaris in Britanniâ, 20. post assumtum Augusti titulum, magnifice triumphavit, & Romæ celebravit posteriora ac magis splendida Imperii Vicennalia: in quo Christianismus quasi ovanti pompâ Ethnicismum superavit, ad finem primæ hujus ætatis Evangelii, nimirum ad medium an. Ev. & M. 298. 4330.

Secunda ætas Evangelii continens alios 245. annos, à 298 ad 543.

Constantinus dilatatum à seipso Byzantium appellavit Constantinopolin sive novam Romam 11. die Maii, an. Ev. & M. 302. 4334.

Constantinus regno potitus 12. annos solus sive Monarcha, 11. post Vicennalia Romæ habita, & 7. post nuncupatam Constantinopolin, ad summam pene 31. defunctus est 22. die Maii, qui erat dies Pentecostes an. Ev. & M. 309. 4341.

Illi successerunt tres ejus filii, Constantius in oriente, Constans & Constantinus junior: è quibus Constantinus post 3. annos occisus fuit circa Aprilem an. Ev. & M. 312. 4344.

Constans in occidente post annos fere 13. cæsus erat exeunte Februario & exeunte anno 321. 4393.

Magnentius post illum usurpans imperium Occidentis regnavit tres annos & ½: atque à Constantio devictus, propriâ manu occidit 26. die Augusti, an. Ev. & M. 325. 4357.

Constantius rerum potitus 24. annos & pene defunctus 3. die Novembris an. Ev. & M. 333. 4365.

Julianus 1. annum & fere 8. menses cum regnasset, occisus est 26. Junii, an. Ev. & M. 335. 4367.

Jovianus vel Jovinianus pene 8. menses: subita morte deletus fuit 17. die Februarii, exeunte anno. Ev. & M. 335. 4367.

Valentinianus fuscepit Imperium 25. die Februarii crastino post Bissextum, & Calendis sequentis Aprilis fratrem Valentem constituit Imperii Orientalis participem. Valentinianus cum in occidente regnasset fere 12. annos moritur 17. die Novembris an. Evang. & Mundi. 347. 4379.

Huic successerunt ejus filii Gratianus & Valentinianus junior, uterq; in Occidente. Valens regno Orientis potitus 14. annos & 4. menses, prælio occisus fuit à Gothis 9. die Augusti, an. E. & M. 350. 4382.

Post 5. menses in oriente regnavit Theodosius à Gratiano Imperator creatus.

Gratianus post mortem Patris Valentiniani, in Occidente cum regnasset penè 8. annos; perfidiâ Maximi tyranni sublatus est 25. die Aug. an. E. & M. 355. 4387.

Maximus tyrannus post 5. annos Imperio depulsus est à Valentiniano juniore, & Theodosio, ejusque filius Victor cæsus ad 28. diem Augusti, an. Ev. & Mundi. 360. 4392.

Valentinianus junior, mortuo patre Valentiniano, natus 4. annos, Imperator creatus regnavit 16. annos & ½ in occidente: strangulatus fuit 15. die Maii, nimirum in vigilia Pentecostes, an. E. & M. 364. 4396.

Theodosius Orientis Imperator constitutus à Gratiano

tiano 5. menſes à Valentis morte, 19. die Januarii anno E. 350. M. 4382, regnavit ſolus 16. annos; & 8. menſes: moriebatur 17. die Januarii, ad finem an. Ev. & M. 366. 4398.

Illi ſucceſſerunt ipſius filii Arcadius in Oriente & Honorius in Occidente. Quorum regni 6. anno, 372. anno Ev. & 4404. M. quo Stilico & Aurelianus fuerunt Conſules, Italiam Gothis invadentibus, Romanum Imperium in Occidente manifeſtè videbatur in ruinam vergere: 360. annis poſt finem Danielis 70. Hebdomadum: id eſt, uno integro ſpatio 12. menſium, continentium 30. annos.

Arcadius in oriente poſt extinctum Theodoſium, 13. annos & 3. menſes; deletus eſt 1. die Maii, filium ſuum Theodoſium conſtituens ſucceſſorem, an. Ev. & M. 380. 4412.

Honorius in occidente, mortuo patre, regnavit 28. annos & [illegible]: è vitâ migravit circa 15. diem Auguſti, an. & Ev. M. 395. 4427.

Johannes tyrannus occidentale Imperium uſurpavit ac retinuit 2. annos, uſque ad idus vel 15. diem Octobris, quando Valentinianus tertius creatus fuit Imperator, an. Ev. & M. 397. 4429.

Theodoſius junior in oriente poſt Arcadium 42. annos & 3. menſes regno potitus: ex equo cadens mortem obiit 28. die Julii: poſt hunc regnavit Marcianus anno Ev. & M. 422. 4454.

Valentinianus tertius regno potitus in occidente 29. annos, & 5. menſes, occiſus eſt 17. die Martii ad finem an. Ev. & M. 426. 4458.

Maximus in Occidente nondum 3. menſium Imperator cæſus fuit 12. Junii, an. Ev. & M. 427. 4459.

Avitus in occidente, imperio, ad quod provectus eſt 10. vel 18. die Julii, & quod exercuit 10. menſes, depellitur à Ricimero 17. die Maii, an. Ev & Mundi. 428. 4460.

Marcianus in oriente poſt 6. annos & 6. menſes,

mortuus est 26. die Januarii : & ipsi Leo successit versus exitum ejusdem anni Ev. & M. 428. 4460.

Majoranus in occidente, post Avitum depulsum, & exinde interregnum fere per 11. menses, Imperator creatus 1. die Aprilis an. Ev. 429. & M. 4461, cum regnasset 4. annos & 4. menses, regno itidem exuitur à Ricimero, & occisus 6. die Augusti, an. Ev. & Mundi. 433. 4465.

Severus in occidente post aliud etiam interregnum penè 4. mensium, à Ricimero constitutus Imperator 19. Novembris, intra 4. sequentes annos veneno epoto fuit extinctus 15. die Augusti, an. Evang. & M. 437. 4469.

Anthemius in occidente, quem ad imperium, post anni unius & 8. mensium interregnum, cooptaverat Leo, 12. die Aprilis an. Ev. 439. & M. 4471. regno potitus 5. annos & 3. menses, occisus est à Ricimero 11. die Julii: & Olybrius ad ejus dignitatem provectus fuit. Ricimerus obiit 18. die Augusti succedentis. Olybrius etiam nondum 4. menses Imperium tenens mortuus est 23. die Octobris, & ad Imperium occidentis jam 4. menses vacuum Glycerius erat promotus 5. die Martii exeunte an. E. & M. 444. 4476.

Leo orientalis Imperator post annos ferè 17. mortem obiit circa 13. diem Januarii, cujus 19. die Zeno factus est Imperator ad finem an. E. & M. 445 4477.

Glycerius in occidente imperans 1. annum & penè 4. menses exauctoratus fuit 24. die Junii, & successit Julius Nepos, an. Ev. & M. 46. 4478.

Julius Nepos in occidente regno potitus 1. annum & 2. menses, ab Oreste 28. die Augusti exutus est Imperio, quod collatum fuit in ejus filium Momyllium Augustulum 31. die Octobris, an. Evang. & Mundi. 447. 4479.

Momyllius Augustulus ultimus occidentis Imperator post nondum 19. menses completos ab Odoacro Herulorum rege Aug. 23. expulsus est, qui sese Regem

gem Italiæ renunciavit 76. annis post declinationem Imperii occidentis, an. & Ev. M. 448. 4480.

Zeno in oriente potitus regno 17. annos & ferè 3. menses obiit 6. die Aprilis, an. Ev. & M. 463. 4495.

Anastasius regnavit 27. annos & 3. menses, obiit 9. die Julii, an. Ev. & M. 490. 4522.

Justinus regnavit 9. annos & 23. dies: obiit 1. die Augusti, an. Ev. & M. 490. 4531.

Justinianus regnavit 38. annos & ultra 3. menses: obiit idibus sive 13. die Novembris, an. Ev. & Muudi. 537. 4569.

Justinus junior huic successit. In cujus 6. anno Longobardi invaserunt Italiam, quam Imperio restituerat Justinianus, quo tempore Exarchatus Ravennæ instituebatur. An. Ev. & M. 543. 4575.

Tertia ætas Evangelii continens alios 245. *annos, à* 542. *ad* 787.

Justinus junior regnavit post ante dictam Longobardorum incursionem pene 8. annos, in summâ fere 13. an. Ev. & M. 550. 4582.

Tiberius junior non completos 4. annos 553. 4585.

Mauricius ultra 20. annos. Ev. & M. 574. 4606.

Phocas penè 8. annos. Ev. & M. 582. 4614.

Heraclius (cujus regni 12. anno, M. 4626, Ev. 594. 16. die Julii Mohometis Hegira, & 22. anno cujus regni, M. 636. E. 4604. 16. die Juliani Junii, Jesdagirdi Persica annorum computatio inchoata est) regnavit annos ferè 30. 612. 4644.

Constantinus ejus filius 4. menses. Heracleonas 6. menses. 613. 4645.

Constans Constantini filius, ultra 27. an. 639. 4671.

Constantinus Pogonatus, 18. annos. 657. 4689.

Justinianus junior, primo 10. annos 667. 4699.

Leontius tyrannus 3. annos. 670. 4702.

Abſimarus Tiberius, 7. annos. 677. 4706
Juſtinianus (dictus jam Rhinotmetus) iterum 16. annos. 683. 4715.
Philippicus annos 2½. 685. 4717.
Artemius Anaſtaſius, annum & ½. 687. 4719.
Theodoſius tertius, 1. annum. 688. 4720.
Leo Conon Iſaurus, 24. annos. 712. 4744.
Conſtantinus, à colentibus imagines joco appellatus Copronymus, 34. annos. 746. 4778.
Leo quartus, 5. annos. 751. 4783.
Conſtantinus Irenes filius, 17. annos. 768. 4800.
Carolus Galliæ rex creatus erat Imperator Romanus à Leone tertio Papâ, anno Ev. & M. 772. 4804. 25. die Decembris: adeo ut Romanum imperium poſt 324. annos, Primò in Occidente reſtitutum fuerit.
Irene in oriente, poſt filium depulſum, ultra 5. annos. 774. 4806.
Nicephorus Patricius in oriente, 8. an. 782. 4814.
Michael Curopalates in Oriente duos annos, an Ev. & Mundi. 784. 4816
Carolus occidentis Imperator, 1. an. 785. 4817.
Primo Leonis Armeni orientis Imperatoris anno, Ludovicus ſuccedit patri Carolo in occidente: coronatus fuit à Papâ Stephano quarto poſt 3½. annos: & circa idem tempus Romanis Epiſcopis confirmavit largos iſtos proventus in Italiâ, dictos patrimonium D. Petri, unde in principes temporales provecti ſunt. 787. 4819.

Quarta ætas Evangelii complexa alios 245. *annos à* 787. *ad* 1032.

ORIENT. IMPERIUM.

Leo Armenus regnavit, an. 8½. an. Ev. & M. 792. 4824
Michael Balbus, an. 9. 801. 4833.

Theo-

Theophilus, 12.	813. 4845.
Michael tertius, 25.	838. 4870.
Basilius Macedo, 19.	857. 4889.
Leo Porphyrogenitus, 25.	882. 4914.
Constantinus Porphyrogenitus, 48.	931. 4963.
Romanus Porphyr. 3.	934. 4966.
Nicephorus Phocas, 6.	941. 4973.
Johannes Zimisses, 6.	947. 4979.
Basilius Porphyr. 50.	927. 5029.
Constantinus ejus frater, 3.	1000. 5032.
Romanus Argyrus, 5.	1005. 5037.
Michael Paphlago, 7.	1013. 5045.
Michael Calaphates, 5. menses.	
Constantinus Monomachus, annos 14.	1027. 5059.
Theodora, 8. menses.	
Michael Stratioticus an. 1.	1028. 5060.
Isaacius Comnenus ultra 2. an.	1031. 5063.

Occident. Imperium.

Ludovicus regnavit post coronationem suam, an. 24.	811. 4843.
Lotharius, an. 15.	826. 4858.
Ludovicus secundus, 29.	846. 4878.
Carolus Calvus, plus 2. annis.	849. 4881.
Ludovicus Balbus, an. 1.	850. 4882.
Carolus Crassus, 9.	859. 4891.
Arnulphus, 12.	871. 4903.
Ludovicus ejus filius, 12.	883. 4915.
Conradus, 8.	891. 4923.
Henricus Auceps plus annis 16.	907. 4939.
Otto primus, 37.	944. 4976.
Otto secundus, 10.	955. 4987.
Otto tertius, 18.	973. 5005.
Henricus Claudius, 22.	995. 5027.
Conradus Saliquus, 15.	1010. 5042.
Henricus Niger, plus an. 17.	1028. 5060.

Henri-

Henricus quartus, annos 6. natus regnum suscepit, 4½. annis ante quam Ecclesia Romana instigatione Hildebrandi ab Imperatore extorsit electionem Paparum & Episcoporum; contra Cadolum ab ipso nominatum, provehens ad Papatum Alexand. 2. 1032. 5064

Quinta ætas Evangelii complexa alios 245. annos, à 1032. ad 1277.

Orient. Imperium.

Constantinus Ducas regnavit, an. 7½.	1038.	5070.
Michael Ducas, 9. menses.	1039.	5071.
Romanus Diogenes, plus annis 4.	1043.	5075.
Michael Ducas, rursus an. 6.	1049.	5081.
Nicephorus Botoniates, an. 3.	1052.	5084.
Alexius Comnenus, 37.	1089.	5121.
Calo-Johannes Comnenus, 25.	1114.	5146.
Emmanuel Comnenus, 38.	1152.	5184.
Alexius junior, 3.	1155.	5187.
Andronicus Comnenus, 2.	1157.	5189.
Isaacius Angelus, 9.	1166.	5198.
Alexius Angelus, 8.	1174.	5206.
Alexius Ducas, an. ½	1175.	5207.
Baldvinus de Flandriâ, 2.	1177.	5209.
Henricus de Flandriâ, 10.	1187.	5219.
Petrus Antisiodorus, 5.	1192.	5224.
Robertus Antisiodorus, 7.	1199.	5231.
Johannes Ducas, 27.	1226.	5258.
Theodorus Lascaris, an. 5.	1231.	5263.
Johannes Lascaris, 2.	1233.	5265.
Michael Palæologus, 21.	1254.	5286.

Illi successit Andronicus Palæologus

Anno M. 5303. Ev. 1271; 17. Andronici Palæologi Imperatoris in Oriente, & secundo Alberti de Austriâ in Occidente, Bonifacius Papa Romanus ejus nominis octavus

Octavus instituit primum Romanum jubilæum, quasi triumphum Papatus jam ad summum suæ potestatis fastigium evecti : 1262. annis vel 42. mensibus, quorum singulis 30. anni competunt ; sive tempus, duo tempora, & dimidium temporis, post finem 7. Hebdomadum Danielis : quod notatu dignum, quia quod de Caligula sub finem priorum refertur, idem de Bonifacio isto dicitur ; quod suas, in templis imagines statui jussit, & id pariter abominatio desolationis dicebatur. 1271. 5303.

Ab institutione primi Romani Jubilæi ad finem hujus quintæ ætatis Evangelii, 23. anno Andronici & 8. Alberti ; quo tempore Papæ sedem suam transtulerunt à Româ, quæ jam pluribus habita est mystica Babylon, Avignionem : quo etiam tempore Turcæ Christianis in oriente terrori esse cœperunt, anni fuerunt sex. 1277. 5309.

Occident. Imperium.

Henricus quartus post insultum contra ipsum à Papâ factum regnavit an. 45. 1077. 5109.

Henricus quintus (in 14. anno cujus regni, 5123. M. 1091. Ev. Papa Calixus 2. Concilio Rhemis habito extorsit jus investituræ 720. annis, hoc est, duo tempora bis duodecim mensium, singulatim continentium 30. annos ; post declinationem Romani Imperii in occidente) regnavit pene anno 19. 1096. 5142.

Lotharius Saxo an. 14. 1110 5142.

Conradus Suevus, an. 13. 1123. 5155.

Fredericus Barbarossa, 38. 1161. 5193.

Henricus sextus, plus an. 8. 1170. 5202.

Philippus de Sueviâ, 9. 1179. 5211.

Otto Brunswicensis. 1182. 5214.

Huic successit Fredericus secundus.

Anno M. 5253, Evangelii 1221, anno 39. Imperatoris Frederici secundi in occidente: Ludovicus Galli rex post læta satis initia, eventum habuit tristem sacri belli ad recuperandam Jerusalem susceptæ: 15 annis vel 5. mensibus, quorum quisque continet 30 annos, postquam Gothfredus de Bolonia Rex ibidem renunciaretur.

Fredericus secundus, an. 40.	1222.	5254
Conradus quartus, 3½.	1225.	5257
Gulielmus de Hollandiâ, 4.	1228.	5260
Richardus, Dux Cornwalliæ, 14.	1242.	5274
Alfonsus Rex Castiliæ, 3.	1245.	5277
Rodulphus Habspurgensis, 17.	1262.	5294
Adolphus Nassoviensis, 7.	1269.	4301

Huic successit Albertus de Austriâ.

Sexta Ætas Evangelii continens alios 245. *annos à* 1277. *ad* 1522.

ORIENT. IMPERIUM.

Andronicus Palæologus, an. 45.	1299.	5331.
Andronicus tertius, an. 13.	1312.	6644.
Johannes Palæologus, 43.	1355.	9387.
Andronicus quartus, 3.	1358.	5390.
Emmanuel junior Palæologus, 34.	1392.	5424.
Johannes, Andronici filius, 4.	1396.	5428.
Johannes Emmanuelis filius, 24.	1420.	5452.
Constantinus Palæologus, 4.	1424.	5450.

Anno M. 5457, Ev. 1425, & 14. regni Imperatoris Frederici tertii Archiducis Austriæ in occidente, 29. die Maii, utpote tertio septimanæ vel die Martii, Mahometes ejus nominis secundus è prosapiâ Ottomanica Turcicus Imperator, 3. anno sui regni cepit Constantinopolin; & Constantino Palæologo ultimo

no Imperatore Græco occiſo, factus eſt orientis Imperator; 1123. annis poſtquam Conſtantinus Magnus imperii ſedem ibi collocaſſet.

Occident. Imperium.

Albertus de Auſtriâ, an. 10.	1279.	5311.
Henricus ſeptimus, an. 5.	1284.	5316.
Interregnum erat per ſpatium 1. anni & 4. menſium.	1286.	5318.
Ludovicus Bavarus, an. 33.	1319.	5351.
Carolus quartus, 31.	1350.	5382.
Venceſlaus, 21.	1371.	4403.
Rupertus Palatinus. 10.	1381.	5413.
Jodocus Brandeburgicus 1.	1382.	5414.
Sigiſmundus Rex Bohemiæ, 27.	1409	5441.
Albertus ſecundus Archidux Auſtriæ, 2.	1411.	5443.
Fredericus tertius Archidux Auſtriæ imperavit fere 54. annos.	1464	5496.
Maximilianus pene 26. annos.	1490.	5522.

Carolus quintus, 32. annos, uſque ad finem hujus ſextæ ætatis Evangelii, regnavit victor Proteſtantium: quibus tunc demum fuit coactus liberam reformatæ religionis profeſſionem concedere in tractatu Paſſovienſi. 1522. 5554.

Septima ætas Evangelii, à 1522 anno ejusdem completo.

Carolus quintus post initium hujus ætatis, annos 7. ad summum 39. 1529. 5561.
Ferdinandus, 6. annos. 1535 5567.
Maximilianus secundus, plus 12. annis. 1548. 5580.
Rodolphus secundus, 35. 1583. 5615.
Matthias, 7. annos. 1590. 5622.
Ferdinandus secundus jam dominatum tenet cum hæc scribo 18. annos. 1600. 5632.

Anni Turcicorum Regum & Imperatorum è familiâ Ottomannieâ.

Ottomannus sive Othmannus sive Osmannus Turca regnare cœpit titulo *Chami* sub mortem Aladini Imperatoris Iconii, anno Mahometanæ Hegiræ 699, qui fuit annus M. secundum chronologiam nostram 5304. E. 1272: eodem ipso anno quo celebratus erat primus Rom. jubilæus ante memoratus. 5304. 1272.

Regnavit 27. annos.

Ur-*Chamus* regnum suscepit an. M. & E. 5331. 1299

Imperium exercuit 32. annos.

Amurath regnum suscepit an. M. & E. 5363. 1331

Regnavit 30. annos.

Bajazeth regnum suscepit anno M. & E. 5393. 1361.

Regnavit 12. annos.

A Tamerlano in bello captus anno Mundi & Eang. 5405. 1373.

Tunc contigit interregnum Turcarum 1. an. ad mortem

mortem Bajazethi captivi, nisi quod Isa secundus ejus filius, interim conatus imperium recuperare, sed irrito consilio.

Solyman regnum inivit anno M. & Ev. 5406. 1374.
Regnavit pene 8. annos.

Musa sive Moses regno potitus est anno M. & Ev. 5414. 1382.
Regnavit annos $3\frac{1}{2}$.

Mahometes Imper. adeptus est an M. & E. 5417. 1385
Regnavit 8. annos.

Amurath secundus regnum inivit, 3. mense anni M. & Ev. 5425. 1393
Regnavit 30. annos.

Mahometes secundus regnare cœpit paulo ante initium anni M. & Ev. 5455. 1423.
Regnavit 29. annos.

Bajazeth secundus regnum inivit, anno Mundi & Ev. 5484. 1452.
Regnavit 32. annos.

Selimus regnare cœpit, 2. mense anni Mundi & Ev. 5516. 1484.
Regnavit 8. annos & 7. menses.

Solyman secundus successit, 8. mense, an. M. & Ev. 5524. 1492
Regnavit 46. annos.

Selimus secundus regnare cœpit, 7. mense, an. M. & Ev. 5570. 1538.
Regnavit ultra 8. annos.

Amurath tertius regnum inivit, 15. die Dec. an. M. & Ev. 5578. 1546

Mahometus tertius regnum inivit, 8. die Jan. an. M. & Ev. 5598. 1566
Regnavit 8. annos.

Achmet successit, ad exitum anni M. & E. 5606 1574.
Regnavit fere 15. annos, & mortuus est mense Novembri.

Oſmannus ſecundus regnare cœpit anno Mundi & Ev. 5621. 1589.

Regnavit paulo plus 4. annis.

Muſtapha ejus Avunculus regnare cœpit 28. die Maii anno M. & E. 5626. 1594

Potitus regno vix annum 1; iſto ſe abdicavit.

Amurath quartus Oſmanni frater regnare cœpit circa Septembrem anno M. & E. 5626. 1595.

FINIS.

Thomæ Lydiat

SERIES SUMMORUM MAGISTRATUUM ET *Triumphorum Romanorum.*

Opus posthumum,

EX

Authoris Autographo fideliter editum.

OXONII,

E Theatro Sheldoniano,

Anno Dom. M. DC. LXXV.

Series ſummorum Magiſtratuum, & Triumphorum Romanorum collata cum annis Nabonazari Babylonii, & Olympiadum Græcanicarum, & Archontum Athenienſium: inſerta Breviario Romanæ Hiſtoriæ.

DE anno conditæ, ſive condi cœptæ urbis Romæ, cùm aliæ fuere opiniones antiquorum Hiſtoricorum, tùm quæ ad veritatem propiùs accedere viſæ ſunt tres. Prima, Q. Fabii Pictoris, quem Dionyſius Halicarnaſſeus libro ſeptimo Romanarum Antiquitatum appellat firmum, ſive accuratum, & idoneum auctorem ac unum pro multis ſufficientem, quippe rerum Romanarum ſcriptorem antiquiſſimum; licet alias ei ſicut aliis veteribus Hiſtoricis nonnullos errores imputet: cujus item annales A. Gellius libro quinto noctium Atticarum appellat bonæ, atque ſinceræ vetuſtatis libros: qui claruit temporibus primi & ſecundi belli Punici. Is, uti refert Solinus, ſecundo capite Polyhiſtoris, Romam conditam ſtatuit octavâ Olympiadum Græcanicarum, nempe circa ejus Olympiadis initium. Secunda fuit M. Porcii Catonis, qui cenſuit conditam, anno quadringenteſimo triceſimo ſecundo prope completo, poſt Trojam captam; id eſt, interprete Dionyſio Halicarnaſſeo, libro primo Antiquitatum, juxta regulas Eratoſthenis referentis captam Trojam deſinente quadringenteſimo octavo anno, exactis quadringentis & ſeptem, ante Epocham Olympiadum, anno primo ſeptimæ Olympiadis ad finem tendente; non ſub initium ejus anni, ut Joſephus Scaliger, utriuſque opinionem interpretatus eſt. Tertia opinio fuit M. Terentii Varronis, auctore L. Tarrutio Firmano Genethliacæ Chaldæorum Aſtrologiæ perito, uti ſcribit Plutarchus in vitâ Romuli, & ſignificat Cicero, libro

secundo de divinatione, atque Solinus supra memorato capite, statuentis conditum Romæ, ut quidem vulgo conceptum est, sub finem; ut vero ipsius Tarrutii calculus postulat, circa initium anni tertii Olympiadis sextæ. Nam juxta apotelesma Tarrutii, Chaldaicis rationibus conjectantis tempus conceptus Romuli, conditæq; ab eo Romæ, ex iis quæ ab ipso, & Romanis gesta erant, & quæ utrisque acciderant, quod non solum refert sed etiam irridet & merito quidem Plutarchus; Romulus conceptus fuit utero Iliæ matris constupratæ vicesimo tertio die Choeac mensis Ægyptiorum (scilicet neutiquam Augustani, sed antiquioris ex anno æquabili) conveniente diei vicesimo quarto Junii, mensis Romanorum Juliani, tertii horâ diei, sole omnino deficiente; anno secundæ Olympiadis primo, nimirum ineunte, quando novilunium revera incidit in eundem diem; neutiquam vero desinente eodem anno, nedum secundo, quasi tertio die Athyr, & quinto Maii, ut tandem post Henricum Buntingum statuit Josephus Scaliger, tertio libro Canonum Chronologiæ Isagogicorum. Romam autem eodem Tarrutii apotelesmate condere cæpit Romulus, natus annos fere octodecim, nono die ineuntis mensis (non Phaophi ut quidam legunt, sed neque Pharmuthi, tametsi ejus nomen, in pleraque Plutarchi exemplaria irrepsit, quod is mensis Actiacus conveniret Aprili Romano, quo celebratum est Urbis natale, undecimo Kalendas Maii,) verum ut equidem legendum existimo, Tybi, utpote transactis ducentis viginti tribus mensibus lunaribus ab illius conceptu, quibus triplicis motus Lunæ Periodicum à Chaldæis definitum fuit, ut apparet è Ptolemæi operis Astronomici libro quarto, capite secundo; conveniente sexto die Julii mensis Juliani, inter secundam & tertiam horam, novilunio item Ecliptico; quod contigerit anno tertio sextæ Olympiadis, utique ineunte, quando itidem novilunium juxta Chaldaicam periodum,

lum, vel eclipticum, vel cui saltem haud ita multum abesset ab inferendâ soli eclipsi, circa eundem diem contigit; neutiquam vero finiente illo anno, quando nè novilunium quidem, nedum solis eclipsis evenit circa diem nonum, vel Phaophi, vel Tybi antiquioris, vel Actiaci Pharmuthi. Et ei quidem calculo Tarrutiano convenit Plinii calculus duodecimo capite secundi libri historiæ naturalis, quo annus centesimus septuagesimus Romæ conditæ confertur cum anno quarto Olympiadis quadragesimæ octavæ. Hæc autem opinio, quanquam ut supra innui haud prorsus eodem modo intellecta, omnium maximè vulgo recepta est, inde à Cæsaris Augusti seculo. Verùm Catonianam accommodatam Canonibus Eratosthenis, haud ab isto, verum ab aliis, non uno tantummodo anno, ut arbitratus est Scaliger, sed saltem biennio differentem à Varronianâ, amplexatus est Dionysius, & ut apparet ante eum Polybius item Historicus Græcus, ipsi Catoni fere contemporaneus, nactus fortè Canones Eratosthenis, quo tempore Scipionem Æmilianum Comitatus est Alexandriam: atque post Titus Livius, ac tandem Eusebius in Chronico, eumque secutus Cassiodorus in Chronico consulari quanquam mendosissimo. Cæterùm mediam inter Catonianam, & Varronianam, tanquam Romam conditam statuens sub finem anni quarti sextæ Olympiadis, secutus est auctor (sive T. Pomponius Atticus is fuerit, sive Verrius Flaccus, seu quod verius apparet, aliquis Domitiani Imperatoris seculo, utpote qui ejus ludorum secularium mentionem fecerit,) Fastorum inciforum marmoribus: quorum fragmenta Romæ in Comitio ad forum effossa sunt, ante annos abhinc sexaginta quatuor, ac deinde in Capitolio reposita; unde adepti sunt appellationem Fastorum Marmoreorum, & Capitolinorum.

Sed & Varronianæ vulgaris opinionis sectatores sub inde in hanc, quasi imprudentes impellunt, perinde

autem plerique omnes è recentioribus Conſulariu[m] Faſtorum ordinatoribus (qui Chronici Caſſiodori ant[e] annos amplius octoginta reperti, ac editi) occaſione, emendationi illorum operam impenderunt;) à Catonianâ quam initio ſequuntur, demum velut inſcii, partim ad Varronianam, (ut Gregorius Haloande eruditus Juriſconſultus, qui omnium primus, anno proximo poſt editionem Caſſiodori digeſtionem annorum per Conſules, & Olympiades cum Juſtiniani Imperatoris Codice edidit: atque Henricus Glareanus, qui ſecundus ab eo Chronologiam Conſularem edidit, primum cum Livio, deinde etiam cum Dionyſio, partim verò, ut ornatiſſimus, & clariſſimus vir Johannes Cuſpinianus, qui ante editum Caſſiodorum, nactus manuſcriptum ejus exemplar, cum aliis Chronicis Conſularibus ſedulò à ſe conquiſitis, accuratum, & doctum Commentarium in illud ſcripſit, quod editum eſt demum tribus & viginti annis poſt mortem ipſius, ſexennio poſt erutos Faſtos Marmoreos; itemque Carolus Sigonius, & Stephanus Pigheus ad eandem Marmoreorum Faſtorum rationem recidunt: attamen Bartholomæus Marlianus, & Hubertus Goltzius hanc omnino amplexantur. Fabianam vero ſententiam, vel integrâ Olympiade, ſive quadriennio, vel ſaltem triennio differentem à Catonianâ, ut ego in ſequentibus declaraturus ſum, aut omnino, aut quàm proximè, & maximâ ex parte ſecutus eſt Diodorus Siculus in Hiſtoricâ Bibliothecâ, quo nullus antiquorum Hiſtoricorum particulariùs Romanam Hiſtoriam cum Græcâ, Faſtos cum Olympiadibus, ab utrorumque initiis contulit: Itemque Faſti Græci in Siciliâ ante ſexaginta plus minus annos reperti, ac demum à Frederico Sylburgio, poſteaque à Scaligero editi, utpote referentes conditum Romæ ad quartum annum ſeptimæ Olympiadis, atque viceſimum quartum ætatis Romuli, & Remi. Sed etiam ipſi, perinde atque Diodori Siculi, miſerè depravati. Quin etiam

T. Lyvius,

T. Livius, ille è Latinis eximius ſcriptor hiſtoriæ Romanæ, aliique auctores celeberrimi, licet aliàs alias opiniones ſequi videantur; in iis tamen quæ maximè ad Fabianam confirmandam faciunt, ipſi ſuffragantur. Nec non Julius Africanus, antiquiſſimus & accuratiſſimus Chriſtianorum Chronographus apud Georgium, utpote numerans annum Grati & Seleuci Conſulum, (in quem inciderit 250. Olympias,) 725. à primo conſulatu Bruti & Collatini. Porro è recentioribus digeſtoribus Faſtorum quoq; Onuphrius Panvinius eandem, & quidem tanquam ſolido ſexennio differentem à vulgari, ſe maximè omnium probare profeſſus eſt, licet alias, nempe vulgarem Varronianam, & Capitolinam ſimul ambas ſecutus ſit. Ego vero ipſam in meâ Romanorum Magiſtratuum, & Triumphorum ſerie digerendâ, ſecuturus ſum, ita ut omnium veriſſimam eſſe liquidò confirmem: nec ſolùm Diodorum, quem multò ſecus interpretatus eſt Onuphrius, cum Faſtis Græcis, ſive Chronico Alexandrino nuper edito, vel etiam Livium, ſed ipſos quoque Dionyſium, ac Polybium longè principes Romanarum Antiquitatum autores Græcos, cum Catone ſuo, ad ſupputationis noſtræ confirmationem haud invitos adducam.

Cæterùm quod fecit Dionyſius libro primo Antiquitatum, ut præcipuum ſuæ ſententiæ de anno Romæ conditæ firmamentum peteret à tempore captæ ejuſdem à Gallis collato cum anno Olympiaco, & Archonte Athenienſi: perinde ego hic initio faciam, firmiore argumento ducto ab uno annuo Conſulatu Romano collato cum tempore adventus Alexandri Moloſſi regis Epiri in Italiam; quo de ſcribit Livius, ferè initio libri octavi in hæc verba. Eo anno, quo Conſules creati ſunt T. Manlius Torquatus tertium & P. Decius Mus. Alexandrum Epiri regem in Italiam claſſe appuliſſe conſtat. Enim verò hunc in Italiam à Tarentinis accerſitum refert Strabo, libro ſexto, poſt

Archidami Lacedæmoniorum regis, pro illis contra Lucanos bellum gerentis, cædem: quam Diodorus Siculus sub finem libri decimi sexti, & Plutarchus in vitâ Camilli, referunt factam eodem anno & die quo commissa est celebris illa pugna, inter Philippum Macedoniæ regem & Athenienses ad Chæroneam; nempe anno tertio Olympiadis centesimæ decimæ, ac septimo die Attici mensis Metageitnionis, respondentis ferè Septembri Juliano. Unde pariter constat sequente demum anno, videlicet quarto ejusdem Olympiadis, Alexandrum illum venisse primum in Italiam: quem A. Gellius, in fine libri decimi septimi disertè refert, & Justinus ex Trogo, initio libri duodecimi, haud ambiguè significat, eo venisse tandem post nuptias peractas initio Olympiadis centesimæ undecimæ, cum filiâ Philippi Regis Macedoniæ, atque hujus cædem perpetratam eodem tempore; adeoq; circa idem tempus, quo Alexander Philippi filius fuscepit expeditionem contra Imperatorem Persicum. Ita ut ex iisdem appareat, Molossum, licet anteâ in Italiâ fuerit, tamen nec diu ibi fuisse, nec quicquam memorabile fecisse ante hoc tempus; ac proinde Manlii tertium, & Decii Consulatum, neutiquam antevertisse annum quartum centesimæ ac decimæ Olympiadis. Jam vero cum ipsorum Fastorum marmoreorum calculus consulatum eum conferat in annum quadringentesimum decimum tertium à Româ conditâ, ideoque in quartum Olympiadis centesimæ nonæ, & alioquin excedens Dionysianum biennio post Reges exactos, eundem conferat in centesimum septuagesimum annum à Regifugio; noster autem biennio illo minor, in annum centesimum exagesimum octavum: Unum è tribus necesse est, nimirum ut calculus Dionysianus vel plures annos interjiciat inter Regifugium, & eum consulatum quàm Fasti Marmorei, (quemadmodum Livianus eundem differt in centesimum septuagesimum primum annum ab exactis Regibus.)

Quum

Quum tamen Reges exactos ponat biennio posterius quàm Fasti, quod est dissentaneum rationi; vel ut cum Fastis eundem consulatum sistat ante annum quartum centesimæ decimæ Olympiadis, quod est repugnans Historiæ prolatæ; vel denique cum nostro calculo statuat Regifugium, demum sub initium Olympiadis sexagesimæ nonæ, quod solum relinquitur consentaneum vero. Ac sane ego illud biennium Marmoreis, & cæteris vulgaribus Fastis superfluum excrescere, & redundare, ex anticipatis sæpe comitiis annuorum Magistratuum, quæ ipsi neglexerunt, diligentius subductâ eorum ratione suis locis in sequentibus clarè demonstraturus sum. Porro autem, si tempori quo Romæ Regnatum sit, ante Regifugium, assignentur tantummodo ducenti quadraginta tres anni, quot tribuit calculus Fastorum Marmoreorum, & secundum eum antiqua Chronologia, apud Clementem Alexandrinum in primo Stromateon, Romæ conditæ Epocha Fabiana convenerit in annum primum octavæ Olympiadis definentem: Si verò ducenti quadraginta quatuor, quot ascripserunt Dionysius, & Livius, & ego antehac; hac ratione eadem proximè convenerit, initio anni primi ejusdem Olympiadis, quasi completis Olympiadibus septem, sive septies quaternis annis ab earum Epochâ: ubi ipsam statuere demum mihi visum est. Erat verò tunc annus naturalis à mundi conditu termillesimus ducentesimus quinquagesimus septimus, ac nostræ Astronomicæ Periodi octodesexcentenariæ sextæ ducentesimus nonagesimus septimus, sive posterioris partis illius primus paulo ante inceptus, quo ipso tendente ad finem, inivit annus primus regni Nabonazari Babylone, ubi fixa est Epocha annorum æquabilium ab Astronomis præcipuè celebrata: ita ut anni Nabonazari, tametsi anticipantes naturales solares singulis quadriennii is fere uno die, deinceps numero planè convenerint veris annis Romæ conditæ in quos inciderint

derint, per mille ac trecentos plus minus annos, quamdiu ſcilicet ipſa Roma ſub Regibus, Conſulibus, ac Imperatoribus viguit. Porrò autem eodem anno primo octavæ Olympiadis, primus decennalium Archontum Athenis Charops agebat Magiſtratus ſui annum quintum: Juxta Dionyſium bis ſub finem libri primi, conferentem primum ejus annum anno primo ſeptimæ Olympiadis, quo Daides Meſſenius ſtadio vicit, aut Daicles.

Cæterum viſum eſt pariter cum calculo annorum Romæ conditæ Fabiano, & Catonianum, & Varronianum vulgarem, atque etiam Marmoreorum Faſtorum, (neque enim, ut plerique recentiorum arbitrati videntur, habent omnino ſimilem diſpoſitionem annorum ſuperfluorum, ne eorum quidem quos alioqui communes habent;) ad ulteriorem marginem hujus à me digeſtæ ſeriei conſignare: ut ipſa non ſolum verum reſtitutum, ſed & vulgatos minus mendoſos quàm hactenus editi ſint, ex noſtrâ diligente Comitiorum, alias quidem anticipatorum, alias verò prolatatorum obſervatione, apud Dionyſium ac Livium præſertim, emendatos exhibeat. Quarta Olympiade Polychares Meſſenius vicit ſtadio, quod unicum adhuc Olympiis certamen fuit; ſub initium belli Meſſenici ſuſcepti à Lacedæmoniis, quaſi data occaſione partim ab eodem Polychare. Pauſanias Meſſenicis, ſive libro 4.

A. M. 3257. R. C. 1. Olym. 8. 1. Anno termilleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo ineunte à Mundi conditu, quaſi decimeſtri ante initium & celeberrimam Epocham Regni Nabonazari Babylone, juxta rationes noſtras, Romulus Iliæ, ſive Rheæ Sylviæ Sacerdotis Veſtalis, & incerti patris filius, ſive is paſtor erat, ſive id quod dicere nollet Romanus poeta Juvenalis, nempe latro, cœpit condere urbem Romam; ſcilicet Babylonem

Ol. 7. 1. Cat. 6. 4. Faſt. Mar. 6. 4. Varr. 6. 3

lonem ipſam præcipuam ſive principalem, cujus illa antiquior erat tantum velut umbra ; die undecimo ante Kalendas Menſis Maii, ſeu viceſimo primo Aprilis, Romanis feſto dicto Palilibus. Conditâ vero Urbe, cujus, fraterno primi maduerunt ſanguine muri, obtruncato utique Remo, inconditam & adjectam hominum facinoroſorum, & fugitivorum turbam Aſylo alliciens in civitatem aſcivit. E ſenioribus autem centum creavit Senatores, qui & Patres honoris causâ dicerentur.

A. M. 3280. R. C. 4. Ol. 8. 4. Anno quarto Romæ conditæ, quum nullus Ol. 7. 4. C. 7. 3. F. M. 7. 2. V. finicimorum populorum dignaretur connubiorum ſocietate Romulidas terræ filios ; ob raptas eorum, præcipuè Sabinorum, atque Cenninenſium, Cruſtuminorum, & Antemnatium ad ludorum ſpectaculum invitatorum fœminas, ortum eſt primum bellum Sabinum. Eodemque anno Romulus Rex primus triumphum egit de Cenninenſibus, Cruſtuminis, & Antemnatibus : idemque primus occiſo Acrone Cenninenſium Rege, ſpolia opima Jovi retulit. Anno ſecundo Olympiadis nonæ, quâ ſtadio vicit Xenodocus Meſſenius, anno quinto Archontis decennalis Athenis, Æſimedis Æſchyli filii initium factum eſt belli Meſſenici, Pauſan. Meſſenicis.

A. M. 3264. Ol. 9. 4. Anno octavo, R. C. ac ſecundo Æſimedis ſecundo decennalis Archontis Athenis, Titus Tatius Sabinorum Rex, à Romulo in regni Romani conſortium aſcitus eſt ; & duplicatus Senatorum numerus. Ol. 8, 4. C. 8. 3. F. M. 8. 2. V.

A. M. 3269. Ol. 11. 1. Anno XIII. R. C. T. Tatius Sabinus Rex, poſt quinquenne regni Romani conſortium, interfectus eſt.

A. M. 3272. Ol. 11. 4. Anno XVI. R. C. Romulus Rex, confecto bello Camerino, ſecundum Triumphum egit de Camerinis, Kalendis ſextilibus.

A. M. 3276. Ol. 12. 4. Circa annum viceſimum R. C. & quartum Clidici tertii decennalis Archontis Athenis, Romulus Rex tertiò triumphavit de Veientibus & Fidenatibus, ipſoRege veientum in Triumphum ducto idibus octobris.

Anno primo Olympiadis 14. quâ Damon Corinthius ſtadio vicit, anno quarto decennalis Archontis Athenis Hippomenis completo, finem habuit prius bellum Meſſenicum, Meſſeniis linquentibus Ithomen poſt viginti annos belli. Pauſanias Meſſenicis.

A. M. 3283. Ol. 14. 3. Anno viceſimo ſeptimo R. C. ſive Regni Romuli & Epochæ Nabonazari, Babylone regnare cœpit Merodac Baladan, filius Baladanis, ſive Mardocempadus: atque Athenis quartus decennalis Archon conſtitutus eſt Hippomenes; quanquam Pauſanias Meſſeniacis, hunc quinquennio antea Archontem extitiſſe refert.

Decimaſextâ Olympiade, ſtadio vicit Pythagoras Lacon; Dionyſius libro ſecundo, ejus Olympiadis anno tertio initium Regni Numæ ſtatuens.

A. M. 3294. R. C. 38. Ol. 17. 2. Anno termilleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto à mundi conditu, ac ſecundo Leocratis quinti decennalis Archontis Athenis. Romulus Rex, (exactis regni ſui, & Romæ conditæ annis paulo amplius triginta ſeptem, juxta Livium, & Dionyſium, & Plutarchum, & alios) exercitum luſtrans nonis Quincilibus veteris anni Romani, coortâ vehemente & atrâ procellâ, (quam quidam Solis eclipſin interpretati ſunt, quæ juxta Tarrutii calculum Chaldaico aſtronomicum contigiſſet anno quinquageſimo quinto Ol. 16. 2. C. 16. 1. F. M. 15. 4. V.

quinto ætatis ejus, utpote tricesimo primo Epochæ Nabonazari, circa decimum nonum diem mensis Choeac, an potius nonum diem Mechir, juxta Chaldaicum *computum* annorum æquabilium 54. mensis 1. dierum 16. Ægyptiorum antiquioris, ac sextum Junii Juliani) è medio sublatus, & ut fuit suspicio, à Senatoribus sive patribus suis discerptus: postea autem divorum numero ascriptus, & Quirinus appellatus est.

A. M. 3295. R. C. 39. Ol. 17. 3 Anno tricesimo nono Romæ conditæ post Ol. 16. 3. C. 16. 2. F. M. 16. 1. V. unius anni interregnum, per quinos dies vicissim apud patres actum, Numa Pompilius Pomponis filius, Sabinus, secundus Romæ rex Creatus est. Eodem autem anno nempe tertio Olympiadis decimæ septimæ, uti refert Dionysius libro secundo, condita est urbs Croton in Italiâ, ubi postea demum claruit Pythagoras Philosophus; unde videtur orta opinio Numam egisse Crotone, tunc quando ad regnum Romanum electus & Evectus est. Is vero circa regni sui initium, pace populo Romano partâ, Templum Jani, cujus fores apertæ belli, opertæ pacis indices essent, primus ipse clausit. Idemque anni Romani rationem vitiatam interpolavit; dies fastos, & nefastos, leges, sacra, cæremonias, & ritus superstitiosos instituit; ac Pontifices, Augures, Flammes, Salios, Vestales, aliosque Sacerdotes creavit, & per collegia distribuit. Ac primum quidem Pontificem Maximum, Numam Marcium generum suum fecit.

A. M. 3303. Ol. 19. 3. Anno XLVII. R. C. ac IX. regni Numæ, sextus decennalis Archon Athenis constitutus est Apsander.

A. M. 3313. Ol. 22. 1. Anno LVII. R. C. ac XIX. regni numæ, septimus, & postremus decennalis Archon Athenis constitutus est Eryxias. Anno quarto

Olympiadis 23. quâ Icarus Hypercſienſis ſtadio vicit, Archonte jam annuo Athenis Tleſiâ, factum eſt initium ſecundi belli Meſſenici annis 29. poſt captam Ithomen, Pauſani. Meſſen.

A. M. 3321. Ol. 24. 1. Marmor Arundelianum exhibet primum Athenis annuum Archontem Creontem.

A. M. 3323. Ol. 24 3. Anno LXVII. R. C. XXIX. regni Numæ, juxta calculum Dionyſii, Athenis mutatâ formâ Reipublicæ primus annuus Archon conſtitutus eſt Creon; quanquam Pauſanias in Meſſeniacis, Tleſiam Creonte haud dubio poſteriorem, Archontem annuum referens ad quartum annum Olympiadis viceſimæ tertiæ, id ſaltem integrâ Olympiade antea factum ſignificat. Atqui Marmor Arundelianum hoc anno Tertium Archontem annuum exhibet Lyſiam. *Forſitan hic Lyſias cognomine fuerit idem qui in Pauſaniâ legitur Tleſias.*

A. M. 3334. Ol. 27. 2. Anno LXXVIII. R. C. ac XL. regni Numæ, Athenis Archon fuit Leoſtratus, quem Dionyſius fere initio libri tertii, aſcribit initio regni Tulli Hoſtilii. Quâ Olympiade Eurybates Athenienſis ſtadio vicit.

A. M. 3336. Ol. 27. 4. Anno LXXX. R. C. ac XLII. regni Numæ, Athenis Archon fuit Piſiſtratus. Pauſanias libro ſecundo in Argolicis, anno quarto ejus Olympiadis. Quâ Eurybotus Athenienſis ſtadio vicit.

A. M. 3337. Ol. 28. 1. Anno LXXXI. R. C. ac XLIII. regni Numæ, Athenis Archon fuit Autoſthenes; anno primo Olympiadis 28. quâ ſtadio vicit Chionis Lacon: quo anno finem habuit poſterius bellum

lum Messenicum, captâ Irâ post undecim annos obsidionis. Pausan. Messen.

A. M. 3338. R. C. 82. Ol. 28. 2. Anno termillesimo trecentesimo tricesimo octavo, à Mundi conditu, & octogesimo secundo Conditæ Romæ, mortuo Numâ Pompilio, postquam regnaverat annos quadraginta tres, tertius Romæ Rex creatus est Tullus Hostilius. Is bella reparans, Jani Templum aperuit, & disciplinam militarem formavit, urbisque pomærium produxit. Ol. 27. 2. C. 27. 1. F. M. 26. 4. V.

A. M. 3341. Ol. 29. 1. Circa annum LXXXV. R. C. Tullus Hostilius Rex de Albanis debellatis, quo bello commissa erat celebris illa tergeminorum Horatiorum & Curatiorum pugna, Triumphum egit. Et circa eundem annum primum Olympiadis vicesimæ nonæ, quâ Chionis Lacon iterum stadio vicit, Athenis Archon fuit Miltiades. Pausan. Messen.

A. M. 3346. Ol. 30. 2. Circa annum XC. R. C. Tullus Rex secundo Triumphavit de Fidenatibus: dirutâ Urbe Longâ Albâ propter Metii Suffetii Albanorum ducis proditionem. Eodemque anno secundo Olympiadis 30. quâ Chionis Lacon tertium stadio vicit Athenis Archonte iterum Miltiade. Phigaliam Arcadiæ Urbem à Lacedæmoniis captam refert, Pausan. in Arcadicis.

A. M. 3351. Ol. 31. 3. Circa annum XCV. R. C. Tullus Rex tertio Triumphavit de Sabinis.

A. M. 3357. Ol. 33. 1. Athenis *Archon*, *Simonides* vel *Simon*.

A. M. 3360. Ol. 33. 4. Marmor. Arundel. exhibet Archontem Athenis *Dropidem*.

A. M. 3365. Ol. 35. 2. Anno CXX. R. C. & XXIX. regni Tulli Hoſtilii, Athenis Archon fuit Damaſias, quando Thales primus ſapiens appellatus natus eſt, uti refert Diogenes Laertius in vitâ Thaletis, auctore Demetrio Phalereo in Archontum Catalogo, ſed natus anno 1. hujus Olympiadis, Apollodoro auctore in Chronicis. Dionyſius libro tertio Anci Marci regni initium ſtatuit Archonte Athenis Damaſiâ anno 2. Olym. 35. quâ ſtadio vicit ſphærus Lacedæmonius.

A. M. 3369. Ol. 36. 1. Athenis Baſileus, ſive Archon Exænetus. Murſius ex Antigono Caryſtio, vid. 10. l.

A. M. 3370. R. C. 114. Ol. 36. 2. Anno termilleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo Ol. 35. 2. C. 35. 1. F. M. 34. 4. V. à conditu Mundi, ac centeſimo decimo quarto Romæ conditæ, Tullo Hoſtilio abſumpto per incendium cum domo ſuâ, ut creditum eſt, ictu fulminis, poſtquam regnaverat triginta duos annos, quartus Romæ Rex creatus eſt Ancus Marcius, Numæ Pompilii Regis è filiâ, & Numâ Marcio Pontifice Maximo nepos. Id unique Urbis pomærium ampliavit.

A. M. 3373. Ol. 37. 1. Circa annum CXVII. R. C. Ancus Marcius Rex confecto bello Latino, & veiente, triumphum egit de veientibus.

A. M. 3376. Ol. 37. 4. Circa annum CXX. R. C. Ancus Rex ſecundo triumphavit de Sabinis.

A. M. 3379. Ol. 38. 3. Anno CXXIII. Romæ conditæ, & Epochæ Nabonazari, ac X. regni Anci Marcii, Babylone regnare incipit Nabopollaſar, pater Nabuchodonoſari Magni.

A.

A. M. 3381 Ol. 39. 1. Athenis Archon, & Legislator fuit Draco. Clem. 1. Stromateo. Tatianus.

A. M. 3383. Ol. 39. 3. Circa annum CXXVII. R. C. Ancus Marcius Rex anno XIV. regni sui ostiam Emporium in ripâ Tiberis, & maris littore, decimo sexto lapide ab Urbe Roma, condidit.

A. M. 3390. Ol. 41. 2. Anno CXXXIV. R. C. ac XXI regni Anci Marcii, Athenis Archon fuit Heniochides: quo Dionysius libro tertio statuit initium regni Lucii Tarquinii Prisci anno 2. Ol. 41. quâ Cleonides Thebanus stadio vicit.

A. M. 3390. R. C. 135. Ol. 42. 2. Anno termillesimo trecentesimo nonagesimo quarto, ac centesimo tricesimo octavo Romæ conditæ, mortuo Anco Marcio, postquam regnaverat viginti quatuor annos, quintus Romæ Rex, creatus est L. Tarquinius, Demarati Corinthii filius, qui postea appellatus est Priscus. Isque numerum Senatorum, tertio centenario auxit. Ol. 41. 2. C. 41. 1. F. M. 40. 4. V.

A. M. 3400. Ol. 43. 4. Marm. Arundelianum exhibet Archontem Athenis Aristoclem; Lydorum regnum obtinente Halyatte, pauloquepostea Critia primo.

A. M. ~~3405~~ 3405. Ol. 45. 1. Athenis Archon Megacles, Plutarchus, in Solonis vitâ.

A. M. 3410. Ol. 46. 2. Circa annum CLIV. R. C. quo Athenis aliquanto post Megaclem, Archon fuit Philombrotus, juxta Plutarchum in vitâ Solonis, Tarquinius Rex Triumphum egit de Latinis.

A. M.

A. M. 3411. Ol. 46. 3. Anno CLV. R. C. & XVIII. regni Tarquinii Priſci, Athenis, proximus Philombroto, Archon, & Legiſlator fuit Solon, auctore Soſicrate apud Laertium in ejus vitâ, & Plutarcho in Solone. Annoque inſequente Dropides Solonis frater. Meurſ. ex Philoſtrato, *an præcedente Critia.*

Itaque anno inſequente Eucrates, nempe anno primo Olympiadis 47. autore Soſicrate apud Laertium in vitâ Anacharſis, quem eo anno Athenas veniſſe ſcribit.

A. M. 3414. Ol. 47. 2. Marm: Arund. exhibet Archontem Athenis Simonem.

A. M. 3417. Ol. 48. 1. Circa annum CLXI. R. C. quo Athenis Archon fuit Phænippus, (juxta Clementem Alexandrinum primo Stromateo, & ex eo Euſebeum in Chronico.) Tarquinius Rex ſecundo Triumphavit de Etruſcis: à quibus etiam Imperii inſignia, & ornâmenta triumphalia retulit.

A. M. 3423. Ol. 49. 3. Marmor. Arund. exhibet Archontem Athenis Damaſiam ſecundum primâ Pithiade coronariâ.

A. M. 3427. Ol. 50. 3 Circa annum CLXXI. R. C. Tarquinius rex tertio Triumphavit de Sabinis, idibus ſextilibus.

A. M. 3428. Ol. 50. 4. Anno CLXXII. R. C. & XXXV. regni Tarquinii Priſci, Athenis Archon fuit Archeſtratides. Dionyſius initio libri quartico Archonte, & anno 4. Olymp. 50. (quâ Epitelides Lucon ſtadio vicit) regni Servii Tullii initium ſtatuit.

A. M. 3432. R. C. 176. Ol. 51. 4. Anno termilleſimo quadringenteſimo triceſimo Ol. 50. 4. C. 50. 2. V. 175. F. M.

ſecundo

secundo à conditu Mundi, & centesimo septuagesimo sexto Romæ conditæ, interfecto Lucio Tarquinio Prisco, anno regni sui tricesimo octavo quasi completo juxta Dionisium & Livium, sed tantummodo inchoato juxta Fastos Marmoreos, Solinum, & alias ideoque item CLXXV. R. C. atque perinde ac juxta Varronem, anno secundo Olympiadis quinquagesimæ, sextus Romæ regnum occupavit Servius Tullius, Tarquinii gener. Isque prolato urbis pomærio murum ejus à Tarquinio inchoatum perfecit, quo demum septem illos celebratos montes complexus est.

A. M. 3435. Ol. 52. 3. Anno CLXXIX. R. C. & IV regni Ser. vii Tullii, Athenis Archon fuit Aristodemus, sive potius Aristomenes. Laertius in vitâ Pittaci: quem eo anno mortuum refert.

A. M. 3438. Ol. 53. 2. Anno CLXXXII. R. C. Servius Tullius rex Triumphum egit de Etruscis, VI. Kalendas Decembris.

A. M. 3442. Ol. 54. 2. Anno CLXXXVI. R. C. Servius Rex secundo Triumphavit de Etruscis VIII. Kalendas Iunii.

A. M. 3443. Ol. 54. 3. Circa annum CLXXXVII. R. C. quo Athenis Archon 186. F. M. fuit Hippoclides, & Panathenæa instituta, juxta Marcellinum in vitâ Thucidydis, Servius Rex tertio Triumphavit, item de Etruscis, IV. nonas incertum quas.

Eodem anno, regni sui duodecimo, Servius primus civium Romanarum Censum instituit, egitque; & lustrum fecit primum.

A. M. 3444. Ol. 54. 4. Marmor Arundelianum, licet mutilum, exhibere videtur Archontem Athenis Komiam,

miam, ad initium Tyrannidis Piſiſtrati Athenis, ſuffragante Plutarcho in fine vitæ Solonis. Anno autem proxime ſequente, nempe 3445. Ol. 55. 1. idem Plutarchus ibidem aſſerit Archontem Hegeſiſtratum.

A. M. 3449. Ol. 56. 1. Anno CXCIII. ac XVIII. regni Servii, Athenis Archon fuit Euthydemus; at Marm. Arundelian. Demus, Seldeno interprete, populus. Eo autem anno & Archonte, Chilonem ſapientem fuiſſe primum Ephorum Lacedæmone, Pamphila auctore refert Laertius in ejus vitâ.

A. M. 3453. Ol. 57. 1. Circa annum CXCVII. R. C. Servius Tullius Rex videtur egiſſe ſecundum cenſum, & ſecundum feciſſe luſtrum.

A. M. 3457. Ol. 58. 1. Anno CCI. R. C. ac XXVI. regni Servii, Athenis Archon fuit Erxiclides, anno 1. Olymp. 58. quâ Diognetus Crotoniates ſtadio vicit, quo tempore quartum Templum Delphis arſiſſe refert Pauſanias, in Phocicis, ſive l. 10.

A. M. 3461. Ol. 59. 3. Circa annum CCVII. R. C. Servius Rex videtur tertium egiſſe Cenſum, & Luſtrum condideſſe tertium.

Circa A. M. 3469. Ol. 61. Mar. Arund. Athenis fuit Archon-næus, ſive -cæus, prior forte Alcæus.

Eadem vero Olympiade Athenis Archon fuit Thericles, juxta Diod. Sic. ab H. Valleſio editum.

A. M. 3472. Ol. 61. 4. Annum CCXVI. R. C. ac XLI. regni Servii Athenis Archon, fuit Heraclius, ſive Heraclides, Dionyſius fere medio libri quarti, eo Archonte, & anno quarto Olympiadis 61. quâ Agatharchus Corcyræus ſtadio vicit ſtatuit initium Regni Tarquinii ſuperbi.

A. M.

A. M. 3473. Ol. 62. 1. Circa annum CCXVII. R. C. Servius Rex videtur egisse quartum censum, & lustrum fecisse quartum. Eodem anno Milo Crotoniates, luctâ vicit Olympia: ac deinceps Olympia sexies, Pythia sexies. Isthmia decies, Nemæa novies.

A. M. 3476. R. C. 220. Ol. 62. 4. Anno termillesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, à Mundi Conditu, ac ducentesimo vicesimo conditæ Romæ, interjecto Servio Tullio, postquam regnaverat quadraginta quatuor annos, regnum Romanorum occupavit, Lucius Tarquinius Brisci filius sive Nepos, Servii Tullii gener. qui postea appellatus est superbus. Is autem libros Sibyllinos nimio pretio oblatos primum repudians, demum è pluribus reliquos accepit. Eosque Duumviris Sacrorum Servandos, ac difficilibus Reip. temporibus inspiciendos commisit. Ol. 61. 4. C. 61. V F. 219. F. M.

A. M. 3481. Ol. 64. 1. Circa annum CCXXV. R. C. quo Athenis Archon fuit etiam Miltiades, juxta Dionysium fere initio. l. 7. quando Cumas Etrusci & umbri occupare sunt conati, Tarquinius Superbus Rex Triumphum egit de volscis. Idemque postea secundo Triumphavit de Sabinis.

Circa annum 3494. ac Olympiadem 66. Athenis Archon Pisistratus. Hippiæ Tyranni filius, ejusdem memoriale construxit altare, Pythii Apollinis in Delo, cum hâc inscriptione, auctore Thucydide l. 6. Μνῆμα τόδης ἀρχῆς πεισίστρατος ἱππίης ὁ ὸς Θῆκεν Ἀπόλλωνος πυθίυ ἐν τεμένει.

A. M. 3495. Ol. 67. 3. Milo Athletes Crotoniatum Dux, victis clarissimo prælio Sybaritis, eorum urbem cæpit, & diripuit.

Circa A. M. 3496. Ol. 67. 3. Athenis Archon fuit Iſagoras. Marmor. Arund. Lyd. an ille Iſagoras anni inſequentis Archon?

A. M. 3497. Ol. 68. 1. Anno CCXLI. R. C. ac XXII. regni Tarquinii Superbi, Athenis Archon fuit Iſagoras; ut Iſagrus, juxta Dionyſium ſub finem libri primi, & juxta eundem initio libri quinti Iſagras, initio Olympiadis 68. in quâ Iſtomachus an Iſchomachus Crotoniates ſtadio vicit. Primi Romæ Conſules.

A. M. 3500. Ol. 68. 4. Anno CCXLIV. R. C. Tarquinius Superbus Rex Templum Capitolinum Jovi condidit.

A. M. 3501. R. C. 245. Ol. 69. 1. Anno termilleſimo quingenteſimo primo à conditu Mundi, circa finem ducenteſimi quadrageſimi quarti, ac initium ducenteſimi quadrageſimi quinti anni à cæpta condi urbe Româ juxta Dionyſium Halicarnaſſeum, ac T. Livium, atque circa initium ſexageſimæ nonæ græcorum Olympiadis, juxta Calculum Q. Fabii Pictoris, & quidem ſub illius initium, noſtrâ modo interpretatione; Tarquinio Superbo poſtquam regnaverat viginti quinque annos, ob ſuam Tyrannidem & filii qui Lucretiam matronam conſtupraverat libidinem, exacto Urbe, & regno, Romæ Conſules primum creati ſunt, die ſexto ante Kalendas Martias, utpote quadrimeſtri ante finem anni nimirum Olympiadici, uti refert Dionyſius initio libri quinti, circa ſecundum menſem naturalem à vere, ut annus Romanus tunc agebatur. Quod enim Sigonius, Marlianus, Pyghius, & alii ſub Junium menſem id factum arbitrantur, auctore præcipue Macrobio referente quosdam putaſſe menſem Junium dictum eſſe à Junio Bruto, qui ejus Kalendis, pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ deæ voti reus fecerit: illorum qui ita putaverint errorem redarguunt ipſi Faſti Marmorei, referentes

Ol. 68. 1. C. 67. 3. V. F. M. 244. F. M.

ſecundum

secundum Triumphum Servii Tullii regis, sub Kalendas mensis jam tunc appellati Junii. Cæterùm iidem Fasti Marmorei, & secundum eas antiqua Chronologia apud Clementem Alexandrinum, cum Solino, Rufo, Eutropio, aliisque, videntur statuisse Reges axactos dncentis quadraginta tribus annis ab Urbe conditâ; tanquam qui æquè Tarquinii Prisci regno, atque Romuli assignaverint tantummodò triginta septem annos. Scaliger verò istic pluribus modis erravit, tum quod illorum Fastorum auctorem, pariter ac Dionysium Catoniana Palilia sequi putavit; tum quod inter Palilia Varroniana, ac Catoniana unius duntaxat anni differentiam posuit, ac Catoniana ad finem sextæ Olympiadis retulit; tum denique quod illam unius anni differentiam inter Catonem, & Varronem, tempori quo regnatum Romæ esset ita imputavit, quasi Varro quidem id annis ducentis quadraginta quatuor definivisset, Cato autem ducentis quadraginta tribus tantummodo, contra diserta Dionysii Catonem secuti verba pluribus locis, nempe duobus vel tribus libro primo, & alias in fine quarti, ac initio quinti. Quòd autem, ubi Censorinus capite decimo septimo libri de die natali, scripsit de Ludis Secularibus in hæc verba, *Præsertim quum ab Urbis primordiis ad Reges exactos, annos (legendum annis, vel per annos) CCXLIV. factos esse (nempe Ludos Sæculares,) nemo sit auctor*; inde idem Scaliger libro tertio Canonum Chronologiæ Isagogicorum concluſit, Censorini testimonio neminem auctorem fuisse, ab Urbis conditu, ad Regifugium transactos esse CCXLIV. annos: utique antiquum obtinuit in malè interpretando bonos auctores; ac videtur apertè refelli non solum disertis verbis Dionysii, sed etiam oratione Appii Claudii Crassi, in sive sexti libri historiæ Livianæ, dicentis, Licinii Sextiique Tribunorum plebis annos in perpetuâ potestate tanquam Regum in Capitolio numerari; unde appatet sane Re-

gum annos publico monumento in Capitolio exaratos fuisse.

A. M. 3501. Ol. 68. 1. Athenis Archon Acestorides, juxta Dionysium l. 5. Archon Acestorides annos Ol. 69. 1. quâ Ischomachus Crotoniates stadio iterum vicit.

R. C. 245. A. 444. F. M. Consules { L. Junius Brutus. / L. Tarquinius Collatinus. } Ol. 68. 1. C. 67. 3. V. F. M.

Eo autem tempore Pontifex Maximus fuit C. Papirius. Iis vero Consulibus primus Rex sacrorum, sive Sacrificus, aut Sacrificulus creatus est Manius Papirius, unus è senioribus Patriciis; itemq; populi suffragio primum creati sunt duo Quæstores, qui publicum ærarium curarent. Cæterum Tarquinio Consule, quanquam Lucretiæ constupratæ & interfectæ marito, ob suspectum vel invisum nomen paulo post abdicare coacto à Collegâ, Consul factus est P. Valerius Volusi filius, qui deinde in eo Magistratu appellatus est Poplicola: ac leges populares tulit cum alias tum illam de provocatione ad populum adversus quemcunque Magistratum. Porro autem Bruto altero Consule occiso in prælio contra Tarquinium quondam Regem & Veientes, pridiè Kalendas Maias; (neutiquam vero Martias, ut mendosè apud Plutarchum in vitâ Poplicolæ legi, è messe ejusdem anni jam tunc transactâ certum est;) quibus ipsis Kalendis, de iisdem prælio quanquam ancipiti superatis Consulum primus Triumphavit Valerius: in illius locum Consul factus est Sp. Lucretius Tricipitinus, eoque mox mortuo M. Horatius Pulvillus. Hic autem Capitolium à superbo rege ædificatum dedicavit, idibus septembris ejusdem anni; uti refert non modo Plutarchus, sed & Livius initio septimi libri, & Plinius libro tricesimo tertio, annum inde centesimum quartum numerans CCCIII. R. C. quanquam Dionysius Horatium secundo Consulem anno tertio ab ejectis Regibus,

Regibus, (an quia synchronismi nostro calculo ætatis Urbis magis faventes ita corgerant?) illud dedicasse scribit. Sed & eodem anno statim post ejectum ex Urbe Regium nomen, primum fœdus inter Romanos, & Pœnos sive Carthaginienses initum esse auctor est Polybius libro tertio; & quidem annis 28. antequam Xerxes invaderet Græciam.

A. M. 3502. Ol. 69. 2. Athenis Archon.

R. C. 246. 245. F. M. Coss. { P. Valerius Voluſi f. Poplicola. II / T. Lucretius Tricipitinus. } Ol. 68. 2. C. 67. 4. V. F. M.

Hi Consules censum egerunt, ac lustrum fecerunt quintum. Iisdemque Consulibus gestum est bellum Etruscum, cum Rege Porsenâ, Tarquiniorum reducendorum causâ: præcipuè celebratum ob facinora M. Horatii Coclitis, C. Mucii Scævolæ, & Clæliæ Virginis, quod Dionysius refert ad sequentes Consules.

A. M. 3503 Ol. 69. 3. Athenis Archon.

R. C. 247. 246. F. M. Coss. { P. Valerius Poplicola III / M. Horatius Pulvillus II. } Ol. 68. 3. C. 68. 1. V. F. M.

Horatii loco apud Livium est P. Lucretius. Juxta quem etiam iisdem Consulibus, Porsena Rex cum Romanis pacem fecit.

A. M. 3504. Ol. 69. 4. Athenis Archon.

R. C. 248. 247. F. M. Coss. { Sp. Lartius Flavus, sive Rufus / T. Herminius Aquili } Ol. 68. 4. C. 68. 2. V. F. M.

Ii Consules omissi sunt apud Livium, negligentiâ ut apparet librariorum.

A. M. 3505. Ol. 70. 1. Athenis Archon. Myrus. Dionysius l. 5. Nicias Locrensis opuntius stadio vicit.

R. C. 249. 248. F. M. Coss. { M. Valerius Voluſus / P. Postumius Tubertus } Ol. 69. 1. C. 68. 3. V. F. M.

Eorum

Eorum Conſulum (quorum Valerius fuit Poplicolæ frater) uterque eodem anno triumphavit de Sabinis bello victis.

A. M. 3506. Ol. 70. 2. Athenis Archon.

R. C. 250. 249. F. M. Coſſ. { P. Valerius Poplicola. IV / T. Lucretius Tricipitinus. } Ol. 69. 2. C. 68. 4. V. F. M.

Eorum Coſſ. etiam vel uterque, vel ſaltem alter, ſcilicet Poplicola iterum Triumphavit de Sabinis, & Veientibus denuo victis, ſub nonas Maii. Iiſdem vero Coſſ. & ducenteſimo quinquageſimo anno, R. C. primos Ludos Sæculares factos eſſe juxta Valerium Antiatem, apud Cenſorinum, collatum cum Valerio Maximo libro ſecundo, & Plutarcho in vitâ Poplicolæ, apparet, uti obſervavit Cuſpinianus.

A. M. 3507. 3. Ol. 70. 3. Athenis Archon.

R. C. 251. 250. F. M. Coſſ. { P. Poſtumius Tubertus. II. / Agrippa Menenius Lanatus. } Ol. 69. 3. C. 69. 1. V. F. M.

Eorum Coſſ. devictis itidem Sabinis, alter, Poſtumius primus ovans urbem ingreſſus eſt, tertio nonas Aprilis; alter autem, Menenius triumphavit die proxime ſequente pridie nonas.

A. M. 3508. Ol. 70. 4. Athenis Archon.

R. C. 252. 251. F. M. Coſſ. { Opiter Virginius Tricoſtus / Sp. Caſſius Piſcellinus. } Ol. 69. 4. C. 69. 2. V. F. M.

Eo anno de Sabinis debellatis ſaltem triumphavit alter conſulum Caſſius: an verò etiam Virginius de Camerinis & Auruncis triumphavit, ambigitur. Eodem anno Leotychides, pulſo Demarato, regnum Spartæ obtinuit.

A. M. 3509. Ol. 71. 1. Athenis Archon Hipparchus, Dionyſius fine l. 5. & intiitio 6. ſtadio vicit Tiſicrates Crotoniates.

R. C.

R. C. 253. 52. F. M. Coss. { Postumus Cominius Auruncus / T. Lartius Flavus } Ol. 70. 1. C. 69. 3. V. F. M.

Eo anno refert Livius T. Lartium Flavum ex consule primum Dictatorem creatum esse, primum autem Magistrum equitum ab eo dictum Sp. Cassium Vicellinum & ipsum consularem; seditionis popularis sedandæ, & rei militaris contra Tarquinienses ac Latinos duce octavio Manilio, Superbi quondam regis genero, bellum denuo molientes gerendæ causâ: quod quidem Dionysius eodem ferro anno Olympiadico, sed secundo Lartii post triennium consulatu, itidem ut apparet propter Synchronismos Fabiano & nostro fastorum calculo magis faventes, retulit: Lartius autem Dictator censum egit, ac lustrum fecit sextum.

A. M. 3500. Ol. 71. 1. Athenis Archon Philippus scil. est Pythocritus, Marmor. Arund. Et auctore vitæ Sophoclis referente eum in hoc anno natum.

R. C. 254. 253. F. M. Coss. { Servius Salpitius Camerinus / Manius Tullius Longus. } Ol. 70. 2. C. 69. 4. V. F. M.

Iis consulibus servorum conjuratio de reducendo Tarquinio facta, & mox detecta est; Tullius vero Consul sub finem anni in magistratu mortuus est; eum autem annum Marcus Tullius Cicero, in Bruto, decimum post reges exactos fuisse refert.

A. M. 3511. Ol. 71. 3. Athenis Archon Lacratides.

R. C. 255. 1354 F. M. Coss. { P. Veturius Geminus. / Ti. Æbutius Helua vel Elua. } Ol. 70. 3. C. 70. 1. V. F. M.

Iis coss. Fidenas obsessas, Crustumeriam captam, Præneste ab Latinis ad Romanos desciviisse refert Livius: etiamq; Postumium dictatorem creatum, sed hæsitanter.

A. M. 3512. Ol. 71. 4. Athenis Archon Themistocles, ita Dionysius, l. 6. ante initium Olympiades

72. qua Tiſicrates Crotoniates ſtadio vicit, anno ſequente pugna Marathonia ſcilicet, omnino autem videtur hic Themiſtocles fuiſſe frater Neoclis patris Themiſtoclis illius celeberrimi, ejuſque patruus cujus ipſe meminit in epiſtola ad Leagrum.

R. C. 256. 255. F. M. Coſſ. { T. Lartius Flavus II / Q. Cloelius Siculus } Ol. 70. 4. C. 70. 2. V. F. M.

Iis Coſſ. Fidenatum deditionem factam refert Dionyſius.

A. M. 3513. Ol. 72. 1. Athenis Archon Diognetus, ita Dionyſius l. 6.

R. C. 257. 256. F. M. Coſſ. { Aulus Sempronius Atratinus / M. Minucius Augurinus. } Ol. 71. 1. C. 70. 3 V. F. M.

Iis Coſſ. æde Saturno dedicata inſtitutum eſt feſtum Saturnaliorum.

A. M. 3514 Ol. 72. 2. Athenis Archon, Hybrilides. At vero iſtic Marm. Arund. pugna Marathonia, Archonte Phænippo ſecundo; juxta Plutarchum in vita Ariſtidis. Gelon obtinuit tyrannidem in Sicilia, ita Dionyſius ferè initio lib. 10. attamen Pauſanias quoque libro 6. ſive Eliacorum priore, Gelonem Dinomenis filium contendit eodem Athenis Archonte Hybrilide, eodemque anno ſecundo Olympiadis 72. qua Tiſicrates Crotoniates ſtadio vicit, Syracuſis tyrannidem obtinuiſſe: ideoque Gelonem Dinomenis filium Gelonem qui curſu vicerat Ol. 17. 3. fuiſſe privatum quempiam Gelonem, alium à tyranno. Sed nimirum Geloi adſcriptio evincit Gelonem tyrannum nondum, anno 2. Ol. 72. tyrannide Syracuſis potitum eſſe.

R. C. 258. 257. F. M. Coſſ. { A. Poſtumius Albus. / T. Virginius Tricoſtus. } Ol. 71. 2. C. 70. 4. V. F. M.

Eo anno referente Dionyſio nec multum refragante Livio

Livio, A. Postumius Albus ex consule dictator dictus, cum T. Æbutio Helua magistro Equitum, de Latinorum amplius triginta millibus unà cum duce Manilio Tarquinii genero in prælio, idibus Quintilibus, ad lacum Regillum occisis, primus Dictator triumphavit, atque cognomen Regillensis adeptus est.

A. M. 3315. Ol. 72. 3. Athenis Archon. Istic Marm. Arun. Aristides, juxta Plutarchum in vita Aristidis.

R. C. 259. 258. F. M. Coss. { Ap. Claudius Sabinus Reginensis / P. Servilius Priscus } Gl. 71. 3. C. 71. 1. V. F. M.

Eo demum anno (quem CCLIX. R. C. numerat Plinius libro tricesimo quinto) mortuus fertur Tarquinius Superbus quondam Rex Romanus. Consulem verò Servilium de Volscis devictis injussu Senatus primum triumphâsse refert *Dionysius*.

A. M. 3316. Ol. 72. 4. Athenis Archon Hibrilides. Meursus, Phædon, sed non erat ille ante 13. post huuc annum.

R. C. 260. 259. F. M. Coss. { A. Virginis Tricostus Cœlimontanus / T. Veturius Geminus Cicurinus. } Ol. 72. 4. C. 71. 2. V. F. M.

Eo anno, quem Dionysius libro sexto numerat CCLX. R. C.

Fasti vero Marmorei CCLIX. plebe Romana seditiosè agente contra patricium ordinem, à quo se oppressam causabatur propter nexos causa æris alieni contracti ex fœnore ; ac instantibus hostibus Volscis Æquis & Sabinis ; Dictator creatus Manius Valerius Volusus, & ipse Poplicolæ frater, cum Q. Servilio Prisco Magistro Equitum, de Sabinis triumphavit : & in eâ dictatura (quem ante finitum tempus semestre deposuit) Maximus cognominatus est. Eodem autem anno naturali, atque etiam Romano cæpto à Januario aut Martio, nempe decimo sexto post regifugium, teste Cicerone in oratione Corneliana apud Asconium

Pædianum, atque Eutropio, verum ſequente anno Romæ conditæ incepto à Palilibus, ideoque poſt exactos reges decimo ſeptimo juxta Dionyſium atque faſtas marmoreos, facta ex ſeditione plebis Romanæ ſeceſſione in Sacrum montem, Kalendis ſeptembris anticipatis, teſte eodem ipſo Dionyſio, ſexto libro, circa naturalem menſem octavum, nempe poſt Autumni æquinoctium juxta eundem initio libri ſeptimi, alii conſules creati ſunt.

R. C. 260. 261. C. V. Coſſ. { Sp. Caſſius Viſcellinus II. / Poſtumus Cominius Auruncus. } Ol. 72. 1. C. 71. 3. V. F. M.

Inde autem, cum etiam ſequentium annorum conſules magiſtratum inierint eodem menſe Septembre, Faſtorum Marmoreorum calculus, qui ab initio regni Servii Tullii unum annum anticipavit, jam rurſum noſtro convenit; ac viciſſim Catonianus ſive Dionyſianus, atq; Varronianus vulgaris, qui hactenus noſtro conveniebat, jam excedit uno anno, quoad numerum annorum Romæ conditæ, alioquin uno anno Olympiadico propius accedens.

Iis vero Coſſ. plebe reconciliata Patriciis oratione Menenii Agrippæ, primum creati ſunt Tribuni plebis duo, die quarto Idus Decembris: qui dies horum comitiis ab eo tempore perpetuo obſervatus eſt teſte Dionyſio, libro ſexto, aliiſque: nimirum exceptis fortè paucis annis poſt decemvirorum abdicationem. Paulòque poſt creati ſunt etiam duo Ædiles plebis primi. Iidem autem conſules cenſum egerunt, & luſtrum fecerunt ſeptimum.

A. M. 3317. Ol. 73. 1. Athenis Archon Anchiſes: ita Dionyſius initio libri 8. Aſtylus Crotoniates ſtadio vicit.

R. C. 261. 262. C. V. Coſſ. { T. Geganius Macerinus / P. Minucius Augurinus. } Ol. 72. 2. C. 71. 4. V. F. M.

Iis

Iis Coss. ex neglectâ seditionis tempore agriculturâ annonæ caritas, & ex fame pestis Romæ invaluit.

A. M. 3518. Ol. 72. 2. Athenis Archon Lyd. an hic demum Philippus. Ol. esse βδ. πέμπτη pro πρώτη suffragante Suida; biennio ante Themistoclem, ferme anno 40. ætatis Æschyli.

R. C. 262. 263. C. V. Coss. { M. Minucius Augurinus II. / A. Sempronius Atratinus II. } Ol. 72. 3. C. 72. 1. V. F. M.

Eo anno (quem decimum octavum post ejectos reges numerat Eutropius) Cneius Martius ex strenuâ opera capiendis Volscorum urbe Coriolis ante biennium navatâ appellatus Coriolanus, in exilium actus ad ipsos Volscos Romanorum hostes se recepit.

A. M. 3519. Ol. 73. 3. Athenis Archon Philocrates, Marm. Arundel. ibi statuens annum 40. ætatis Æschyli, & natales Euripidis poetæ.

R. C. 263. 264. C. V. Coss. { Q. Sulpitius Camerinus Cornutus / Sp. Larcius Flavus II. } Ol. 73. 4. C. 73. 2. V. F. M.

Iis Coss. (qui & ipsi apud Livium prætetmissi sunt, ut etiam proximè sequentes) varia prodigia Romæ contigisse cum peste narrat Dionysius: quorum causa ex somnio cujusdam relata sit in ludos Magnos vitiose celebratos.

A. M. 3520. Ol. 73. 4. Athenis Archon Lyd. an hic demum Themistocles? Aliquandiu post pugnam Marathoniam & Aristidem eo majorem natu utpote secundum à Miltiade in Marathonia pugna (quo tempore Themistocles fuisse adolescens dicitur) longeque antea Clisthenis socium, in conservandâ post ejectos tyrannos Athenis democratia; adeoq; propter eminentium & excellentiam virtutis civitate pulsum per Ostracismum fermè sexennio ante Xerxis transitum in Græciam quemadmodum refert Plutarchus in

hujus vita : quum primus Themiſtocli gradus capeſſendæ reipublicæ fuerit bello Corcynæo : nec quicquam aliud memorabile geſtum præter claſſis præparationem, ante bellum Perſicum : ut intelligitur ex Æmilio Probo ſive Cornelio Nepote in ejus vita, quanquam idem Themiſtocli Ariſtidem tanquam ferè æqualem poſtponit. Porro Themiſtoclem fuiſſe Archontem haud ante bellum Corcyræum clare teſtatur Cornelius Nepos in ejus vita : ac cæpiſſe ædificare pyræum portum quo anno Archon fuit : Thucidides l. 1. Diodorus Siculus l. 11. & Pauſanias ferè initio Atticorum quod omnino apparet fuiſſe Olympiade ἑβδομηκοστῇ τρίτῃ non πρώτῃ :

R. C. 264. 265. C. V. Coſſ. { C. Julius Julus. / P. Pinarius Rufus Mamercinus. } Ol. 73. 1. C. 72. 73. V. F. M.

Iis coſſ. Volsci duce Marcio Coriolano, Romanis bellum intulerunt.

A. M. 3521. Ol. 74. 1. Athenis Archon Leoſtratus ita Dionyſius l. 8. Aſtyllus Syracuſanus ſtadio vicit.

R. C. 265. 266. C. V. Coſſ. { Sp. Nautius Rutilus. / Sex Furius Fuſus. } Ol. 73. 2. C. 72. 4. V. F. M.

Iiis Coſſ. Cneius Marcius Coriolanus exul Romanus Volscorum Dux, ancipiti bello patriæ illato, ne Romam ipſam oppugnaret, vix tandem à matre atq; uxore, Kalendis Decembris ut refert Dionyſius libro octavo, exoratus eſt. Quum verò Cicero in Bruto id bellum, eodem ferè tempore quo Xerxis bellum in Græciâ contigiſſe refert ; utique hoc confirmat Fabianam & noſtram ſupputationem annorum urbis Romæ, quæ bellum Volscicum tertio ſummum anno, præ Varronianâ & Marmoreâ quæ idem ſaltem ſeptennio, atque Catonianâ ſive Dionyſianâ quæ quinquennio ipſum antiquius ſtatuit.

A. M.

A. M. 3522. Ol. 74. 2. Athenis Archon Nicodemus: Dionyſius l. 8.

R. C. 266. 267. C. V. Coſſ. { C. Aquillius Tuſcus. / T. Sicinius Sabinus. } Ol. 73. 3. C. 73. 1. V. F. M.

Eorum Coſſ. altero, Aquillio ovante de Hernicis; Alter, Sicinius triumphavit de Volscis.

A. M. 3523. Ol. 74. 3. Athenis Archon Lyd. fortè Aphepſion ſive Apſephion.

R. C. 267. 268. C. V. Coſſ. { Sp. Caſſius Viſcellinus III. / Proculus Virginius Ticoſtus Rutilus. } Ol. 73. 4. C. 73. 2. V. F. M.

Caſſius tertium conſul ſecundum triumphum egit de Volscis, & Hernicis, menſe Junio, idemque eodem anno primus ſuaſit legem Agrariam: quæ tum ipſi exeunti magiſtratu exitiabilis fuit, tum multis aliis poſtea.

Cæterum Diodorus Siculus initio libri undecimi Bibliothecæ hiſtoricæ ſcribit iiſdem conſulibus Xerxem ſuſcepiſſe expeditionem in Græciam: quod certè Fabianis & noſtris rationibus ad amuſſim quadrat; quandoquidem expeditio illa libro noſtro de emendatione temporum ſtatuatur ſuſcepta proximè hinc ſeqnente vere, tanquam poſteriore ſemeſtri horum conſulum, utpote ſub annum quartum Olympiadis ſeptuageſimæ quartæ; quam Diodorus & plerique alii ſtatuunt ſub initium ſeptuageſimæ quartæ.

A. M. 3524. Ol. 74. 4. Athenis Archon Apſephion: Aphepſion ſcil. at Marm. Arund. Calliades: idem dicitur Calias Archon tempore tranſitus Xerxis juxta Demetrium Phalereum apud Laertium in vita Anaxagoræ: veruntamen apud eundem in vita Socratis dicitur Calliades: & anno. 1. Ol. 75. quo anno Euripidem natum refert, quem refert tunc viginti annos natum cæpiſſe Athenis Philoſophari.

Volscas

R. C. 268 269. C. V. Coſſ. { Q. Fabius Vibulanus. / Ser. Cornelius Maluginenſis Coſſus. } Ol. 74. 1. C. 73. V. F. M.

Volscas & Æquos à Fabio conſule victos refert Livius.

A. M. 3525. Ol. 75. 1. Athenis Archon Callias, at Marm. Arund. Xantippus; Dionyſius initio libri noni Calliadem, at nullum ſtadii victorem, Xerxis vero expeditionem in Græciam eo anno memorat.

R. C. 269. 270. C. V. Coſſ. { L. Æmilius Mamercinus. / Cæſo Fabius Vibulanus. } Ol. 74. 2. C. 73. 4. V. F. M

Æmilius Conſul Volscos & Æquos rebellantes ſuperavit; eum autem annum ducenteſimum ſeptuageſimum à Roma condita numerat Dionyſius octavo libro.

A. M. 3526. Ol. 75. 2. Athenis Archon Xantippus: at Marm. Arund. Timoſthenes, 1. an. citius.

R. C. 270. M. 271. C. V. Coſſ. { Fabius Vibulanus. / Valerius Poplicola Potitus. } Ol. 74. 3. C. 74. 1. V. F. M.

Iis Coſſ. Veiens bellum initium eſt, rebellantibus etiam Volscis.

A. M. 3527. Ol. 75. 3. Athenis Archon Timoſthenes: at Marm. Arund. Adimantus 1. an. citius.

R. C. 271. 272. C. V. Coſſ. { C. Julius Julus. / Q. Fabius Vibulanus. II. } Ol. 74. 4. C. 74. 2. V. F. M.

Iis Coſſ. (quibus apud Diodorum omiſſis ſequentes relati ſunt ad annum primum Olympiadis LXXVI.) Veientes agrum Romanum populabundi invaſerunt, Æquis etiam arma contra Latinos Romanorum ſocios ſumentibus.

A. M.

A. M. 3528 Ol. 75. 4. Athenis Archon *Adimantus.* Lyd. hic demum post Adimantum Archon, fuisse videtur Themistocles Neoclis filius prioris Themistoclis patrui sui Nepos.

R. C. 272. 273. C. V. Coss. { Cæso Fabius Vibulanus II. / Sp. Furius Fusus. } Ol. 75. 1. C. 74. 3. V. F. M.

Iis Coss. tanquam anno primo septuagesimæ quintæ Olympiadis, Xerxis expeditionem in Græciam ascribit Dionysius initio libri noni.

A. M. 3529. Ol. 76. 1. Athenis Archon Phœdon. Plutarchus in Theseo & Cimone. 504. vel anno 505. ante Ev. 700. ita Dionysius lib. 9. Scamander Mitilenæus stadio vicit. 120 ante Ev. mors Thesei.

R. C. 273. 274. C. V. Coss. { Cn. Manlius Cincinnatus. / M. Fabius Vibulanus. II. } Ol. 75. 2. C. 74. 4. V. F. M.

Eo anno M. Fabius Consul, devictis Veientibus & Etruscis cruento prælio, quo & alter Consul Manlius, & frater suus Q. Fabius qui bis consul fuerat, occisi sunt, & ipse immani vulnere sauciatus, triumphum oblatum recusavit.

A. M. 3530. Ol. 76. 2. Athenis Archon Dromoclides.

R. C. 274. 275. C. V. Coss. { Cæso Fabius Vibulanus III. / T. Virginius Tricostus Rutilus. } Ol. 75. 3. C. 75. 1. V. F. M.

Cæso Fabius tertium Consul Veiens bellum genti suæ Fabiæ privatim gerendum depoposcit.

A. M. 3531. Ol. 76. 3. Athenis Archon Acestorides.

R. C. 275. 276. C. V. Coss. { L. Æmilius Mamercinus II. / C. Servilius Structus Ahala. } Ol. 75. 4. C. 75. 2. V. F. M.

Servilii loco, in quem eo sive mortuo sive abdicante Esquilinum quendam suffectum fuisse colligitur è fastis Marmoreis atque Græcis, Diodorus Consu-

lem refert C. Cornelium Lentulum, fortè cognomento Esquilinum. Iis vero consulibus primum Proconsulares Provinciarum Præsides cum extraordinariis exercitibus, Sp. Furium & Cæsonem Fabium constitutos fuisse significat Dionysius libro nono.

A. M. 3532. Ol. 74. 4 — Athenis Archon Menon.

R. C. 276. 277. C. V. Coss. { C. Horatius Putuillus. / T. Wenenius Agrippæ. F. Lanatus. } Ol. 76. 1. C. 753. V. F. M.

Iis Coss. tercentum sex Fabii patricii, cum quatuor millibus clientum, à Veientibus ad unum omnes, idibus Februariis ad Cremeram occisi sunt.

A. M. 3533. Ol. 77. 1. — Athenis Archon Chares: ita etiam Marm. Arund. ita Dionysius l. 9. Dates Arginus stadio vicit.

R. C. 277. 278. C. V. Coss. { A. Virginius Tricostus Rutilus. / Sp. Servilius Structus. } Ol. 76. 2. C. 754. V. F. M.

Ii Consules, ut refert Dionysius l. 9. ac sequentes, magistratum acceperunt mense sextili anticipato circa æstivum solstitium, ideoque circa naturalem mensem septimum.

Consul vero Servilius occidione occidit.

A. M. 3534 Ol. 77. 2. — Athenis Archon Praxiergus.

R. C 278. 279. C. V. Coss. { P. Valerius Poplicola. / C. Nautius Rutilus. } Ol. 76. 3. C. 76. 1. V. F. M.

Consul Poplicola de superatis eâdem horâ ad Veios duobus exercitibus, ac duabus gentibus finitimis Veientum & Sabinorum triumphavit, Kalendis Maii: nempe sub illum ipsum annum quo Cimon Atheniensis superavit duos Persici imperatoris exercitus eodem die.

A. M.

A. M. 3535. Ol. 77. 3. Athenis Archon Demotion. At Marm. Arund. Apsephion. 1. an citius.

R. C. 279. 280. C. V. Coss. { L. Furius Medullinus Fusus. / A. Manlius Vulso. } Ol. 76. 4. C. 76. 3. V. F. M.

Manlio Consuli, quod per obsidionem Veientes pacem petere coegisset, concessa est ovatio, idibus Martiis : iidem vero Consules censum egerunt & lustrum fecerunt octavum.

A. M. 3536. Ol. 77. 4. Athenis Archon Aphepsio, juxta Apollodorum apud Laertium in vita Socratis quem eo anno natum refert ; aliis Phædon. Marm. Arund. Theagenidas 1. an. citius, pro quo juxta Silenum apud Laertium in vita Anaxagoræ legitur Dinullos corrupto ut videtur exemplari, quando lapis cecidit in Aegospotamis. A. 497. ante Eu.

R. C. 280. 281. C. V. Coss. { L. Æmilius Mamercinus III. / Vopiscus Julius Julus. } Ol. 77. 1. C. 76. 3. V. F. M.

Julii loco Opiter Virginius Consul in pluribus annalibus relatus erat, ut significat Livius. Iisque Coss. foris quies fuit, domi motus lege Agraria excitatus.

A. M. 3537. Ol. 78. 1. Athenis Archon Theagenidas : ita Dionysius lib. 9. Parmenides Posidoniasus stadio vicit.

R. C. 281. 282. C. V. Coss. { L. Pivarius Rufus Mamercinus. / P. Furius Fusus. } Ol. 77. 2. C. 76. 4. V. F. M.

Iis Coss. magni tumultus fuerunt legis Agrariæ & delectus causâ.

A. M. 3538. Ol. 78. 2. Athenis Archon Lysistratus.

R. C. 282. 283. C. V. Coss. { Ap. Claudius Sabinus Regillensis. / L. Quinctius Barbatus Capitolinus. } Ol. 77. 3. C. 77. 1. V. F. M.

Quinctius Consul contra Æquos rem gessit satis prosperè.

proſperè. Claudius verò profectus contra Volſcos, ab exercitu ſuo deſertus eum decimavit.

A. M. 3539. Ol. 78. 3. Athenis Archon Lyſanias.

R. C. 283. 284. C. V. Coſſ. { L. Valerius Poplicola Potitus. / Tiberius Æmilius Mamercinus. } Ol. 77. 4. C. 77. 2. V. F. M.

Valerius Æquorum agros vaſtavit. Æmilius cum Sabinis atroci & dubio prælio decertavit. Iiſdem Coſſ. Tribuni plebis quinque primum creati ſunt.

A. M. 3540. Ol. 78. 4. Athenis Archon Lyſitheus.

R. C. 284. 285. C. V. Coſſ. { A. Virginius Tricoſtus Caliomontanus. / T. Numicius Priſcus. } Ol. 78. 1. C. 77 3. V. F. M.

Numicius Volſcos, Virginius Æquos inde ambo conjuncti Sabinos repreſſerunt & profligarunt.

A. M. 3541. Ol. 78. 1. Athenis Archon Archidemides. Xenophon Coriathius ſtadio vicit. Ita Dionyſius lib. 9. Pauſaniæ in Meſſenicis Archon dicitur Archimedes, & Olympias depravatione librariorum εἰκοστὴ (pro ἑβδομηκοστὴ) ἑπτάτη, quando oriebatur tertium bellum Meſſenicum: Lacedæmoniis advocantibus & mox dimittentibus auxilia Athenienſium, duce Cimone Miltiadis filio. Pauſan. Meſſen. & Thucyd. l. 1. error librariorum Pauſaniæ Scaligero impoſuit quoad Archontem Archimedem.

R. C. 285. 286. C. V. Coſſ. { T. Quinctius Barbatus Capitolinus. / Q. Servilius Priſcus. } Ol. 78 2. C. 77. 4. V. F. M.

Quinctius iterum Conſul de Volſcis devictis & Antio capto triumphavit. Servilius etiam Sabinos populantes effuse vaſtavit.

A. M. 3542. Ol. 79. 2. Athenis Archon Tlepolemus. Marm. Arund. Euthippus biennio citius.

R. C.

R. C. 286. 287. C. V. Coss. { T. Æmilius Mamercinus II. / Q. Fabius Vibulanus. } Ol. 78. 3. C. 78. 2. V. F. M.

Iis Coss. Antium Colonia deducta est.

A. M. 3543. Ol. 79. 3. Athenis Archon Conon. Lyd. fortè istic. M. Ar. Euthippus 1. anno citius IIIII. pro-IIII. 499. pro 198. 490. ante Evang.

R. C. 287. 288. C. V. Coss. { Sp. Posthumius Albus Regillensis. / Q. Servilius Priscus II. } Ol. 78. 4. C. 78. 2. V. F. M.

Servilius contra Æquos in agro Latino stativa habuit morbo cum exercitu implicitus.

A. M. 3544. Ol. 79. 4. Athenis Archon Evippus. Qui in Marm. Arund. dicitur Euthippus hic videtur idem.

R. C. 288. 289. C. V. Coss. { Q. Fabius Vibulanus II. / T. Quinctius Barbatus Capitolinus III. } Ol. 79. 1. C 78. 3. V. F. M

Æquos à Fabio acie fusos, Quinctius iterum populatos receptâ prædâ cecidit. Iidem consules Censum egerunt, & lustrum fecerunt nonum.

ca A. M. 3554. 80. 1. Athenis Archon Phrasiclides sive Phrasicles. Ita Dionysius initio. l. 10. Torymbas Thessalus stadio vicit.

R. C. 289. 290. C. V. Coss. { A. Postumius Albus Regillensis. / Sp. Furius Medullinus Fusus. } Ol. 79. 2. C. 78. 4. V. F. M.

Furio Consuli cum exercitu ab Æquis magnâ clade in prælio accepta obsesso missus auxilio est Quinctius, prioris anni Consul, ac primus Proconsul cujus mentio extat apud Livium.

A. M. 3546. Ol. 80. 2. Athenis Archon Philocles.

R. C. 290. 291. C. V. Coss. { P. Servilius Priscus. / L. Æbutius Helva. } Ol. 79. 3. C. 79. 1. V. F. M.

Eorum Conſulum (quos, atque etiam ſequentes; menſe ſextili magiſtratum iniiſſe annotat Livius) uterque ſæviſſimè graſſante Romæ peſte mortuus eſt.

A. M. 3547. Ol: 80. 3. Athenis Archon Bion.

R. C. 291. 292. C. V. Coſſ. { L. Lucretius Tricipitinus. / T. Veturius Geminus Cicurinus. } Ol. 79. 4. C. 79. 2. V. F. M.

Eorum Coſſ. de Volſcis & Æquis devictis, Lucretius triumphans, Veturius Ovans, urbem ingreſſus eſt.

A. M. 3548. Ol. 80. 4. Athenis Archon Mneſithides. M. A. Callias prior. 1. anno citius. 193. 485. ante Evangelium.

R. C. 292. 293. C. V. Coſſ. { P. Volumnius Amintinus Gallus. / Ser. Sulpicius Camerinus. } Ol. 80. 1. C. 79. 3. V. F. M.

Iis Coſſ. gravi exardente ſeditione Plebeiorum contra Patricios, Cæſo Quinctius, Lucii Cincinnati filius à Plebe damnatus in exilium abiit.

A. M. 3549. Ol. 81. 1. Athenis Archon Callias, ita Dionyſius lib. 10. Polymnaſtus Eurænæus ſtadio vicit.

R. C. 293. 294. C. V. Coſſ. { P. Valerius Poplicola II. / C. Claudius Sabinus Regillenſis. } Ol. 80. 2. 8. 79. 4. V. F. M.

Iis Coſſ. Capitolium Romanum, urbe laborante ſeditione, occupavit Appius Herdonius, cum exulum & ſervorum manu; in quo recuperando Conſul Valerius interfectus eſt. Atque in ejus locum Conſul factus eſt L. Quinctius Cincinnatus, Decembre menſe uti refert Livius libro tertio.

A. M. 3550. Ol. 81. 12. Athenis Archon Soſiſtratus.

R. C. 294. 295. C. V. Coſſ. { Q. Fabius Vibulanus III. / L. Cornelius Maluginenſis Coſſus } Ol. 80. 3. C. 80. 1. V. F. M.

Ii Consules ambo triumpharunt, Fabius de Æquis & Volscis; Cornelius de Antiatum qui defecerant recepto oppido, quarto idus Maii. Idem Consules censum egerunt, & lustrum fecerunt decimum.

A. M. 3551. Ol. 81. 3. Athenis Archon Ariston.

R. C. 295. 296. C. V. Coss. { C. Nautius Rutilus II. / L. Minucius Augurinus. } Ol. 80. 4. C. 80. 2. V. F, M.

Minucium Consulem ab Æquis obsessum ad Algidum L. Quinctius Cincinnatus, rure ab aratro accersitus & dictator dictus, cum C. Tarquitio Flacco magistro Equitum, quum obsidione liberasset, & Æquorum exercitum sub jugum misisset, Consulatu abdicare coëgit: Ipseque deinde clarissimo triumpho acto idibus Septembris, ultro abdicavit se dictaturâ decimo sexto susceptæ ejus die: ac ad agriculturam rediit. In Minucii vero locum Consulem suffectum Q. Fabium Vibulanum IV. ex præfecto urbis, innuit Livius.

A. M. 3552. Ol. 81. 4. Athenis Archon. Lysicrates.

R. C. 296. 297. F. M. Coss. { C. Horatius Pulvillus. / Q. Minucius Augurinus. } Ol. 81. 1. C. 80. 3. V. F. M.

Iis Coss. & quidem uti refert Livius tertio libro, anno tricesimo sexto (nempe completo) à creatis primis Tribunis plebis, eorum numerus auctus est usque ad denarium.

A. M. 3553. Ol. 82. 1. Athenis Archon Chærephanes. Ita Dionysius sub finem libri 10. Lycus Thessalus Larisæus stadio vicit. Diodoro Siculo hic annus deest.

R. C. 297. 298. F. M. Coss. { M. Valerius Maximus. / Sp. Virginius Tricostus Caelimontanus. } Ol. 81. 2. C. 80. 4. V. F. M.

Iis

Iis Conſulibus Ludos ſeculares primos ex quindecim-virorum ſententiâ factos fuiſſe refert Cenſorinus, libro de die natali: ſed quoto anno Romæ condita adſcripſerit, utrum CCXCIX. quem vetera exemplaria exhibent, an CCXCIIX. an CCXCVII. non liquet; numeri apud eum adeo ſunt corrupti. Jure autem miratur Cuſpinianus, neque Dionyſium horum Lúdorum facere mentionem. Enimvero videtur uterque aliam rationem ſecutus eſſe. Fortaſſe tamen huc ſpectat quod apud Zoſimum legitur de ludis ſecularibus ſecundo & quinquageſimo anno (ſcilicet completo) poſt Romam conditam, pro eo quod ſcriptum fuerit, poſt Rempublicam inſtitutam. Cæterum Athenienſis Archon Chærephanes, cum Conſulibus anni præcedentis, atque adeo omnino annus primus Olympiadis LXXXII. deficit apud Diodorum Siculum ſub finem libri XI. fortè mutilatum & corruptum: unde deinceps ſequentium Magiſtratuum Romanorum, per aliquot annos ratio apud eum turbata eſt, ita tamen ut neutiquam ad Dionyſianum calculum, ſed potius contrariam in partem inclinet. Nam duobus inde ſequentibus annis, adhibitis duobus conſulum paribus, nempe L. Publio Poſthumio & M. Horatio, itemque Lucio Quinctio Cincinnato & M. Fabio Vibulano, quæ nec apud Dionyſium neque Livium, nec uſquam alias inveniuntur, deinceps ſequentium annorum magiſtratus biennio adhuc ſerius quam hactenus, ſtatuuntur.

A. M. 3554. 3. Ol. 82. 2. Athenis Archon Antidotus.

R. C. 298. 299. F. M. Coſſ. { T. Romilius Rocus Vaticanus. / C. Veturius Cicurinus. } Ol. 82. 3. C. 82. 1. V. F. M.

Iis Conſulibus Æqui Tuſculanum depopulati magno prælio victi, caſtriſque exuti ſunt.

A. M. 3555. Ol. 82, 4. Athenis Archon Euthydemus.

R. C.

R. C. 299. 300. C. V. Coss. { Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus. / A. Haterius (sive Æternius) Fontinalis. } Ol. 81. 4. C. 81. 1. V. F. M.

Iis Coss. quum nullus finis turbarum atque contentionum inter plebem Romanam & Patricios appareret, communi consensu missi sunt legati tres in Græciam, nempe Sp. Postumius Albus, A. Manlius Vulso, & Ser. Sulpicius Camerinus: qui inclytas Solonis leges perscriberent, Athenienſiumque & aliarum Græciæ civitatum instituta mores & jura noscerent, eaque Romam deferrent: moderante tunc Atticam Remp. Pericle, utpote Cimone absente in Cypriâ expeditione contra Persas, ac deinde intra annum, ante reditum mortuo, juxta Fabii & nostrum calculum.

A. M. 3556. Ol. 82. 4. Athenis Archon Pedieus.

R. C. 300. 301. C. V. Coss. { Sextus Quinctilius. / P. Horatius Tergeminus. } Ol. 82. 1. C. 81. 3. V. F. M.

Horatii loco apud Livium est Curiatius. Quinctilium vero peste gravissime Romæ sæviente mortuum, & qui ei suffectus fuit, Sp. Furium, refert Dionysius.

A. M. 3557. Ol. 83. 1. Athenis Archon Philiseus. Crison Nimeræus stadio vicit. Dionys. fine l. 10. & initio l. 11. Cujus Olympiadis anno tertio factum tricennale fœdus inter Athenienses & Lacedæmonios, Columnam autem Eliacam testatam refert. Pausanias Eliacorum priore.

R. C. 301. 302. C. V. Coss. { P. Sestius Capitolinus. / T. Menenius Lanatus } Ol. 82. 1. C. 82. 4. V. F. M.

Iis Coss. cessante jam Romæ peste, supplicationes factæ sunt, & ludi, forte seculares secundi juxta Autiatem apud Censorinum, anno CCCII. R. C. scribendo pro CCCV. Iisdem Coss. legati è Græciâ cum legum exemplaribus reversi sunt.

A. M. 3558. Ol. 83. 2. Athenis Archon Timarchides.

R. C. 302. 303. C. V.	Coss.	Appius Claudius Crassinus. / T. Genucius Augurinus.	Ol. 82. 3. C. 82. 1. V. F. M.

Ii Consules designati, habitis solito maturius comitiis, uti scribit Dionysius sub finem libri decimi, consulatum quo die inituri erant, ejurarunt: eodemque die (quem fuisse idus Maias anticipatas constat ex eodem in historiâ alterius inde anni pariter ac Livio, libro tertio) circa quartum mensem naturalem, mutatâ iterum Romanæ civitatis formâ anno trecentesimo altero urbis conditæ, uti refert Livius, (quanquam is videtur intellectum voluisse, completo utiq;) creati sunt Decemviri supremâ potestate, legum ferendarum causâ: in quorum primis ipsi erant designati consules.

A. M. 3558. Ol. 83. 2. R. C. 302. 303. C. V.	Decemviri	A. Claudius Crassinus.	Ol. 82. 3. C. 82. 1. V. F. M. 84. 1. Diod.
		T. Genucius Augurinus.	
		Sp. Veturius Crassus Cicurinus.	
		C. Julius Julus.	
		A. Manlius Vulso.	
		Sp. Postumius Albus Regillensis.	
		Ser. Sulpicius Camerinus.	
		P. Sestius Capitolinus.	
		T. Romilius Rocus Vaticanus.	
		P. Horatius Tergeminus.	

Ii Decemviri (apud Diodorum Siculum relati ad annum primum Olympiadis octogesimæ quartæ) decem tabulas legum Romanarum promulgarunt.

A. M. 3559. Ol. 83. 3. Athenis Archon Callimachus.

R. C. 303. 304. C. V.	Decemviri	A. Claudius Crassinus II.	Ol. 82. 4. C. 82. 2. V. F. M.
		M. Cornelius Maluginensis.	
		L. Minucius Augurinus.	
		T. Antonius Merenda.	
		M. Sergius.	
		Q. Fabius Vibulanus.	
		Manius Rabuleius.	
		Q. Pœtelius Libo Visolus.	Hi tres è plebe.
		Cæso Duilius.	
		Sp. Oppius Cornicen.	

Ii

Ii Decemviri duodecim tabulas legum duabus additis consummarunt.

A. M. 3560. Ol. 83. 4. Athenis Archon Lysimachides.

R. C. 304. 305. C. V. Coss. { Iidem Decemviri. } Ol. 83. i. C. 82. 3. V. F. M.

Eo anno, quum anni præcedentis Decemviri magistratum ultra præstitutum tempus vi continuarent, tyranniceque & libidinosè exercerent; plebe Romanâ, præcipuè propter L. Sicinium Dentatum eorum insidiis obtruncatum, atque filiam L. Virginii Centurionis à patre suâ ipsius manu mactatam, ne libidini Appii Claudii Decemviri eam in servitutem abripientis traderetur, secundam faciente secessionem in Aventinum montem; post abrogatum Decemviratum, & creatos denuo à Pontifice maximo Q. Furio, ut scribit Livius tertio libro, Tribunos plebis, Autumni tempestate, nimirum ineunte mense Octobri (ut apparet ex initio primorum tribunorum militum sexto anno postea) ac naturali octavo, Consules utique denuo creati sunt: nempe anno sexagesimo post exactos reges, uti refert M. Cicero, libro secundo de Finibus. Iis vero gestis annum primum Olympiadis octogesimæ tertiæ, ac secundum sequentibus Consulibus ascribere videtur Dionysius fine decimi libri ac initio undecimi; Decemviratui attribuens integrum triennium; quod etiam, licet à multis haud animadversum, à nonnullis autem contradictum, haud obscurè facit Livius; nimirum iisdem Catone atque Varrone auctoribus: inde uterque quoad numerum annorum Romæ conditæ calculum nostrum biennio excedens, anno autem Olympiadico altero propius eidem accedens. Cæterum Diodorus Siculus tantummodo biennium Decemviris ascribit.

R. C.

R. C. 304. 305. C. V. Coss. { L. Valerius Poplicola Potitus. M. Horatius Barbatus } Ol. 83. 2. C. 82. 4. V. F. M.

Eorum autem Consulum uterque, Valerius de Æquis, idibus Sextilis, Horatius de Sabinis, septimo calendas Septembris, populi jussu sine auctoritate Senatus triumphavit.

A. M. 3561. Ol. 84. 1. Athenis Archon Praxiteles.

R. C. 305. 307. C. V. Coss. { L. Herminius Aquilinus. T. Virginius Tricostus Cælimontanus. } Ol. 83. 3. C. 83 1. V. F. M.

Iis Coss. domi ac foris otium fuit.

A. M. 3562 Ol. 44. 2. Athenis Archon Lysanias.

R. C. 306. 308. C. V. Coss. { M. Geganius Macerinus. C. Julius Julus. } Ol. 83. 4. C. 83. 2. V. F. M.

Ii Coss. plebem, metu delectus faciendi ad Volscorum & Æquorum bellum, à seditione continuerunt.

A. M. 3563. Ol. 84. 3. Athenis Archon Diphilus. Ita Dionysius sub finem libri 11. ac postremi superstitis. Ita etiam Marm. Arund. nisi fortè anno præcedente.

R. C. 307. 309. C. V. Coss. { T. Quinctius Barbat. Capitolinus IV. Agrippa Furius Fusus. } Ol. 84. 1. C. 83. 3. V.

Iis Coss. licet Æquos & Volscos prope ad internecionem cædissent, captis etiam eorum castris, triumphus nec petitus nec oblatus est.

A. M. 3564. Ol. 84. 4. Athenis Archon Timocles.

R. C. 308. 310. C. V. Coss. { M. Genucius Augurinus. C. Curtius Philo. } Ol. 84. 2. C. 83. 4. V.

Pro Curtio alias reperitur. C. Quinctius, alias P. Curiatius: ut etiam pro Genucio alicubi Minucius.

Iis

Iis Coss. Lex à C. Canuleio Tribuno plebis lata est de communicandis plebi connubiis Patriciorum, & de altero consule creando è plebe.

A. M. 3565. Ol. 85. 1. Athenis Archon Myrhichides.

R. C. 309. Tribuni Militum. 311. C. V. { A. Sempronius Atratinus, T. Cloelius Siculus, L. Atilius Longus. } Ol. 84. 3. C. 84. 1. V. F. M.

Ii Tribuni militum consulari potestate primum creati sunt, annisu Patriciorum, ne Consulatus Plebi communicaretur. Atque is annus Livio habetur Romæ conditæ trecentesimus decimus, utique completus: Dionysio autem sub finem libri undecimi, trecentesimus, undecimus ac tertius octogesimæ quartæ Olympiadis: sed Diodoro quartus Olympiadis octogesimæ quintæ. Verum iis Tribunis abdicantibus mense tertio, ut refert Livius, & quidem post septuaginta tres dies, ut Dionysius: idibus Decembris ut intelligitur ex eodem in fine undecimi, circa decimum mensem naturalem, Consules suffecti sunt eodem anno L. Papirius Mugillanus, & L. Sempronius Atratinus. Ii autem Consules non solum apud Diodorum, sed & in priscis annalibus, & libris magistratuum Romanorum plerisque, teste Livio, omissi sunt.

A. M. 3566. Ol. 85. 2. Athenis Archon Glaucides.

R. C. 310. 312. C. V. Coss. { M. Geganius Macerinus II., T. Quinctius Barbat. Capitolinus V. } Ol. 84. 4. 84. 2. V. C.

Iis Coss. creati primi censores L. Papirius Mugillanus & Sempronius Atratinus, qui anno præcedente Consules fuerant, censu peracto Lustrum fecerunt undecimum: annis septemdecim post proximum censum actum, à Q. Fabio & L. Cornelio Consulibus, juxta Dionysium Halicarnassæum in fine undecimi ac postremi librorum ipsius qui supersunt. Cæterum

M. Geganius iterum Conſul de Volſcis ſub jugum miſſis, triumphavit, nonis Septembris: Cloelio eorum duce captivo ante currum triumphalem ducto.

A. M. 3567. Ol. 85. 3. Athenis Archon Theodorus.

R. C. 311 313. C. V. Coſſ. { M. Fabius Vibulanus / Poſtumus Æbulius Helva Cornicen. } Ol. 85. 1. C. 84. 3. V.

Iis Coſſ. Ardea colonia præſidii contra Volſcos cauſâ deducta eſt.

A. M. 3568. Ol. 85. 4. Athenis Archon Euthymenes.

R. C. 312. 314. C. V. Coſſ. { C. Furius Pacilus Fuſus / Manius Papirius Craſſus } Ol. 85. 2. C. 84. 4. V.

Iis Coſſ. res quietæ fuerunt.

A. M. 3569. Ol. 86. 1. Athenis Archon Nauſimachus; Laërtio in vitâ Platonis Lyſimachus; quo natus fuerit ſexennio ante Platonem Iſocrates.

R. C. 313. 315. C. V. Coſſ. { Proculus Geganius Macerinus. / L. Menenius Lanatus. } Ol. 85. 3. C. 85. 1. V.

Iis Coſſ. in ſummâ annonæ caritate, Spurius Mælius regnum affectans, largitione frumentariâ populum ſibi devinxit.

A. M. 3570. Ol. 86. 2. Athenis Archon Antilochides.

R. C. 314. 316. C. V. Coſſ. { T. Quinctius Barbat. Capitolinus VI. / Agrippa Menenius Lanatus. } Ol. 85. 4. C. 85. 2. V.

Iis Coſſ. L. Quinctius Cincinnatus Dictator iterum creatus, C. Servilii ſtructi Ahalæ magiſtri equitum operâ Spurium Mælium affectantem regnum in jus vocavit, & recuſantem venire occidi curavit, plebemque tumultuantem compeſcuit.

A. M.

A. M. 3571. Ol. 86. 3. Athenis Archon Chares.

R. C. 315. Trib. milit. 317. C. V. { Mamercus Æmilius Mamercinus. L. Quinctius Cincinnati Filius. L. Julius Julus. } Ol. 86. 1. C. 85. 3. V. 85. 2. F. M.

Iis Tribunis Fidenates Coloni ad Lartem Tolumnium Veientum regem deficientes legatos Romanorum trucidarunt.

A. M. 3572. Ol. 86. 4. Athenis Archon Apseudes.

R. C. 316. 318. C. V. Coss. { M. Geganius Macerinus III. L. Sergius Fidenas. } Ol. 86. 2. C. 85. 4. V.

Sergius Consul à devictis Fidenatibus, quanquam victoriâ non incruentâ, cognomen adeptus est. Iisdem vero Coss. Mamercus Æmilius Mamercinus Dictator dictus, cum L. Quinctio Cincinnati filio magistro equitum, de iisdem Fidenatibus cum Veientibus & Faliscis devictis triumphavit idibus septembris. Refert autem Livius libro quarto omnes veteres auctores asserere Tolumnium regem ab A. Cornelio Cosso Tribuno militari, eodem prælio occisum esse.

A. M. 3573. Ol. 87. 1. Athenis Archon Pythodorus.

R. C. 317. 319. C. V. Coss. { M. Cornelius Maluginensis. L. Papirius Crassus. } Ol. 86. 3. C. 86. 1. V.

Iis Coss. exercitu in agrum Veientem & Faliscum ducto, non comparente hoste pestis obsidiones urbium impedivit. Sub exitum Archontis Pythodori initium belli Peloponesiaci statuit Thucyd. l. 2.

A. M. 3574. Ol. 87. 2. Athenis Archon Euthydemus.

R. C. 318. 320. C. V. Coss. { C. Julius Julus II. L. Virginius Tricostus. } Ol. 86. 4. C. 86. 2. V.

Ineunte vere ejus anni sub finem magistratus Pythodori

thodori, cœptum bellum Peloponesiacum, notat Thucydides initio libri secundi.

Iis Coss. Q. Servilius Priscus, Dictator creatus, cum Postumo Æbutio Helvâ Cornicine equitum, Fidenatum urbem cepit, atque ipse Fidenas cognominatus est.

Isdem Coss. Censores C. Furius Pacilus Fusus, & M. Geganius Macerinus lustrum fecerunt XII.

A. M. 3575. Ol. 87. 3. Athenis Archon Apollodorus. Eo Archonte natus est Plato, juxta Athenæum.

R. C. 319. 321. A. C. V. Coss. { L. Julius Julus III. / L. Virginius Tricostus II. } Refecti juxta quosdam.

Juxta alios M. Manlius & Q. Sulpicius Consules.

Juxta alios Tribuni Mil. Eodem anno. { M. Manlius. / Q. Sulpicius Prætextatus. / Ser. Cornelius Cossus } Ol. 87. 1. C. 86. 3. V. 86. 2. F. M.

Unicum vero annum tantummodo illis sive Coss, vel iisdem atq; anni præcedentis vel aliis, sive Tribunis militum, competere liquet è calculis ipsorum Dionysii atque Livii. Iis vero Coss. sive Tr. M. Mamercus Æmilius Mamercinus Dictator iterum dictus cum A. Postumio Tuberto Magistro Equitum, metu belli Etrusci quod nullum extitit. Censuræ tempus ex quinquennali contraxit ad sesquiannale; ob eamque causam ipse dictaturâ exeuns à Censoribus tribu motus est.

A. M. 3576. Ol. 7. 4. Athenis Archon Epaminondas vel Ayminas juxta Laertium in Platonis vitâ, referentem tunc natum esse ipsum, verum Athenæo dicitur Epameinon, quo etiam mortuus fuerit Pericles.

R. C. 320. 322. A. C. V. Trib. Mil. { M. Fabius Vibulanus / M. Fossius Flaccinator. / L. Sergius Fidenas. } Ol. 87. 2. C. 86. 4. V. 86. 3. F. M.

Iis Trib. pestis rursum in urbe sæviens aliarum rerum otium fecit.

A.

A. M. 3577. Ol. 88. 1 Athenis Archon Diotimus.

R. C. 321. Trib. Mil. 323. C. V. { L. Pinarius Rufus Mamercinus. / L. Furius Medullinus. / Sp. Postumius Albus Regillensis. } Ol. 87. 3. C. 87. 1. V. 86. 4. F. M.

Iis Trib. tantum rumor belli ab Etruscis, Volscis, & Æquis fuit.

A. M. 3578. Ol. 88. 2. Athenis Archon Euclides, sive Euclees.

R. C. 322. 324. C. V. Coss. { T. Quinctius Pennus Cincinnatus. / C. Julius Mento: } Ol. 87. 4. C. 87. 2. V.

Iis Coss. (quùm A. Cornelius esset Pontifex maximus, uti refert Livius libro quarto) vel Tribunis militum præcedentibus juxtà Diodorum, A. Postumius Tubertus Dictator creatus cum L. Julio Julo magistro Equitum, postquam filium suum, quod suo injussu cum hoste pugnasset, tametsi victorem, securi percussérat: De Æquis & Volscis ad Algidum cæsis triumphavit, decimò quarto calendas Quintiles.

A. M. 3579. Ol. 88. 3. Athenis Archon Euthydemus vel Scythodorus.

R. C. 323. 325. F. M. Coss. { C. Papirius Crassus. / L. Julius Julus. } Ol. 88. 1. C. 87. 3. V.

Iis Coss. Æquis inducias petentibus, otium undiq; Romanis fuit.

A. M. 3580. 3. Ol. 88. 4. Athenis Archon Stratocles.

R. C. 324. 326. C. V. Coss. { L. Sergius Fidenas II. / Hostus Lucretius Tricipitinus } Ol. 88. 2. C. 87. 4. V.

Iis Coss. nihil dignum memoriâ actum.

A. M. 3581. Ol. 89. 1. Athenis Archon Isarchus, vel Hipparchus. Diodorus.

R. C. 325. 327. C. V. Coſſ. { T. Quinctius Pennus Cincinnatus II. / A. Cornelius Coſſus. } Ol. 88. 3. C. 88. 1. V.

Is eſt A. Cornelius Coſſus, qui (incertum an conſul, an decimo ſeptimo anno, ut legitur apud Livium) anno antea Tribunus militaris (an tertio poſtea Tribunus militum Conſulari poteſtate, atque magiſter Equitum ex eo,) ſecunda à Rege Romulo opima ſpolia tulit de occiſo ad Fidenas Larte Tolumnio Veientum rege.

A M. 3582. Ol. 89. 2. Athenis Archon Amynias. Laertius in vitâ Platonis vocat Ἀμυνίαν, (quem tunc natum refert & Periclem mortuum) videtur & referre Amyniam ad 88. Olympiadem.

R. C. 326. 328. C. V. Coſſ. { L. Papirius Mugillanus II. / C. Servilius Structus Ahala. } Ol. 88. 4. C. 88. 2. V.

Iis Coſſ. apud Diodorum præponuntur L. Quinctius & A. Sempronius, relati ad annum primum nonageſimæ Olympiadis: qui apud alios, atque etiam iterum apud ipſum poſtponuntur ſequentibus Tribunis militum, & ipſi Tribuni militum.

A. M. 3583. Ol. 89. 3. Athenis Archon Alcæus: quo induciæ factæ inter Athenienſes & Peloponeſenſes: Thuc. l. 5. nempe vere deſinentis magiſtratus ejus, integro decennio poſt initium belli Peloponeſiaci.

R. C. 327. 329. C. V. Trib. Mil. { T. Quinctius Pennus Cincinnatus / C. Furius Pacilus / M. Poſtumius Albus Regillenſis. / A. Cornelius Coſſus. } Ol. 89. 1. C. 88. 3. V. 88. 2. F. M.

Quum ob Tribunorum diſſidium male pugnatum eſſet apud Veios, amiſſis etiam caſtris: Mamercus Æmilius Mamercinus Dictator tertium dictus, cum A. Cornelio Coſſo Magiſtro Equitum, de Veientibus & Fidenatibus, inſigni prælio devictis, ſimulque captis

captis eorum & castris & urbe, iterum triumphavit.

A. M. 3584. Ol. 89. 4. Athenis Archon Arstion. 157. 449 ante Evangelium.

R. C. 328. 330. C. V. Trib. Mil.	A. Sempronius Atratinus. L. Furius Medullinus II. L. Quinctius Cincinnati. F. II. L. Horatius Barbatus.	}	Ol. 89. 2. C. 88. 4. V. 88. 3. F. M.

Iis Tribunis Veientibus in annos viginti, Fidenatibus in triennium concessæ induciæ.

A. M. 3585. Ol. 90. 1. Athenis Archon Aristophilus, ut Athenæus. l. 5. M. A. Assyphilus eodem anno vel præcedente.

R. C. 329. 331. C. V. Tribuni mil.	A. Claudius Crassinus Regillensis. Sp. Nautius Rutilus. L. Sergius Fidenas II. Sex Julius Julus.	}	Ol. 89. 3. C. 89. 1. V. 88. 4. F. M.

Iis Tribunis Censores, incertum qui, existimantur lustrum fecisse XIII.

A. M. 3586. Ol. 90. 2. Athenis Archon Archias.

R. C. 330. 332. C. V. Coss.	C. Sempronius Atratinus. Q. Fabius Vibulanus.	}	Ol. 89. 4. C. 89. 1. V.

Ii Consules (quos magistratum iniviisse idibus Decembris testatur Livius libro quarto,) & sequentes deinceps magistratus Romani, per quinquennium prætermissi sunt apud Diodorum, initio libri decimi tertii. Sempronius vero Consul cum Volscis ad Verruginem pugnavit parum prosperé.

A. M. 3587 Ol. 90. 3. Athenis Archon Antiphon.

R. C. 331. 333 C. V. Tribuni mil.	L. Manlius Vulso Capitolinus. Q. Antonius Merenda. L. Papirius Mugillanus. L. Servilius Structus.	}	Ol. 90. 1. C. 89. 3. V. 89. 2. F. M.

Iis Tribunis Sempronius præcedentis anni Conſul, ob rem Romanam ſuâ temeritate ad Verruginem in diſcrimen adductam, reus factus eſt.

A. M. 3588. Ol. 90. 4. Athenis Archon Euphæmus, decimus quartus ab Apollodoro juxta Athenæum.

R. C. 332. 334. C. V. Coſſ. { T. Quinctius Capitolinus Barbatus. / Numerius Fabius Vibulanus. } Ol. 90. 2. C. 89. 4. V.

Numerius Fabius Conſul de Æquis acie fuſis ovans urbem ingreſſus eſt. Eodem anno ortæ ſunt contentiones de duplicando Quæſtorum numero.

A. M. 3589. Ol. 91. 1. Athenis Archon Ariſtomneſtus.

R. C. 333. 335. C. V. Tribuni Mil. { T. Quinctius Pennus Cincinnatus II. / M. Manlius Capitolinus. / L. Furius Medullinus III. / A. Sempronius Atratinus II. } Ol. 90. 3. C. 90. 1. V. 89. 4. F. M.

Eos Tribunos poſt majorem anni partem certaminibus extractam creatos refert Livius: quemadmodum obſervavit Glareanus, ac poſt eum Sigonius, & alii: ſed neque hi, neque ille auſi iſtic annum inſerere, propter refragantes & Faſtorum Marmoreorum atque alias ipſius Livii rationes. Porro eodem anno Quæſtores primum quatuor creati ſunt, duo urbani, & duo militares, ſive provinciales.

A. M. 3590. Ol. 91. 2. Athenis Archon Chabrias.

R. C. 334. 336. C. V. Tribuni Mil. { Agrippa Menenius Lanatus. / Sp. Nautius Rutilus. / P. Lucretius Tricipitinus. / C. Servius Axilla. } Ol. 90. 4. C. 90. 2. V. 91. F. M.

Iis Tribunis ſervorum de urbe incendenda atque occupanda conjuratio detecta eſt.

A. M. 3591 Ol. 91. 3. Athenis Archon Piſander.

R. C. 335. Tribuni Mil. 337. C. V. { M. Papirius Mugillanus. / C. Servilius Axilla II. / L. Sergius Fidenas III. } Ol. 91. 1. C. 90. 3. V. 90. 2. F. M.

Ii Tribuni apud Diodorum initio libri decimi tertii, omissis proximi anni Magistratibus, referuntur ad annum secundum Olympiadis nonagesimæ primæ, qui juxta Fabianum, & nostrum calculum conveniunt tertio ejusdem: ita ut istic & deinceps usque ad tempus captæ à Gallis Romæ, calculus Diodori per totos decimum tertium ac decimum quartum libros antevertat nostrum uno anno, qui antea triennio, ac demum quadriennio sequebatur. Iisdem vero Tribunis re malè gestâ contra Æquos ad Algidum, Dictator iterum creatus Q. Servilius Priscus Fidenas, cum C. Servilio Axilla (vel juxta Livium filio ipsius Dictatoris) Magistro Equitum, hostes uno prælio fusos, castris captis, Lanicos usque persequutus, una oppidum expugnavit; ac Romam redeuns, Dictaturâ octavo susceptæ ejus die abdicavit. Porro iisdem Tribunis, Censores L. Papirius Crassus, sive Mugillanus, & Mamercus Æmilius Mamercinus, seu quis fuit alter, ex Fastorum Marmoreorum fragmentis colliguntur Lustrum fecisse XIII. Cæterum eo tempore Sp. Minucius Augurinus fuit Pontifex Maximus, ut colligit Onuphrius è Livio, collato cum Plutarcho, libro de capienda utilitate ab inimicis.

A. M. 3592. Ol. 91. 4. Athenis Archon Cleocritus. Clearchus Plutarcho in Lysiâ.

R. C. 336. 338. C. V. Tribuni Mil.	P. Lucretius Tricipitinus II. L. Servilius Structus II. Agrippa Menenius Lanatus. Sp. Veturius Crassus Cicurinus.	Ol. 91. 2. C. 90 4. V. 90. 3. F.M.

Rebus externis quietis domi discordia ex Agrariis legibus fuit.

A. M. 3593. Ol. 92. 1. Athenis Archon Callias.

R. C. 337. 339. C. V. Tribuni Mil.	A. Sempronius Atratinus III. M. Papirius Mugillanus. II. Q. Fabius Vibulanus Sp. Nautius Rutilus.	Ol. 91. 3. C. 91. 1. V. 90. 4. F. M.

Adhuc

Adhuc otium á bellis: domi autem turbæ de legibus Agrariis.

A. M. 3594. Ol. 92. 2. Athenis Archon Theopompus. Anno ante Ev. 439. Thucyd. an. 100. libertatis Athen.

R. C. 338. 340. C. V. Tribuni mil.	P. Cornelius Cossus.	Ol. 91. 4. C. 91. 1. V. 91. 1. F. M.	
	T. Quinctius Cincinnatus.		
	C. Valerius Potitus Volusus		
	Numerius Fabius Vibulanus.		

Æqui Volani Lanicanis novis colonis Romanorum arma inferentes, oppido suo capto, & finibus suis exterminati sunt.

A. M. 3595. Ol. 92. 3. Athenis Archon Glaucippus.

R. C. 339. 341. C. V. Tribuni mil.	Q. Fabius Vibulanus II.	Ol. 92. 1. C. 91. 3. V. 91. 2. F. M.	
	Cn. Cornelius Cossus.		
	P. Postumius Albus Regillensis.		
	L. Valerius Potitus.		

Postumius oppido Volarum, quod Æqui recuperarunt, denuo recepto, ob non concessam militibus suis prædam promissam, ab iis in seditione interfectus est.

A. M. 3596. Ol. 92. 4. Athenis Archon Diocles. M. A. Euctemon anno utique translato pro numero Epochæ 145. 437. ante Evangelium.

R. C. 340. 342. C. V. Coss.	M. Cornelius Cossus.	Ol. 92. 2. C. 91. 4. V.	
	L. Furius Medullinus.		

Furius Consul Ferentinum Volscorum oppidum occupavit.

A. M. 3597. Ol. 93. 1. Athenis Archon Euctemon. Xenophon lib. 1. Hellenicorum. M. A. Antigenes 1. anno citius utiq; translato anno Epochæ ΗΔΔΔΔΠΙΙ corruptoq; ΗΔΔΔΔΙΙΙΙ 436. ante Evang.

R. C.

R. C. 341. 343. C. V. Coss. { Q. Fabius Ambustus. / C. Furius Pacilus. } Ol. 92. 3. C. 92. 1. V.

Iis Coss. Censores utique incertum qui, existimantur Lustrum feciſſe XV.

A. M. 3598. Ol. 93. 2. Athenis Archon Antigenes. Xen. l. 1. Hellen. Ita etiam M. A. Callias 1. an. citius ΗΔΔΔΔΙΙΙ 143. 435. ante Evang.

R. C. 342. 344. C. V. Coss. { M. Papirius Mugillanus. / C. Nautius Rutilus. } Ol. 92. 4. C. 92. 2. V.

Eo proximo biennio vehementer peſte & fame, præſertim vero hoc anno fame, Romæ laboratum eſt.

A. M. 3599. Ol. 93. 3. Athenis Archon Callias. Xenophon l. 1. Hellen. Dionyſius Senior Siciliæ Tyrannus Diodoro, at Xenophonti anno ſequente Alexiæ. Marm. biennio ante Archonte Euctemone Dionyſius ferè initio libri 7. ſuffragatur Diodoro.

R. C. 343. 345. C. V. Coss. { Mamercus Æmilius Mamercinus / C. Valerius Potitus Voluſus. } Ol. 93. 1. C. 92. 3. V.

Valerius Conſul recepta arce Carventanâ de Æquis ovans urbem ingreſſus eſt.

A. M. 3600. Ol. 93. 4. Athenis Archon Alexias Xen. lib. 2. Hellen.

R. C. 344. 346. C. V. Coss. { Cn. Cornelius Coſſus. / L. Furius Medullinus II. } Ol. 93. 2. C. 92. 4. V.

Iis Coss. amiſſa denuo Carnentana arce, Verrugo à Volſcis recepta eſt. Iiſdem Coss. Quæſtores primum ex plebe creati ſunt.

A. M. 3601. Ol. 94. 1. Athenis Archon Pythodoras: ſive Anarchia. Xen. l. 2. Hellen. 432. ante Evangelium.

R. C

R. C. 345. 347. C. V. Coſſ. { C. Julius Julus, P. Cornelius Coſſus, C. Servilius Ahala. } Ol. 93 3. C. 93 1. V. 92. 4. F. M.

Eo anno P. Cornelius Rutilus Coſſus Dictator dictus, cum C. Servilio Ahala Magiſtro Equitum, bello gerendo contra Volſcos, & Æquos, eorum levi prælio profligatorum agros depopulatus eſt.

A. M. 3602. Ol. 94. 2. Athenis Archon Euclides. Marm. Arund. Micon 1. anno citius. 139. 431. ante Evangelium.

R. C. 346. 348. C. V. Tribuni mil. { C. Valerius Potitus Voluſus II., C. Servilius Ahala II., L. Fuvius Medullinus., Numerius Fabius Vibulanus II. } Ol. 93. 4. C. 93. 2. V. 93. 1. F. M.

Eo anno clades accepta eſt in Volſcis, amiſſo Verruginis præſidio.

A. M. 3603. Ol. 94. 3. Athenis Archon Mycion.

R. C. 347. 349. C. V. Tribuni mil. { P. Cornelius Rutilus Coſſus, L. Valerius Potitus II., Cn. Cornelius Coſſus., Numerius Fabius Ambuſtus. } Ol. 94. 1. C. 93. 3. V. 93. 2. F. M.

Iis tribun. indicto Veientibus bello, Vicennalium induciarum exitu, ſtipendia militibus Romanis primum ex publico decreta ſunt; quum antea quiſque de ſuo militaſſet.

A. M. 3604. Ol. 94. 4. Athenis Archon Exænetus, vel Xenætus Laertio in vita Xenophontis; quando hic aſcendit cum Cyro, anno ante Socratis mortem. Marm. Arund. Laches 1. an. citius. 137. 429. ante Evang.

R. C. 348. 350. C. V. Tribuni mil. { C. Julius Julius II., Manius Æmilius Mamercinus., T. Quinctius Capitolinus Barbatus., L. Furius Medullinus II., Q. Quinctius Cincinnatus., A. Manlius Vulſo Capitolinus } Ol. 94. 2. C. 93. 4. V. 93. 3. F. M.

Eo

Eo primum anno creati sunt sex Tribuni militum, quò cæpta est decennalis obsidio urbis Veiorum.

A. M. 3605. Ol. 95. 1. Athenis Archon Laches.

R. C. 349. 351. C. V. Tribuni mil.	P. Cornelius Maluginensis Sp. Nautius Rutilus III Cn. Cornelius Cossus II C. Valerius Potitus Voluſus III Cæso Fabius Ambustus Manius Sergius Fidenas	Ol. 94. 3. C. 94. 1. V. 93. 4. F. M.

Volscis prælio victis, Artena urbs eorum capta est, & diruta.

A. M. 3606. Ol. 95. 2. Athenis Archon Aristocrates. Ita etiam Marm. Arund. 135. 427. ante Evang.

R. C. 350. 352. C. V. Tribuni mil.	Manius Æmilius Mamercinus II M. Furius Fusus Ap. Claudius Crassinus Regillensis L. Julius Julus. M. Quinctilius Varus L. Valerius Potitus III.	Ol. 94. 4. C. 94. 2, V. 94. 1. F. M.

Istic octo Tribuni Militum recensentur apud Livium initio libri quinti: sed eorum duo, M. Furius Camillus & Marc. Postumius Albinus Regillensis potius Censores fuisse existimantur, (è Fastorum Marmoreorum fragmentis Plutarcho, & Valerio Maximo) qui Lustrum fecerunt XVI. Eodem anno equites Romani primum equis merere stipendia cœperunt.

A. M. 3607. Ol. 95. 3. Athenis Archon Ithycles.

R. C. 351. 353. C. V. Tribuni mil.	C. Servilius Ahala III. Q. Sulpicius Camerinus Cornutus Q. Servilius Priscus Fidenas A. Manlius Vulso Capitolinus II L. Virginius Tricostus Cælimontanus. Manius Sergius Fidenas. II	Ol. 95. 1. C. 94. 3. V. 94. 2. F. M.

Iis Tribunis neglectum Anxuri præsidium à Volscis oppressum est. Et quum Verginii, & Sergii discordiâ

res male gesta esset ad Veios, Sergii castris expugnatis, iidem Tribuni ante exactum annum Magistratu abdicare coacti sunt, uti refert Livius libro quinto.

A. M. 3608. Ol. 95. 4. Athenis Archon Lysiades.

R. C. 352. 354. C. V. Tribuni mil.
- L. Valerius Potitus IV.
- L. Julius Julus.
- M. Furius Camillus.
- Manius Æmilius Mamercinus III.
- Cn. Cornelius Cossus II.
- Cæso Fabius Ambustus II.

Ol. 95. 2. C. 944. V. 94. 3. F. M.

Ii Tribuni militum, & deinde sequentes, Magistratum iniverunt Kalendis Octobris anticipatis, ut refert Livius libro quinto, circa octavum mensem naturalem, quum à primis Tribunis militum eousque, idus Decembris solennis ineundo Magistratui dies fuisset: eo autem anno multiplici bello distractis Romanis, Tribuni alii alio, in Falisços, Capenates, Anxur Volscorum, Veios missi sunt.

A. M. 3609. Ol. 96. 1. Athenis Archon Phormio.

R. C. 353. 355. C. V. Tribuni mil.
- P. Licinius Calvus: primus è plebe
- P. Mælius Capitolinus
- P. Mænius.
- Sp. Furius Medullinus
- L. Titinius.
- L. Publilius Philo Vulscus.

Ol. 95. 3. C. 95. 1. V. 94. 4. F. M.

Eo anno primum ex Plebe Tribunum Militum P. Licinium Calvum creatum esse refert Livius libro quinto: quod apud eundem libro sexto, quatuor, & quadraginta annis à creatis primis Tribunis Militum factum fuisse asseritur, idque calculo à nobis exposito ad amussim quadrat: eodem anno Anxur in Volsca receptum est.

A. M. 3610. Ol. 96. 2. Athenis Archon Diaphantus. Eodem Archonte & anno 2. Olympiadis 96. qua Eupolemus Eleus stadio vicit, Tegeatum Templum

plum antiquum Alcæ Minervæ igne consumptum refert Pausanias Arcadicis, sive libro 8.

R. C. 354. 356. C. V. Tribuni mil.	C. Duilius. L. Atilius Longus. Cn. Genucius Aventinensis. M. Veturius Crassus Cicurinus. M. Pomponius. Volero Publilius Philo.	Ol. 95. 4. C. 95. 2. V. 95. 1. F. M.

Iis Tribunis peste Romæ sæviente, à Duumviris sacrorum, consultis libris Sibyllinis, primum Lectisternium indictum, factumque est.

A. M. 3611. Ol. 96. 3. Athenis Archon Eubulides.

R. C. 355. 357. C. V. Tribuni mil.	L. Valerius Potitus V. L. Furius Medullinus III M. Valerius Maximus M. Furius Camillus II Q. Servilius Priscus Fidenas II Q. Sulpicius Camerinus Cornutus II	Ol. 96. 1. C. 95. 3. V. 95. 2. F. M.

Iis Tribunis Censores itidem, incertum qui, existimantur Lustrum fecisse XVII.

A. M. 3612 Ol. 96. 4. Athenis Archon Demostratus.

R. C. 356. 358. C. V. Tribuni mil.	L. Julius Julus II L. Furius Medullinus IV. L. Sergius Fidenas A. Postumius Albinus Regillensis A. Manlius Vulso Capitolinus III P. Cornelius Maluginensis II	Ol. 96 2. C. 95. 4. V. 95. 3. F. M.

Iis Tribunis, quod ex responso oraculi Delphici de prodigioso tumore lacus Albani vitio facti crederentur, abdicantibus, Interreges tres L. Valerius Q. Servilius, & M. Furius Camillus annum exegerunt.

A. M. 3613. Ol. 97. 1. Athenis Archon Philocles.

R. C. 357. 359. C. V. Tribuni mil.	P. Licinius Calvi filius L. Titinius II L. Atilius Longus II P. Mœnius II P. Mælius Capitolinus II Cn. Genucius Aventinensis II	Ol. 96. 3. C. 96. 1. V. 95. 4. F. M.

Genucio Tribuno occiso in prælio contra Falisco & Capenates, M. Furius Camillus Dictator creatus, cum P. Cornelio Scipione Magistro Equitum, illos acie victos castris exuit. Inde autem Veios majore vi adortus, tandem post decennalem obsidionem, urbem munitissimam opulentissimamque cepit: ac de capta præclarum ad invidiam usque triumphum egit.

A. M. 3614. Ol. 97. 2. — Athenis Archon Nicoteles.

R. C. 358. 360. C. V. Tribuni mil.	P. Cornelius Cossus. P. Cornelius Scipio M Valerius Maximus II Cæso Fabius Ambustus III L. Furius Medullinus V Quinctius Servilius Priscus Fidenas III	Ol. 96. 4. C. 96. 2. V. 96. 1. F. M.

Duo Cornelii Tribuni Falisco, Valerius autem & Servilius Capenas bellum administrarunt.

A. M. 3615. Ol. 97. 3. — Athenis Archon Demostratus.

R. C. 359. 361. C. V. Tribuni mil.	M. Furius Camillus III. L. Furius Medullinus VI. C. Æmilius Mamercinus. Sp. Postumius Albinus Regillensis. P. Cornelius Scipio II. L. Valerius Potitus Poplicola.	Ol. 97. 1. C. 96. 3. V. 96. 2. F. M.

Camillus tertium Tribunus Militum, Falisco obsidens remisso iis pædagogo proditore, justitiæ suæ admiratione ipsos ad deditionem voluntariam adegit.

A. M. 3616 Ol. 97. 4. — Athenis Archon Antipater.

R. C. 360. 362 C. V.	Coss.	L. Lucretius Flavus. Ser. Sulpicius Camerinus	Ol. 97. 2. C. 96. 4. V.

Eos Coss. post annum decimum quintum à proximè præcedentibus creatos annotat Livius: nimirum quum per interjectos quindecim annos continuos fuissent Tribuni Militum. Consul autem Lucretius Æquos prælio vicit.

A. M.

A. M. 3617. Ol. 98. 1. Athenis Archon Pyrgion, sive Pyrrhio, juxta Dionysium libro primo.

R. C. 361. 363. C. V. Coss. { L. Valerius Potitus, M. Manlius Capitolinus } Ol. 97. 3. C. 97. 1. V.

Ii Coss. de Æquis devictis Valerius triumphavit, ovavit Manlius. Iisdem Coss. Censum peractum, & Lustrum conditum fuisse, anno centesimo undevicesimo post ejectos reges, refert Dionysius Halicarnasseus sub finem libri primi. Enimvero Censores in C. Julii Juli demortui locum surrogati M. Cornelius Maluginensis, & L. Papirius Cursor, Lustrum fecerunt XVIII. Fame vero & pestilentiâ Romæ grassante, ipsisque Consulibus morbo implicitis, placuit per interregnum renovari auspicia. Itaque ex Senatusconsulto Consules Magistratu se abdicarunt, uti scribit Livius, libro quinto.

A. M. 3618. Ol. 98. 2. Athenis Archon Theodotus.

R. C. 362. 364. C. V. Tribuni mil. { L. Lucretius Flavus. Ser. Sulpicius Camerinus M. Æmilius Mamercinus L. Furius Medullinus VII Agrippa Furius Fusus C. Æmilius Mamercinus II } Ol. 97. 4. C. 97. 2. V. 97. F. M.

Ii & sequentes, Magistratum occepere Kalendis Quinctilis, uti refert Livius, circa mensem naturalem quintum. Iisdem Tribunis Camillus reus factus tanquam ob prædam Veientanam inique divisam, abiit in exilium. Porro autem Clusini Hetrusci à Gallis Senonibus, factâ in Italiam expeditione Hetruriam invadentibus obsessi, per legatos auxilium à Romanis petiverunt. Quâ occasione legati à Romanis ad Gallos missi accepto responso ferociore, cum Clusinis contra jus gentium adversum eos prælium commiserunt: eodem anno quo Antalcidæ Lacedæmonii legatione celebris illa pax inter Persicum Imperatorem &

Græcos conciliata eſt, & quo Dionyſius Senior Siciliæ Rex Rhegium in Italiâ obſedit: uti refert Diodorus Siculus, in fine libri decimiquarti, poſt Polybium, ferè initio libro primi. Verba Polybii ſunt. Ἔτος μὲν ἐνεστήκει, μήτε μὲν τὸν τῶ Λιγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν συνεπηκολουθηκότι, ἀφ' ἧς τὸ λοιπὸν τοῖς μάχης ἐκκειμένοις, ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὴν ὑπ' Ἀπελλίδου γενομένην εἰρήνην ἀφῆκαν; Βασιλέα δὲ Περσῶν ἐκύρωσαν— Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτὴν τὴν Ῥώμην κατέσχον πόλιν ἔτη Καπιτωλίου. Secundum quem Strabo ſub finem libri ſexti: ἐγένετο δὲ τοῦτο ὡς φησι Πολύβιος ἔτει συνεπακολουθήσαντι μήτε τὴν τῶ Λιγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν καὶ τὴν ὑπ' Ἀπελλίδου γενομένην εἰρήνην... Idem Trogus Juſtini l. 6. Hic annus non eo tantum inſignis fuit, quod repente pax totâ Græcia facta eſt, ſed etiam quod eodem tempore urbs Romana à Gallis capta eſt.

A. M. 3619. Ol. 98. 3. Athenis Archon Myſtichides.

R. C. 363. 365. Cos. V. Tribuni Mil.	Q. Fabius Ambuſtus Cæſo Fabius Ambuſtus C. Fabius Ambuſtus Q. Sulpicius Longus Q. Servilius Priſcus Fidenas IV Ser. Cornelius Maluginenſis	Ol. 98. 1. C. 97. 5 V. 97. 2. F. M.

Iis Tribunis (quorum tres Fabii paulo ante legati ad Gallos honorem illum acceperant tanquam præmium violati juris gentium) urbs Roma excepto Capitolio à Gallis Senonibus, fugato & profligato Romano exercitu ad Alliam, capta eſt, medio menſe Quinctili, labente anno centeſimo decimo nono poſt exactos reges, neutiquam centeſimo viceſimo primo exactis centum & viginti, ut initio hiſtoriæ ſuæ ſtatuit Dionyſius Halicarnaſſeus, ex interjectis totidem Syzygiis annuorum Magiſtratuum, non ſatis conſiderata temporis anticipatione ſubinde factâ initiis & exitibus ipſorum. Quum autem illius calculus eundem annum faciat CCCLXV. ab urbe condita Livius in fine libri quinti, ex ſuâ quidem ſententiâ neutiquam affirmat; ſed ſub aliorum perſonis duos extremos annorum

norum calculos ponit, nempe CCCLXV. & CCCLX. ad quorum minorem inclinare videtur Plutarchus in Camillo, auctoribus forsan Gellio & Cassio Hemina, qui teste Macrobio, Saturnaliorum libro primo, capite decimo sexto ipsum statuerunt CCCLXII. utpote deinceps insequentem CCCLXIII. Plinius verò libro tricesimo tertio capite primo, eundem numeravit CCCLXIV. at calculus noster istic cum Fastis Marmoreis medium feriens statuit CCCLXIII. Quod vero asserit Dionysius in confesso fuisse apud omnes ferè, celtarum expeditionem, quâ Roma capta est, factam fuisse anno primo Olympiadis nonagesimæ octavæ: id ex nullo actorum qui hodiè extant satis constat. Nam Polybius & Diodorus videntur referre ipsam ad annum secundum ejusdem Olympiadis, dubium sanè utrum ineuntem aut finientem, siquidem finientem nostris rationibus jam planè conveniunt; sin autem, & in sequentibus, ut infra declarabitur, ad nostras redeunt. Atqui juxtà Varronem Roma capta esset anno tertio, ac juxta Fastos Marmoreos, secundo Olympiadis præcedentis. Cæterum Româ captâ, M. Furius Camillus, tunc apud Ardeates exulans, Dictator iterum dictus, cum L. Valerio Potito Magistro Equitum, Gallos medio mense Februario post septemmestrem urbis possessionem expulit, & ad octavum usque lapidem persecutus occidione occidit: rediitq; Romam de iis triumphans iterum, Romulus à militibus, & pater patriæ, atque alter urbis Conditor salutatus. Deinde autem coactus est Dictaturam continuare ad circumactum usque annum; id est, ad proxime sequentes Kalendas Quinctiles, ut clarè significat Livius initio libri sexti; non per totum annum deinde insequentem, quemadmodum post Haloandrum, refragantibus Glareano, Sigonio, Onuphrio, & Marliano, statuit Goltzius, & contendit Pighius. Porro autem eo tempore Pontifex Maximus

mus fuit M. Fabius Ambuſtus, nempe pater trium Fabiorum Tribunorum, ut refert Livius quinto libro.

A. M. 3620. Ol. 98. 4. Athenis Archon Dexitheus.

R. C. 364. 366. C. V. Tribuni mil.
- L. Valerius Potitus Poplicola II
- L. Virginius Tricoſtus
- P. Cornelius
- A. Manlius Capitolinus
- L. Æmilius Mamercinus
- L. Poſtumius Albinus Regillenſis

Ol. 198. 2. C. 97. 4. V. 97. 3. F. M.

Apud Diodorum Siculum, poſt captam Romam, initio libri decimi quinti, per annos quinque, repetuntur paulum immutatis nominibus iidem Magiſtratus Romanorum, qui proximo quinquennio ante urbem captam ordinati ſunt. Unde apud ipſum modo nominati Tribuni relati ſunt ad annum quartum Olympiadis nonageſimæ nonæ, rurſum quadriennio poſterius quam à nobis. Iiſdem vero Tribun. M. Furius Camillus Dictator tertium dictus, cum C. Servilio Ahalâ Magiſtro Equitum, tertium egit triumphum de Volſcis, Æquis, & Etruſcis.

A. M. 3621. Ol. 99. 1. Athenis Archon Diotrephes.

R. C. 365. 367. C. V. Tribuni mil.
- T. Quinctius Cincinnatus.
- Q. Servilius Priſcus Fidenas V.
- L. Julius Julus.
- L. Aquilius Corvus
- L. Lucretius Tricipitinus
- Ser. Sulpicius Rufus

Ol. 98. 3. C. 98. 1. V. 97. 2. F. M.

Iis Tribun. Tarquinienſes Etruſci ſubacti ſunt, & Capitolium Romæ quadrato ſaxo ſubſtructum.

A. M. 3622. Ol. 99. 2. Athenis Archon Phanoſtratus.

R. C. 366. 368. C. V. Tribuni mil.
- L. Papirius Curſor
- C. Sergius Fidenas
- L. Æmilius Mamercinus II
- L. Menenius Lanatus
- L. Valerius Potitus Poplicola III
- C. Cornelius Coſſus

Iis

Iis Tribunis Tribus novis quatuor auctæ sunt ad numerum triginta quinque.

A. M. 3623. Ol. 99. 3. Athenis Archon Evander, vel Menander.

R. C. 367. 369. C. V. Trib. mil.
- M. Furius Camillus IV.
- Ser. Cornelius Maluginensis II
- Q. Servilius Priscus Fidenas VI.
- L. Quinctius Cincinnatus.
- L. Horatius Pulvillus.
- P. Valerius Potitus Poplicola.

Ol. 99. 1. C. 98. 3. V. 98. 2. F. M.

Rebellantibus Volscis, Antiatibus, atque Etruscis, Camillus Dictaturâ oblatâ dicens non esse opus, unà cum collegis Tribunis eos iterum devicit.

A. M. 3624. Ol. 99. 4. Athenis Archon Demophilus.

R. C. 368. 370. C. V. Tribuni mil.
- A. Manlius Capitolinus II
- P. Cornelius II
- T. Quinctius Capitolinus
- L. Quinctius Capitolinus.
- L. Papirius Cursor II
- C. Sergius Fidenas II

Ol. 99. 2. C. 98. 4. V. 98. 3. F. M.

Iis Tribunis A. Cornelius Cossus Dictator dictus, cum T. Quinctio Capitolino Magistro Equitum, triumphavit de Volscis: idemque M. Manlium Capitolinum, qui Capitolium à Gallis oppugnatum fortissimè defenderat, vocatum in quæstionem regni affectati in carcerem conjecit; qui mox illo abdicante Dictaturâ, liberatus est.

A. M. 3625. Ol. 100. 1. Athenis Archon Pytheas. Item M. A.

R. C. 369. 371. C. V. Tribuni mil.
- Ser. Cornelius Maluginensis III
- P. Valerius Potitus Poplicola II
- M. Furius Camillus V.
- Ser. Sulpicius Rufus II
- C. Papirius Crassus
- T. Quinctius Cincinnatus II

Ol. 99. 3. C. 99. 1. V. 98. 4. F. M.

Iis Tribunis, M. Manlius crimine affectati regni damnatus, & de saxo Tarpeio dejectus est; anno

ſeptimo à captâ urbe, juxta A. Gellium in fine libri decimi ſeptimi.

A. M. 3626. Ol. 100. 2. Athenis Archon Nicon.

R. C. 370. 372. C. V. Tribuni mil.
- L. Valerius Potitus Poplicola IV
- A. Manlius Capitolinus III
- Ser. Sulpicius Rufus III
- L. Lucretius Tricipitinus II
- L. Æmilius Mamercinus III
- M. Trebonius Criſpus Flavus.

Ol. 99. 4. C. 99. 2. V. 99. 1. F. M.

Iis Tribunis Veliternis, Circeienſibus, & Lanuvinis deficientibus bellum indictum; ſed propter peſtilentiam Romæ ſævientem exercitus non eſt eductus.

A. M. 3627. Ol. 100. 3. Athenis Archon Nauſinicus.

R. C. 371. 373. C. V. Tribuni mil.
- Sp. Papirius Craſſus
- L. Papirius Craſſus
- Ser. Cornelius Maluginenſis IV
- Q. Servilius Priſcus Fidenas
- Ser. Sulpicius Prætextatus
- L. Æmilius Mamercinus IV

Ol. 100. 1. C. 99. 3. V. 99. 2. F. M.

Iis Tribunis ad Velitras proſperè pugnatum: & Præneſtinis eos auxiliantibus bellum eſt indictum.

A. M. 3628. Ol. 100. 4. Athenis Archon Chabrias ſive Callias. M. A. Calleas.

R. C. 372. 374. C. V. Trib. Mil.
- M. Furius Camillus VI
- A. Poſtumius Albinus Regillenſis
- L. Poſtumius Albinus Regillenſis
- L. Furius Medullinus
- L. Lucretius Tricipitinus III
- M. Fabius Ambuſtus

Ol. 100. 2. C. 99. 4. V. 99. 3. F. M.

Eo anno Præneſtini & Volſci, qui Satricum coloniam expugnaverunt, à Camillo devicti ſunt, & Tuſculani in fidem & civitatem recepti.

A. M. 3629. Ol. 101. 1. Athenis Archon Chariander.

R. C.

R. C 373. 375. C. V. Tribuni mil.
- L. Valerius Potitus Poplicola V
- P. Valerius Potitus Poplicola III
- C. Sergius Fidenas III
- L. Menenius Lanatus II
- Sp. Papirius Curſor
- Ser. Cornelius Maluginenſis V

Ol 100. 3. C. 100. 1. V. 99. 4. F. M.

Iis Tribunis (quos, duobus additis, ut & anni ſequentis, octo fuiſſe refert Diodorus) T. Quinctius Cincinnatus Dictator creatus, cum A. Sempronio Atratino Magiſtro Equitum, de Prænestinis ad Alliam profligatis, & Prænestе ipſo capto cum aliis oppidis novem, triumphavit. Iiſdem verò Tribunis, quum cenſores creati eſſent, C. Sulpicius Camerinus, & Sp. Poſtumius Albinus Regillenſis; hoc mortuo ille abdicavit. Deinde creati alii, & ipſi tanquam vitio facti abdicarunt, ita neutri Luſtrum fecerunt.

A. M. 3630. Ol. 101. 2. Athenis Archon Hippodamus.

R. C. 374. 376. C. V. Tribuni mil.
- P. Manlius Capitolinus
- C. Manlius Capitolinus
- L. Julius Julus II
- C. Sextilius
- M. Albinius.
- L. Antiſtius.

Ol. 100. 4. C. 100. 2. V. 100. 1. F. M.

Duo Manlii temere & infeliciter in Volſcis rem geſſerunt, ac Prænestini rebellarunt.

A. M. 3631. Ol. 101. 3. Athenis Archon Socratides.

R. C. 375. 377. C. V. Tribuni mil.
- Sp. Furius Medullinus
- Q. Servilius Priſcus Fidenas II
- C. Licinius Calvus
- P. Cloelius Siculus
- M. Horatius Pulvillus
- L. Geganius Macerinus.

Ol. 101. 1. C. 100. 3. V. 100. 2. F. M.

Iis Tribunis Cenſores Sp. Servilius Priſcus & Q. Cloelius Siculus Luſtrum fecerunt XIX.

A. M. 3632. Ol. 101. 4. Athenis Archon Aſteius. Item M. A. Pauſanias Achaicis, ſive libro 7. narrat ejuſdem Olympiadis 101. qua Damon Thurius ſtadio vicit primum

mum, anno 4. eodem Aſteio Archonte, Helicem Achaiæ urbem terræ motu aquis ſubmerſam eſſe. Idemq; ferè initio Bœoticorum ſive l. 9. refert Platæas ſecundo à Lacedæmoniis captas, eodem Aſteio Athenis Archonte, anno tertio ante pugnam Leuctricam.

R. C. 376. 378. C. V. Tribuni mil.
- L. Æmilius Mamercinus V.
- Ser. Sulpicius Prætextatus II
- P. Valerius Potitus Poplicola IV
- L. Quinctius Cincinnatus II
- C. Quinctius Cincinnatus
- C. Veturius Craſſus Cicurinus

Ol. 101. 3. C. 100. 4. V. 100. 3. F. M.

Valerius & Æmilius Latinos & Volſcos ad Satricum fuderunt, caſtris etiam captis. L. Quinctius & Sulpicius Tuſculum à Latinis occupatum recuperarunt.

A. M. 3633. Ol. 102. 1. Athenis Archon Alciſthenes.

R. C. 377. Trib. plebis. 379. C. V.
- L. Sextius Sextinus Lateranus
- C. Licinius Stolo Calvus

Ol. 101. 3. C. 101. 1. V.

Eo anno duo illi tribuni plebis, creati cum cæteris anno præcedente, nimirum ſolenni ipſorum comitiis die, quarto idus Decembris, dum Patricii omni niſu reſiſterent, nè perferrentur tres ab ipſis rogatæ leges, prima de minuendo fœnore, ſecunda de finiendo agrorum modo, tertia de creandis conſulibus, eorumque altero è plebe; continuâ interceſſione tollentes comitia Conſularia Tribunorum Militum, omninoque Curulium ſive majorum Magiſtratuum, Romanam rempublicam deduxerunt ad Anarchiam ſive Ochlocratiam, anno urbis conditæ, juxta vulgarem calculum CCCLXXIX. pro quo legitur CCCLXIX. apud Plinium, libro decimo ſexto capite ultimo: eaq; duravit ad quintum uſque annum.

A. M. 3634. Ol. 102. 2. Athenis Archon Phraſiclides, item M. A. Ejuſdem Olympiadis 102. quâ Damon Thurius

Thurius iterum ſtadio vicit anno 2. eodem Phraſiclide Archonte, Scotuſſam urbem ab Alexandro Pherarum tyranno captam refert Pauſanias lib. 6. ſive Eliacorum. Idemque Arcadicis ſive lib. 8. refert Megalopolim condi cœptam octomeſtri poſt pugnam Leuctricam commiſſam (ita equidem locum interpretor) eodem anno Olympiadico, & Athenienſi Archonte, ſcilicet Phraſiclide.

R. C. 378. Trib. Plebis. 380. C. V. { L. Sextius Sextinus Lateranus II / C. Licinius Stolo Calvus II } Ol. 101. 4. C 101. 2. V.

A. M. 3635. Ol. 102. 3. Athenis Archon Dyſnicetus. Is Archon Pauſaniæ in Meſſenicis dicitur Dyſcinetus, anno 3. Olympiadis 102. qua Damon Thurius iterum vicit ſtadio: quo anno Meſſenii patriam poſtliminio receperunt, anno 287. poſt finem ſecundi belli Meſſenici captâ Irâ.

R. C. 379. Trib. plebis. 381. C. V. { L. Sextius Sextinus Lateranus III / C. Licinius Stolo Calvus III } Ol. 102. 1. C. 101. 2. F. M.

A. M. 3636. Ol. 102. 4. Athenis Archon Lyſiſtratus.

R. C. 380. Tribuni plebis. 382. C. V. { L. Sextius Sextinus Lateranus IV. / C. Licinius Stolo Calvus IV } Ol. 102. 2. C. 101. 4. V.

A. M. 3637. Ol. 103. 1. Athenis Archon Nauſigenes; item M. A.

R. C. 381. Tribuni plebis. 383. C. V. { L. Sextius Sextinus Lateranus V / C. Licinius Stolo Calvus V } Ol. 102. 3. C. 101. 4. F. M.

A. M. 3638. Ol. 103. 2. Athenis Archon Polyzelus.

R. C. 382. 384. C. V. Tribuni Mil.	L. Furius Medullinus II P. Valerius Potitus Poplicola V A. Manlius Capitolinus IV Ser. Sulpicius Prætextatus III C. Valerius Potitus Voluſus Ser. Cornelius Maluginenſis VI	Ol. 102. 4. C. 102. 2. V. 102. 1. F. M

Ii Tribuni militum videntur nobis creati eſſe circa idus Martias, atque initium naturalis anni, poſtquam Sextius & Licinius præcedente menſe Decembre, jam ſextum refecti eſſent Tribuni plebis, exactis annis quatuor, & paulo pluſquam dimidio Anarchiæ, ſive ſolitudinis Magiſtratuum; unde factum ut Livius cum pleriſque aliis ei aſcripſerint quinquennium, alii vero, quos ſecuti ſunt Goltzius & Pighius, tantummodo quadriennium. Cæterum apud Diodorum Siculum ſub Anarchiam inſertus eſt annus quatuor Tribunorum militum, nempe duorum è proximè expoſitis, Serv. Cornelii & Serv. Sulpicii, ac duorum aliorum, videlicet L. Papirii, & L. Menenii; deinde autem ipſi Anarchiæ aſcribitur duntaxat unus annus: ita ut modo expoſiti, ipſi quoque tantum quatuor juxta eum, & deinceps ſequentes Tribuni Militum apud ipſum ſtatuantur rurſum duntaxat uno anno ſerius quam apud nos. Porro iis tribunis Mil. Veliterni à Tuſculi quod obſederant mœnibus repulſi; ac viciſſim Velitræ à Romanis obſideri cœptæ ſunt. Sub finem autem ejuſdem anni Sextius & Licinius ſeptimum refecti ſunt Tribuni plebis.

A. M. 3639. Ol. 103. 3. Athenis Archon Cephiſodorus. Idem memorat. M. A.

R. C. 383. 385. C. V. Tribuni Mil.	Quin. Servilius Priſcus Fidenas III M. Cornelius Maluginenſis. C. Veturius Craſſus Cicurinus II Q. Quinctius Cincinnatus A. Cornelius Coſſus M. Fabius Ambuſtus II	Ol. 103. 1. C. 102. 3. V. 102. 2. F. M.

Iis Tribunis Militum durante Velitrarum obſidione, Sextius & Licinius refecti ſunt octavum Tribuni plebus

bis. Istic vero Cuspinianus duos annos sine Magistratibus inserit, tanquam CCCLXXXVI & CCCLXXXVII R. C.

A. M. 3640 Ol. 103. 4. Athenis Archon Chion.

R. C. 384. 385. C. V. Tribuni Mil.
- L. Quinctius Capitolinus
- Sp. Servilius Structus
- Serv. Cornelius Maluginensis VII
- L. Papirius Crassus
- Serv. Sulpicius Prætextatus IV.
- L. Veturius Crassus Cicurinus

Ol. 103. 2. C. 102. 4. V. 102. 3. F. M.

Iis Tribunis Militum, propè initio Magistratus ipsorum, M. Furius Camillus Dictator quartum dictus, cum L. Æmilio Mamercino Magistro Equitum, seditionis sedandæ causâ, nimirum ortæ propter leges Sextii & Licinii Tribunorum plebis; intra paucos dies quasi vitio factus abdicavit: eique extemplo suffectus est P. Manlius Capitolinus Dictator, cum C. Licinio Calvo Magistro Equitum, primo è plebe: ut refert Livius sub finem sexti libri. Unde liquet eorum duorum Dictatorum magistratum cecidisse, atque adeò transactum fuisse intra annum proximè expositorum Tribunorum Militum (ante cujus finem etiam Sextius & Licinius nonum refecti sunt Tribuni plebis:) ideoque haud rectè integram ipsis assignari annum à recentioribus Fastorum conditoribus Sigonio, Onuphrio, Marliano, Goltzio, & Pighio, (quanquam ante hos Glareanus, ipsorum loco, duos Tribunos Militum P. Valerium Potitum V. & C. Licinium Stolonem imputavit eidem anno) ut constet Fastorum Marmoreorum calculus, qui propterea istic demum incipit uno anno Romæ conditæ nostrum excedere.

A. M. 3641. Ol. 104. 1. Athenis Archon Timocrates.

R. C. 385. 386. F. M. 387. C. V. Tribuni mil.
- A. Cornelius Cossus II
- L. Veturius Crassus Cicurinus II
- M. Cornelius Maluginensis II
- P. Valerius Potitus Poplicola VI
- M. Geganius Macerinus
- P. Manlius Capitolinus II

Ol. 103. 3. C. 103. 1. V. F. M.

Hi

Ii Tribuni Militum prætermissi sunt apud Diodorum Siculum, indeq, factumest, ut deinceps ejus collatio Consulum Romanorum cum annis Olympiadicis, Fabianæ ac nostræ denuo conveniat. Iisdem vero postremis Tribunis Militum, M. Furius Camillus Dictator quintum creatus cum T. Quinctio Cincinnato Capitolino Magistro Equitum, quartum egit Triumphum de Gallis Senonibus in agro Albano devictis, mense (ut ex Fastorum Marmoreorum fragmentis colligitur) Novembre, anno XIII. vel potius XXIII. nimirum inclusivè sive inchoate post urbem captam, juxta Plutarchum in vita Camilli. Postea verò idem ædem concordiæ vovit; quæ reconciliatis demum populi Romani ordinibus posita aut dedicata est, medio ferè mense Januario.

A. M. 3642. Ol. 104. 2. Athenis Archon Chariclides.

R. C. 386. 387. F. M. Coss. { L. Æmilius Mamercinus. / L. Sextius Sextinus Lateranus } Ol. 104. 1. C. 103. 3 V. 103. 2. F. M.

Is Sextius est, qui cum Licinio, circiter trimestri antea, utique Decembre proxime præcedente, (quod tamen Livius ante creatos postremos Tribunos Militum factum refert) decimum refectus Tribunus plebis, non cessavit donec consulatus plebi communicabatur; adeoque ipse primus Consul de plebe creatus est: quum paulo antea pro Duumviris Decemviri sacrorum, quinque Patrum, quinque plebis, primum creati essent: vicissim verò à plebe concessum fuit Patriciis, ut quotannis de ipsis crearetur Prætor unus, & duo Ædiles Curules; quanquam Ædiles deinde alternis annis, posteaque promiscuè è Patribus & Plebe creati sunt. Eum autem annum Fabius noster apud A. Gellium, libro quinto capite quarto, affirmat fuisse duo & vicesimum (id est vicesimum secundum, nempe completum) postquam Galli Romam ceperunt: quem & Livius & Dionysius quoq; ut

ut videtur Catone & Varrone auctoribus putarunt (sed haud eadem ratione quâ auctor Fastorum Marmoreorum, & recentiores Fastorum ordinatores) vicesimum quartum. Et inde Catonianus calculus, quem secutos Dionysium, pariter ac Livium initio dixi, quoad annorum Olympiadicorum supputationem nostro rè ipsâ convenit, tantum collationis cum annis Romæ conditæ modo differt: quatenus Dionysianus annum Olympiadis prope desinentem, noster verò quasi ineuntem respicit. Quod autem Dionysianus, idem Diodori calculus facit in sequentibus: atque adeo Græci moris est numerare Consules secundum Olympiades, quum noster potius numeret Olympiades secundum Consules. At enimvero omninò verum est, quod auctore ut videtur Fabio nostro statuit Diodorus Siculus, primum Plebeium consulatum convenire anno secundo Olympiadis centesimæ quartæ; licet Fasti Græci, qui hinc demum incipiunt esse aliquo modo utiles, eundem referant ad initium Olympiadis centesimæquintæ. Iisdem verò Coss. creati Censores, A. Postumius Regillensis Albinus & C. Sulpitius Peticus: altero, sequente anno peste mortuo, lustrum non fecerunt.

A.M. 3643. Ol. 104. 3. Athenis Archon Molon.

R. C. 387. 388. F. M. Coss. { L. Genucius Aventinensis } 390. C. V. Ol. 103. 4.
{ Q. Servilius Abala } V. 103. 3. F. M.

Iis Coss. gravissimâ peste Romæ sæviente, Camillum mortuum esse viginti quinque annis post urbem captam refert Livius initio libri VII.

A. M. 3644. Ol. 104. 4. Athenis Archon Nicophemus.

R. C. 388. 389. F. M. Coss. { C. Sulpicius Peticus } 391. C. V. Ol 104. 1.
{ C. Licinius Stolo Calvus } V. 103. 4. F. M.

Is est Licinius Stolo, qui toties cum Sextio Late-

rano fuit Tribunus plebis. Iis vero Coſſ. in peſtis adhuc graſſantis remedium Romæ (ſcilicet) Ludi Scenici primum inſtituti ſunt.

A. M. 3645. Ol. 105. 1. Athenis Archon Callimedes. Laertio in vita Xenophontis quem eo anno mortuum refert, juxta St ſiclidem catalogo Archontum & Olymnicorum, Callidemides: quando etiam Philippus Macedo regnare cœpit.

R. C. 389. 390. F. M. Coſſ. { L. Æmilius Mamercinus II / Cn. Genucius Aventinenſis } 392. C. V Ol. 104. 2. V. 104. 1. F. M.

Iis Coſſ. L. Manlius Capitolinus Imperioſſus Dictator creatus eſt cum L. Pinario Natta Magiſtro Equitum, clavi ob peſtis adhuc nihilominus ſævientis remedium utique figendi, cauſâ.

Iiſdem Coſſ. Cenſores M. Fabius Ambuſtus & L. Furius Medullinus luſtrum fecerunt XX.

A. M. 3646. Ol. 105. 2. Athenis Archon Euchariſtus.

R. C. 390. 391. F. M. Coſſ. { Q. Servilius Ahala II / L. Genucius Aventinenſis II } 393. C. V. Ol. 104. 3. V. 104. 2. F. M.

Genuncio Conſule Plebeio, ab Hernicis, quibus bellum hoc anno indictum & illatum erat, occiſo, Appius Claudius Craſſus Sabinus Regillenſis Dictator creatus, cum P. Cornelio Scapula vel Scipione, vel Mucio Scævulâ Magiſtro Equitum, de iis cruento prælio devictis, an triumpharerit haud ſatis conſtat. Antea vero iiſdem Coſſ. T. Manlius filius Imperioſi anno præcedente Dictatoris, eximiæ pietatis ſpecimen erga durum patrem vocatum in jus edidit. Et Curtius Eques armatus in patentem Romæ voraginem inſiluit.

A. M. 3647. Ol. 105. 3. Athenis Archon Cephiſodotus. Ita ut videtur M. A.

R. C.

R. C. 391. 391. F. M. Coss. { C. Licinius Stolo Calvus II / C. Sulpicius Peticus II } 394 C. V. Ol. 104. 4 V. 3. F. M.

Iis Coss. T. Quinctius Pennus Capitolinus Crispinus Dictator dictus, cum Ser. Cornelio Maluginense Magistro Equitum de Gallis ad Anienem devictis, anno triceſimo post urbem captam juxta Polybium libro ſecundo (quando commiſſa eſt Monomachia T. Manlii inde cognominati Torquati) exiſtimatur triumphaſſe decimo tertio calendas Martii, Feſto Quirinalibus; ac ſub eaſdem Kal. Sulpicius iterum Conſul, de Hernicis.

A. M. 3648. Ol. 105. 4. Athenis Archon Agathocles. Item Marm. A.

Eodem anno 4. Olympiadis 105, quâ Prorus Cyrenæus ſtadio vicit, eodemque Archonte Athenis Agathocle, refert Pauſanias in Phocicis, ſive libro 10. Templum Delphicum à Philomelo & Phocenſibus ſacrilegio direptum.

R. C. 392. 393. F. M. Coss. { M. Fabius Ambuſtus / C. Pœtelius Libovisolus } 395 C. V. Ol. 105. 1. V. 104. 4. F. M.

Iis Coss. Q. Servilius Ahala Dictator creatus eſt cum T. Quinctio Penno Capitolino Criſpino Magiſtro Equitum, causâ rei gerendæ contra Gallos: quos in conſpectu urbis ad portam Collinam cruento prælio profligavit. Ipſi vero Conſules Fabius de Hernicis devictis ovans urbem ingreſſus eſt, nonis Septembris, Pætelius autem triumphavit de Gallis ſub menſem Martium, nempe ſequentem ut videtur, non præcedentem ut exhibent Faſti Marmorei. Iiſdem vero Coss. & quidem CCCXCV. poſt R. C. (tanquam initio inſequentis Olympiadis CVI) natum eſſe Alexandrum Magnum, Cornelius Nepos videtur Auctor fuiſſe Solino, capite LIII.

A. M. 3649. Ol. 106. 1. Athenis Archon Elpines, ſive Elpinices

R. C. 393. 394. F. M. Coſſ. { M. Popilius Lænas / Cn. Manlius Capitolinus Imperioſſus } 396. V. O. 101. 2. C. 1. F. M.

Iis Coſſ. Tiburtes Romæ mœnia ſubeuntes repulſi ſunt.

A. M. 3650. Ol. 106. 2. Athenis Archon Calliſtratus. Item Marm. Ar. iſtic deficiens.

R. C. 394. 395. F. M. Coſſ. { C. Fabius Ambuſtus / C. Plautius Proculus } 397. C. V. Ol. 105. 3. V. 2. F. M.

Iis Coſſ. C. Sulpicius Peticus Dictator creatus cum M. Valerio Poplicolâ Magiſtro Equitum, de Gallis magno prœlio circa pedum, devictis triumphavit iterum nonis Maii. Conſul autem Plautius triumphavit de Hernicis, idibus Maii. Iiſdem Coſſ. duæ aliæ tribus additæ cæteris: & lex de ambitu primùm lata eſt.

A. M. 3651. Ol. 106. 3. Athenis Archon Diotimus.

R. C. 395. 396 F. M. Coſſ. { C. Marcius Rutilus / Cn. Manlius Capitolinus Imperioſſus } 398. C. V. Ol. 105. 4. V. 3. F. M.

Marcius Conſul de Privernatibus devictis & ad deditionem adactis triumphavit, Calendis Junii. Iiſdem Coſſ. Licinius Stolo qui decies Tribunus Plebis, poſteaque bis Conſul fuerat, ſuâ lege de modo agrorum damnatus erat.

A. M. 3652. Ol. 106. 4. Athenis Archon Eudemus.

R. C. 396. 397. C. V. Coſſ. { M. Fabius Ambuſtus II. / M. Popilius Lænas II } 399. C. V. Ol. 105. 1. V. 105. 4. F. M.

Iis Coſſ. C. Marcius Rutilus Dictator primus è plebe dictus cum C. Plautio Proculo Magiſtro Equitum ſecundo Triumphavit de Tuſcis Tarquinienſibus & Faliſcis, pridiè nonas Maii. Cæterum hinc per quinquennium propter renovatas contentiones Patriciorum & Plebeiorum de Plebeio Conſule, Comitia

tia Consularia multum & sæpe à Tribunis plebis, Dictatoribus & Interregibus, dilata fuisse significat Livius, libro septimo: & quidem anno insequente videntur dilata esse ab idibus Martiis, quasi ad idus Maias.

A. M. 3653. Ol. 107. 1. Athenis Archon Aristodemus.

R. C. 397. 398. F. M. Coss. { C. Sulpicius Peticus III / M. Valerius Poplicola. } 400. C. V. Ol. 105 2. V. 1. F. M.

Ii Consules quadringentesimo anno, quam urbs Romana condita erat, quinto tricesimo, quam à Gallis recepta, ablato post undecimum (XI. non nonum IX.) annum, à Plebe Consulatu; Patricii, ambo ex interregno Magistratum iniere, inquit Livius: quæ annorum summæ Catonis ac Varronis calculis juxta nostram eorum supputationem probè conveniunt. Iisdem Coss. Empulum oppidum ex Tiburtibus captum fuit. Insequentis autem anni comitia apparet ex Livio dilata esse, quasi ab idibus Maiis ad Kalendas Quinctiles.

A. M. 3654. Ol. 107. 2. Athenis Archon Thessalus.

R. C. 398. 399. F. M. Coss. { M. Fabius Ambustus III / T. Q. Pennus Capitolinus Crispinus } 401 C. V. Ol. 106. 3. V. 2. F. M.

In quibusdam annalibus pro T. Quinctio, M. Popilium (nempe Lænatem III) Consulem invenio, inquit Livius. Fabius tertium Consul de Tiburtibus subactis triumphavit, tertio nonas Junii. In Tarquinienses autem devictos acerbè sævitum est, propter immolatos plusquam trecentos captivos Romanorum ante quadriennium.

A. M. 3655. Ol. 107. 3. Athenis Archon Apollodorus.

R. C. 399. 400. F. M. Coſſ. { C. Sulpicius Peticus IV, M. Valerius Poplicola II } 402. C. V. Ol. 106. 4. V. 3. F. M.

Iis Coſſ. T. Manlius Imperioſſus Torquatus Dictator dictus eſt, cum A. Cornelio Coſſo Arnivâ Magiſtro Equitum, belli contra Volſcos & Cærites gerendi cauſa; quod tamen propè nullum extitit. Cæritibus vero veniam petentibus centum annorum induciæ conceſſæ. Cæterum Plinius libro xxxvi. capite vi. videtur conferre annum CDII R. C. cum anno ſecundo Olympiadis CVII. Porro anni inſequentis Comitia item ex Livio apparet prolatata eſſe per Dictatorem & Interreges, quaſi à Kalendis Quinctilibus ad Kalendas Octobres.

A. M. 3656. Ol. 107. 4. Athenis Archon Callimachus.

R. C. 400. 401. F. M. Coſſ. { P. Valerius Poplicola, C. Marcius Rutilus II } 403. C. V. Ol. 107. 1. V. 106. 4. F. M.

Iis Coſſ. res fœnebris, creatis quinque Viris Menſariis moderatoribus levata eſt. Eorundem Conſulatu ad finem tendente C. Julius Julus Dictator in caſtris dictus eſt, cum L. Æmilio Mamercino Magiſtro Equitum, ob belli Etruſci terrorem, qui vanus fuit, & ipſe, ut apparet utique ex Livio, inſequentis anni Comitia prolatavit uſque ad exitum Dictaturæ ſuæ; quaſi à Kalendis Octobris ad idus Decembres.

A. M. 3657. Ol. 108. 1. Athenis Archon Theophilus. Eo Archonte mortuus eſt Plato, juxta Athenæum anno ætatis 82. item Laertius in ejus vita, & quidem anno 3. regni Philippi Macedonis, nec non in vita Ariſtotelis. Eodem Archonte Athenis Theophilo, eodemque anno primo Olympiadis 108. qua Polycles Cyrenæus ſtadio vicit, bello Phocico ſive ſacro finem impoſitum eſſe à Philippo Amyntæ filio Macedoniæ Rege, anno decimo poſt Philomeli ſacrilegium, refert Pauſanias libro decimo, in Phocicis.

R. C.

R. C. 401. 402. F. M. Coss. { C. Sulpicius Peticus / T. Quinctius Pennus Cincinnat. } 404. C. V. Ol. 107. 2. V. 1. F. M.

Plinius libro secundo capite XXV. Olympiadem CVIII. comparat cum anno CCCXCVIII. R. C. Iis verò Coss. Censores Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus, & C. Marcius Rutilus primus è plebe, lustrum fecerunt XXI.

Porrò autem sub exitum eorundem Consulum, M. Fabius Ambustus Dictator creatus est, cum Q. Servilio Ahala Magistro Equitum Comitiorum habendorum causâ: per quem itidem apparet ex Livio, anni etiam insequentis Comitia prolatata esse, quasi ab idibus Decembribus, usque ad idus Martias: quandoquidem circa has insequentium Consulum annum expletum & finitum esse, manifestè significet idem Livius. Qua propter intra proximè elapsum quinquennium calculo nostro excrescit integer annus numero annorum Romæ conditæ, imputandus proximè expositis consulibus, quem etiam calculo Varroniano itidem imputare visum est, quum nusquam alias æquè oportunè liceat.

A. M. 3658. Ol. 108. 2. Athenis Archon Themistocles.

R. C. 402. 404. C. Coss. creati sub finem anni præcedentis continuarunt Magistratum usque sub finem hujus anni. Cujus reliquum Dictator exegit. 405. V.

A. M. 3659. Ol. 108. 3. Athenis Archon Archias.

R. C. 403. 405. C. Coss. { M. Popilius Lænas III. / Lu. Cornelius Scipio } 406. V. Ol. 107. 4. V. 107. 2. F. M.

Popilius tertium Consul de Gallis in agro Latino devictis triumpharit Quirinalibus ut apparet ex Fastis Marmoreis, nempe die X. II. Kalend. Martii sub finem Magistratus sui; habitis jam antea (quod ambo Consules ægri essent, hic ex vulnere, alter ex morbo)

morbo) à L. Furio Camillo Dictatore in eum finem dicto, cum P. Cornelio Scipione Magistro Equitum, Comitiis creandorum novorum Consulum, qui paucis post diebus Magistratum iniverunt, uti refert Livius libro septimo.

A. M. 3660. Ol. 108.4. Athenis Archon Eubulus. Laertius in vita Aristotelis, quem Apollodoro in Cronicis auctore, eo anno Mitylenem venisse refert.

R. C. 404-406., C. Coss. { L. Furius Camillus / Ap. Claudius Crassus Sabinus Regillensis } 407. V. O. 108 1. V. 107. 3. F. M.

Pro iis Coss. apud Diodorum referuntur M. Æmilius & T. Quinctius: apud Ciceronem autem in Catone L. Æmilius & P. Claudius; quibus Coss. Plato Athenienſis Philoſophus Tarentum venerit, ubi eodem tempore claruit Architas. Cæterum Claudius in Conſulatu mortuus eſt. Camillus vero Gallos in agro Pomptino acie profligavit, initio prælii facto ex monomachiâ M. Valerii à Corvo adjutore cognominati Corvi ſive Corvini annis CDV. poſt Romam conditam, juxta A. Gellium libro IX. capite XI. atq; anno XLII. poſt urbem à Gallis captam, juxtâ Polybium libro ſecundo. Eo quoq; anno deſinente Conſule bellum Maritimum contra Græcos Piratas curante, T. Manlius Imperioſſus Torquatus Dictator iterum dictus eſt, cum A. Cornelio Coſſo Arvina, iterum Magiſtro Equitum, Comitiorum habendorum gratiâ.

A. M. 3661. Ol. 109.1. Athenis Archon Lyciſcus.

R. C. 405-407. C. Coss. { M. Popilius Lænas IV / M. Valerius Corvus } 408. V. Ol. 108. 2. V. 107. 4. F. M.

Iis Conſulibus apud Diodorum præponuntur M. Fabius & Ser. Sulpicius qui triennio poſteâ Conſules fuere. Iisdem Coss. peſtilentia civitatem adorta coegit Senatum

Senatum imperare Decemviris (sacrorum) ut libros Sibyllinos inspicerent: eorumque monitu Lectisternium fuit, ut scribit Livius. Qua occasione apparet ex Zosimo collato cum Censorino, Valerium Antiatem tertios Ludos seculares retulisse ad illos Consules. Iisdem Coss. cum Carthaginiensium Legatis Romæ fœdus, secundo ictum est. Eorundem vero etiam Coss. exitu, Comitiorum habendorum causâ dictum fuisse Dictatorem C. Claudium Crassum Sabinum Regillensem, vel M. Æmilium Barbulam, cum C. Livio Dentre Magistro Equitum, colligitur ex fragmentis Fastorum Marmoreorum, & Suetonio in Tiberio.

A. M. 3662. Ol. 109. 2. Athenis Archon Pythodorus. Laertio Pythodotus, in vita Aristotelis, quem eo anno ad Philippum accessisse refert, & quidem Alexandro annos 15. nato.

R. C. 406. 408. C. Coss. { C. Plautius Hipsæus / T. Manlius Imperiosus Torquatus } 409. V. Ol. 108. 3. V. 1. F. M.

Iis Coss. unciarium fœnus in semiunciarium redactum est.

A. M. 3663. Ol. 109. 3. Athenis Archon Sosigenes. Quando Laertius, Apollodoro in Chronicis auctore, Epicurum natum refert, septennio post mortem Platonis.

R. C. 407. 409. C. Coss. { M. Valerius Corvus II / C. Pœtelius Libo Visolus. } 410. V. Ol. 108. 4. V. 2. F. M.

Iis Coss. ex Quindecimvirorum sententiâ secundos ludos seculares factos esse, annis plus minus CX. post primos, refert Censorinus: sed neque anno R. C. CDX, ut vetera ejus exemplaria Cuspiniano aliisque testibus exhibent, neque CDVIII, ut emendandum censuit Onuphrius, libro de ludis secularibus; verum aut CDIX. Catoniano pariter ac Varroniano, aut

CDVII. noſtro ſimul ac Marmoreorum Faſtorum. Cæterum Valerius iterum Conſul de Antiatibus Volſcis ad Satricum devictis, dirutoque Satrico triumphavit, Kalendis Februarii.

A. M. 3664. Ol. 109. 4. Athenis Archon Nicomachus.

R. C. 408. 410. C. Coſſ. { M. Fabius Dorſo / Ser. Sulpicius Camerinus. } 411. V. Ol. 109. 1. V. 108. 3. F. M.

Iis Coſſ. L. Furius Camillus Dictator iterum dictus eſt, cum Cn. Manlio Capitolino Imperioſo Magiſtro Equitum, belli contra Auruncos gerendi cauſa; quos primâacie debellavit: eodemque exercitu poſteà Conſules Soram urbem à Volſcis ceperunt.

A. M. 3665. Ol. 110. 1. Athenis Archon Theophraſtus.

R. C. 409. 411. C. Coſſ. { C. Marcius Rutilus III / T. Manlius Imperioſſus Torquatus II } 412. V. Ol. 109. 2. V. 108. 4. F. M.

Iis Coſſ. (quum lapidibus pluiſſet, & nox interdum intendi viſa eſſet, uti ſcribit Livius libro VII.) P. Valerius Poplicola Dictator creatus eſt, cum Q. Fabio Ambuſto Magiſtro Equitum, Feriarum Latinarum indicendarum cauſâ.

A. M. 3666. Ol. 110. 2. Athenis Archon Lyſimachides. Lyſimachus Laertio in vita Xenocratis, quem eo anno poſt Speuſippum in Academia cœpiſſe docere refert.

R. C. 410. 412. C. Coſſ. { M. Valerius Corvus III / A. Cornelius Coſſus Arvina } 413. V. Ol. 109. 3. V. 1. F. M.

Iis Coſſ. ſuſceptum eſt à Romanis bellum contra Samnites, admodum grave & diuturnum. De quibus nihilominus eodem anno, & in Samnio duobus prœliis & in Campaniâ victis, uterque Conſul triumphum egit; ex Samnio Corvus jam iterum x. Kalend. è Campaniâ Coſſus IX. Kal. Octobris. Iiſdem Coſſ. tanquam

tanquam anno primo Olympiadis CX. juxta Eusebium in Chronico, Censores, incertum quos, arbitrantur Goltzius & Pighius lustrum feciſſe XXII.

A. M. 3667. Ol. 110. 3. Athenis Archon Charondas vel Chærondus.

R. C. 411. 413. C. Coſſ. { C. Marcius Rutilus IV. / Q. Servilius Ahala } 414. V. Ol. 109. 4. V. 2. F. M.

Iis Coſſ. (quos fine hyemis Magiſtratum iniviſſe manifeſtè ſignificat Livius ſub finem libri ſeptimi) M. Valerius Corvus Dictator creatus eſt, cum L. Æmilio Mamercino Privernate Magiſtro Equitum, cauſâ rei gerendæ contra Milites Præſidiarios, primum Capuæ (ubi in Hybernis agebant) occupandæ conſilium ineuntes, deindè, haud procul Anxure ſeditionem molientes: quam prudente oratione ſine civili ſanguine ſedavit. Eodem verò anno Olympiadico Archonte Athenis Charondâ, prælium inter Philippum Macedonem & Athenienſes ad Chæronæam in Bœotiâ factum refert Diodorus, eodemque anno & die Archidami regis Spartani cædem in Italia; quam etiam ſexennio antea per anticipationem retulerat; ubi corruptus numerus annorum regni filii ejus Ægidis, nempè XV. pro IX. Scaligero & quibuſdam aliis immerito contradictionis ſuſpicionem movit.

A. M. 3668. Ol. 110. 4. Athenis Archon Phrynichus.

R. C. 412. 414. C. Coſſ. { C. Plautius Hypſæus II / L. Æmilius Mamercinus Privernas } 415. V. O. 110. 1. V. 109. 3. F. M.

Ii Coſſ. poſt captum Privernum, victos ad Satricum ancipiti prælio Antiates Volſcos, & adactos ad pacem petendam Samnites, ob famam gliſcentis belli Latini, juſſi ſunt ante tempus abdicare ſe Magiſtratu, uti refert Livius initio libri octavi. Itaque eodem anno naturali pariter ac Romano, nempè circa Kalendas

Octobres, ut videtur, initium naturalis mensis octavi creati sunt.

R. C. 412. 413. F. M. Coss. { T. Manlius Imperiosus Torquatus III / P. Decius Mus } 415. C. 416. V. Ol. 110. 2. V. 109. 4. F. M.

Quos Consules ad annum quartum Olympiadis CX. pariter nobiscum refert Diodorus. Eum autem annum (quo Alexandrum Epiri regem in Italiam classe appulisse asseverat Livius) M. Cicero Epistolarum libro IX. Epist. XXI. numerat quadringentesimum decimum quintum post Romam conditam. Cæterum conflato bello Latino, Consulum alter Manlius filium capitali supplicio affecit, quod contra edictum suum extra ordinem in hostes pugnaverat: alter vero Decius in prælio ancipiti ipse se devovit cædi pro salute exercitus Romani. Porro autem inde ob ægritudinem Manlii Consulis (qui nihilominus triumphavit de Latinis, Campanis, Sidicinis & Auruncis XV. Kal. Junii) L. Papirius Crassus Dictator creatus est, quum eodem anno Prætor esset cum L. Papirio Cursore Magistro Equitum, rei contra Antiates gerendæ causâ.

A. M. 3669. Ol. III. 1. Athenis Archon Pythodorus, alias Pythodemus.

R. C. 413. 414. F. M. Coss. { T. Æmilius Mamercinus / Q. Publilius Philo. } 416. C. 417. V. Ol. 110. 3. V. 1. F. M.

Eos Coss. apparet (præsertim ex nono anno postea) creatos esse Kalendis Quinctilibus anticipatis, circa initium quinti mensis naturalis. Publilius autem, postquam de Latinis devictis triumpharat idibus Januarii, à Collegâ Æmilio dictus est Dictator, cum Decio Junio Bruto Scævâ Magistro Equitum: quum Senatus ambobus Consulibus, utpote plebeis finire imperium cupiens, Dictatorem tanquam adversus rebellantes Latinos dici jussisset.

A. M.

A. M. 3670. Ol. 111. 3. Athenis Archon Euænetus.

R. C. 414. 415. F. M. Coss. { L. Furius Camillus, C. Mænius } 417. C. 418. V. Ol. 110. 4. V. 2. F. M.

Eorum Consulum uterque triumphavit, Camillus de Pedaneis & Tiburtibus III. Kal. Octobris, Mænius de Antiatibus, Lavinis, & Veliternis, pridiè eadem Kal. idemque ademptarum Antiatibus navium rostra in suggestu fori Romani posuit, à quibus postea loco illo nomen. Ubi etiam tunc utrique Consuli ob subactum omne Latium statuæ positæ sunt. Eum autem annum Plinius, libro XXXIV. capite V. putat CDXVI. post R. C.

A. M. 3671. Ol. 111. 3. Athenis Archon Cteficles.

R. C. 415. 416. F. M. Coss. { C. Sulpicius Longus, P. Ælius Pætus. } 418. C. 419. V. Ol. 111. 1. V. 110. 3. F. M.

Iis Coss. Minucia virgo Vestalis incesti convicta, viva sub terram defossa est. Iisdem Coss. C. Claudius Crassus Sabin. Regillensis Dictator iterum dictus, cum C. Claudio Hortatore Magistro Equitum, rei contra Sidicinos gerendæ causâ, tanquam vitio creatus mox abdicavit.

A. M. 3672. Ol. 111. 4. Athenis Archon Nicocrates.

R. C. 416. 417. F. M. Coss. { L. Papirius Crassus, Cæso Duilius } 419. C. 420. V. 111. 2. V. 110. 4. F. M.

Iis Coss. duo populi Caleni, (Ausones, & Sidicini) uno prælio devicti sunt.

A. M. 3673. Ol. 112. 1. Athenis Archon Niceratus, aliis Anigetes.

R. C. 417. 418. F. M. Coss. { M. Valerius Corvus IV., M. Atilius Regulus } 420. C. 421. V. Ol. 111. 3. V. 1. F. M.

Corvus quartum Consul tertio triumphavit de Calen-

Calenis debellatis & captis Calibus, idibus Maii. Deinde verò ambo Coſſ. juſſi adverſus Sidicinos ducere exercitum, ante ex Senatus conſulto comitiorum habendorum cauſâ dixerunt Dictatorem L. Æmilium Mamercinum Privernatem, cui Q. Publilius Philo erat Magiſter Equitum.

A. M. 3674. Ol. 112. 2. Athenis Archon Ariſtophanes.

R. C. 418. 419. F. M. Coſſ. { T. Veturius Calvinus / Sp. Poſtumius Albinus } 421. C. 422. V. Ol. 111. 4. V. 2. F. M.

Iis Coſſ. Campanis Romana civitas data eſt, & Cales Colonia deducta. P. Cornelius Rufinus Dictator dictus, cum M. Antonio Magiſtro Equitum, rei contra Sidicinos, & Samnites gerendæ cauſâ, tanquam vitio factus abdicavit. Cæterum iiſdem Conſulibus, poſt Haloandrum, Sigonius, Onuphrius, & Marlianus annum ſine conſulibus aliiſque Magiſtratibus ſubjiciunt. Alii autem inopi conjecturâ Conſules mendoſos C. Cornelium Cethegum, & Q. Flaminium; tanquam è Plinii libro XIX. capite VIII. Goltzius autem, & Pighius, L. Papirium Curſorem, & C. Pætelium Libonem II. Conſules ſeptimi anni poſtea, tanquam è Solini capite XLV. referentis Alexandriam conditam Olympiade CXII. iis Coſſ. contra mentem Livii, atque Diodori Siculi, quem nihilominus æquè ac Dionyſium Halicarnaſſeum, quam diligentiſſimè Conſulatus Romanos Olympiadibus accommodaſſe, ad hunc annum agnoſcit ipſe Pighius; ut Faſtorum Marmoreorum calculum annorum R. C. tueantur, qui propterea hinc biennio excedit noſtrum quoad eorum numerum.

A. M. 3675. Ol. 112. 3. Athenis Archon Ariſtophon.

R. C. 419. 421. F. M. Coſſ. { A. Cornelius Coſſus Arvina II / Cn. Domitius Calvinus } 422. C. 423. V. Ol. 112. 1. V. 111. 4. F. M.

Iis Coſſ. (quibus initium Monarchiæ Alexandri Macedonis

Macedonis, nempe post debellatum Darium ad Arbela, initio primi periodi Calippicæ, mediâ autem Olympiade centesimâ duodecimâ, rectissime statuit Diodorus Siculus medio Libro XVII. circa quod tempus etiam Alexandri Molossi, post pacem cum Romanis factam, in Lucania Italiæ cædes contigit;) M. Papirius Crassus Dictator dictus est; cum P. Valerio Poplicola Magistro Equitum ob ingruentis belli Gallici rumorem, qui falsus fuit. Iisdem Coss. Censores Q. Publilius Philo & Sp. Postumius Albinus lustrum fecerunt XXIII, duabus tribubus additis, nominatoque principe Senatus M. Fabio Ambusto, ut colligitur è Plinii Libro VII. capite XLI. Porro eodem tempore P. Cornelium Scapulam fuisse Pontificem maximum, ex Livii Libro XXV. colligit Onuphrius.

A. M. 3676. Ol. 112. 4. Athenis Archon Cephisophon.

R. C. 420. 422. F. M. Coss. { M. Claudius Marcellus / C. Valerius Potitus Flaccus } 423. C. 424. V. Ol. 112. 2. V. 1. F. M.

Iis Coss. prima de veneficiis quæstio Romæ habita est. Mulieres veneficæ ad centum septuaginta pestilentiam veneficiis alere deprehensæ pœnas dederunt: sed etiam Cn. Quinctilius Varus Dictator dictus est, cum L. Valerio Potito Flacco Magistro Equitum, clavi contra pestem figendi causâ.

A. M. 3677. Ol. 113. 1. Athenis Archon Euthycritus vel Euthycrates.

R. C. 421. 423. F. M. Coss. { L. Papirius Crassus II / L. Plautius Venno } 424. C. 425. V. Ol. 112. 3. V. 2. F. M.

Iisdem Coss. excitato bello Privernate per Vitruvium Fundanum, Privernum duobus consularibus exercitibus obsessum est.

A. M.

A. M. 3678. Ol. 113. 2. Athenis Archon Chremes vel Hegemon.

R. C. 422. 424. F. M. Coſſ. { L. Æmilius Mamercinus Privernas II / C. Plautius Decianus. } 425. C. 426 V. O. 112. 4 V. 3. F. M.

Ii Coſſ. uti refert Livius, Calendis Quinctilibus Magiſtratum iniverunt. Capto autem Priverno, & Vitruvio Fundano in poteſtatem redacto, de Privernatibus ambo triumpharunt Kalendis Martii, unde etiam ipſum Æmilium Privernatem cognominatum fuiſſe plerique opinantur.

A. M. 3679. Ol. 113. 3. Athenis Archon Anticles vel Chremes.

R. C. 423. 425. F. M. Coſſ. { C. Plautius Proculus / P. Cornelius Scapula } 426. C. 427. V. Ol. 113. 1. V. 112. 4. F. M.

Iis Coſſ. Palæopolitani Græci, Samnitibus vicini & confederati, Romanos agrum Campanum & Falernum incolentes hoſtiliter deprædati ſunt. Iiidem Coſſ. viſceratio primum populo data eſt à M. Flavio in funere Matris.

A. M. 3680. Ol. 113. 4. Athenis Archon Soſicles vel Anticles.

R. C. 424. 426. F. M. Coſſ. { L. Cornelius Lentulus / Q. Publilius Philo II } 427. C. 428. V. Ol. 113. 2. V. 1. F. M.

Lentulus Conſul contra Samnites, ob agrum Fregellanum à Romanis occupatum ab eorum amicitiâ deſciſcentes, miſſus eſt, Publilius contra Palæopolitanos; quos obſidione preſſit. Sub exitum vero Magiſtratus, M. Claudius Marcellus Dictator creatus cum Sp. Poſtumio Albino Magiſtro Equitum comitiorum habendorum causâ, quaſi vitio factus abdicavit.

A. M.

A.M. 3681. Ol. 111. 1. Athenis Archon Hegesias.

R.C. 425. 427. F.M. Coss. { C. Pœtelius Libo Visolus II. / L. Papirius Cursor. } 428. C. 429. V. Ol. 113. 3. V 2. F.M.

Refert Livius, illius anni initio dilatis aliâ atque aliâ de causa comitiis, post Marcelli Dictatoris abdicationem, quartum decimum demum Interregem creasse Consules. Unde apparet eos Consules occepisse Magistratum circa Kalendas Octobris. Iis vero Coss. (quibus mortuus est Alexander ille magnus, juxta Diodorum (annis CDXXIX. post Romam conditam, atque CLXXXVI. post exactos reges, juxta quorundam chronologiam apud Clementem Alexandrinum, primo Stromateo;) & Alexandria demum exædificata, juxta Livium, præcipue respicientem, ut apparet, Epocham Alexandrini regni conditi eodem tempore, nempe anno CDXXV. Epochæ Nabonazari; quæ etiam Solino videtur præbuisse ansam erroris simili autem erroris occasione ipse Livius eidem anno imputat Alexandri Molossi interitum, qui sexennio antea contigit) Publilius Philo, alter Consulum anni præcedentis, primus Proconsul triumphavit de capta Palæopoli Græcâ urbe in Italiâ, Kalendis Maii. Eodem autem anno contra Samnites prospere pugnatum est.

A.M. 3682. Ol. 114. 2. Athenis Archon Cephisodorus.

R.C. 426. 428. F.M. Coss. { L. Furius Camillus II. / Dec. Junius Brutus Scæva } 429. C. 430. V. Ol. 113. 4. V. 3. F.M.

Brutus Consul, Vestinorum, qui cum Samnitibus societatem belli fecerant, rebus uno prælio accisis, oppida quoque eorum Cutinam & Cingliam primo impetu cepit. Verum Camillo, cui bellum Samniticum forte evenerat, implicito gravi morbo; ejus gerendi causâ L. Papirius Cursor Dictator creatus est, cum Q. Fabio Maximo Rulliano Magistro Equitum: qui quum contra Dictatoris edictum cum hostibus

quam proſperrime pugnaviſſet; vix demum ſuis & patris & Tribunorum plebis & populi Romani precibus veniam impetravit, quin illius imperio virgis cæſus & ſecuri percuſſus eſſet; abdicatus certe fuit. Porro circa hunc annum creati Cenſores, utique incertum qui, exiſtimantur Luſtrum feciſſe XXIV.

A. M. 3683. Ol. 1143. Athenis Archon Philocles, Laertio in vita Ariſtotelis, quem perinde ac Demoſthenem, eo anno mortuum eſſe refert. Vel Diocles.

R. C. 427. 429. F. M. Coſſ. { L. Papirius Curſor, Dictator / L. Papirius Craſſus Magiſter Equitum } 430. C. 431. V. O. 113. 4. F. M. 114. 1. V.

L. Papirius Curſor Dictator, poſt abdicationem Fabii Rulliani, creato Magiſtro Equitum L. Papirio Craſſo, de Samnitibus (quibuſcum primum dubiâ victoriâ certaverat, quod ejus exercitus infenſus ipſi Fabii gratiâ pugnare nollet) demum devictis, & ad pacem petendam denuo coactis, triumphavit, tertio nonas Martii. Ceterum ei quoque Dictatori, cum poſteriore Magiſtro Equitum, recentiores Faſtorum ordinatores poſt Haloandrum & Glareanum, Sigonius, Onuphrius, Marlianus, &c. aſcribunt integrum annum poſt exactum Camilli & Bruti Conſulatum, quum revera à Kalendis Octobribus, quibus præcedentes Coſſ. Magiſtratum occepiſſe videantur, ſummum quinquemeſtre ei competat: quod cum trimeſtri, quo Comitia anno eos præcedente dilata ſunt, pro anno ſupputetur, utpote pertingens quaſi ad exitum anni naturalis & urbis conditæ: quandoquidem clare ſignificet Livius ſub finem libri octavi, ipſum Papirium ſtatim poſt actum triumphum juſſu Senatus creaſſe novos Conſules: qui proinde denuò, ut & ſequentes diu poſtea, Magiſtratum inierint idibus Martiis, circa initium naturalis anni. Inde vero apud Diodorum Siculum, plane juxta Græcum morem, Conſules Romani accenſentur iis annis Olympiadicis & Archon-

tibus

tibus Athenienſium, quibus ad exitum tendentibus illi Magiſtratum iniverint.

A.M. 3684. Ol. 114.4. Athenis Archon Apollodorus, vel Archippus.

R. C. 428. 430. F. M. Coſſ. { C. Sulpicius Longus II / Q. Æmilius ſive Aulius Cerretanus } 431. C. 432. I. V. Ol. 114. 1. F. M. 2. V.

Sulpicius Samniticum recrudeſcens, Aulius Apulum novum bellum ſortiti ſunt.

A.M. 3685. Ol. 115. 1. Athenis Archon Archippus vel Neæchmus.

R. C. 429. 431. F. M. Coſſ. { Qu. Fabius Maximus Rullianus / L. Fulvius Curvus } 432. C. 433. V. Ol. 114. 2. F. M. 3. V.

Iis Coſſ. (qui, ut & ſequentes, una cum Archontibus Athenienſibus & annis Olympiadicis omiſſi ſunt apud Diodorum) A. Cornelius Coſſus Arvina Dictator creatus eſt cum M. Fabio Ambuſto Magiſtro Equitum, ſive Ludorum Romanorum, ſive rei gerendæ cauſâ. An autem ipſe de Samnitibus & Apulis, quos ancipiti, ac difficili prælio victos eſſe conſtat, an potius alter vel uterque Conſulum (ut colligitur ex Faſtis Marmoreis) triumphaverit; Fulvius quidem, Quirinalibus, Fabius vero 12. Kal. Martii; ambigitur.

A.M. 3686. Ol. 115. 2. Athenis Archon Apollodorus.

R. C. 430. 432. F. M. Coſſ. { T. Veturius Calvinus II / Sp. Poſtumius Albinus II } 433. C. 434. V. Ol. 114. 3. F. M. 4. V.

Iis Coſſ. cum toto Romano exercitu ſub jugum miſſis, & ad ignominioſam pacem ſpondendam adactis à Samnitibus ad furculas Caudinas: Comitiorum habendorum cauſa Q. Fabius Ambuſtus Dictator creatus eſt, cum P. Ælio Pæto Magiſtro Equitum: iiſq; vitio factis ſuffecti ſunt M. Æmilius Papus Dictator, & L. Valerius Flaccus Magiſter Equitum. Eum vero annum CDXXXIII. R. C. numerat Cicero tertio libro officiorum.

A. M. 3687. Ol. 115. 3. Athenis Archon Archippus.

R. C. 431. 433. F. M. Coſſ. { L. Papirius Curſor II. Q. Publilius Philo III. } 434. C. 435. V. Ol. 114. 4. F. M. 115. 1. V.

Eorum quoque Conſulum nomina apud Diodorum corrupta ſunt; qui per deditionem præcedentis anni Conſulum Samnitibus factam, quaſi ſoluto Populo Romano religione turpis fœderis ab iis ſponſi, bellum Samniticum redintegrarunt, ſtrenueque adminiſtrarunt, captâ Luceria, & receptis ſexcentis Equitibus Romanis obſidibus. Iiſdem vero Coſſ. juxta faſtos Marmoreos creati feruntur tres Dictatores, primum C. Mænius, cum M. Foſſio Flaccinatore Magiſtro Equitum, cauſâ exercendarum quæſtionum tum de Campanâ conjuratione, tum de ambitu; qui, ſive quod ipſe in quæſtionem vocaretur, ſive quod vitio factus diceretur, abdicavit; deinde L. Cornelius Lentulus, cum L. Papirio curſore, Conſulis filio, iterum rei contra Samnites gerendæ; ac demum T. Manlius Imperioſſus Torquatus III. cum L. Papirio Craſſo, Comitiorum habendorum cauſa. Quorum trium Dictatorum tantum unius, nempe Cornelii, ejuſque hæſitanter meminit Livius.

A. M. 3688. Ol. 115. 4. Athenis Archon Demogenes.

R. C. 432. 434 F. M. Coſſ. { L. Papirius Curſor III. Q. Aulius Cerretanus II } 435. C. 436. V. Ol. 115. 1. F. M. 2. V.

Papirius tertium Conſul, juxta potiores Annales, ſecundo triumphavit de Samnitibus, x. Kal. Septembris. Iis autem Coſſ. Cenſores C. Sulpitius Longus, dubius, & alter ignotus, ex Faſtorum Marmoreorum fragmentis exſtimantur creati, ſed aliquam ob cauſam abdicaſſe, nec luſtrum feciſſe.

A. M.

A. M. 3689. Ol. 116. 1. Athenis Archon Democlides.

R. C. 433. 335. F. M. Coss. { L. Plautius Venno / M. Fostlius Flaccinator } 436. C. 437. V. Ol. 115. 2. F. M. 3. V.

Iis Coss. Samnites biennii inducias ægre obtinuerunt. Apuli autem, Theanenses & Canusini ad deditionem coacti sunt. Iisdem Coss. Censores L. Papirius Crassus & C. Mænius lustrum fecere xxv. aliis duabus tribubus additis.

A. M. 3690. Ol. 116. 2. Athenis Archon Praxibulus.

R. C. 434. 436. F. M. Coss. { Q. Æmilius Barbula / C. Junius Bubulcus Brutus } 437. C. 438. V. Ol. 115. 3. F. M. 4. V.

Junius Consul Apuliam perdomuit. Æmilius Nerulum Lucanorum oppidum inopinato oppressum cepit.

A. M. 3691. Ol. 116. 3. Athenis Archon Nicodorus.

R. C. 435. 437. F. M. Coss. { Sp. Nautius Rutilus / M. Popilius Lænas } 438. C. 439. V. Ol. 115. 4. F. M. 116. 1. V.

Iis Coss. L. Æmilius Mamercinus Privernas Dictator iterum dictus est, cum L. Fulvio Curvo Magistro Equitum, rei contra Saticulam sociam Samnitum urbem gerendæ causâ.

A. M. 3692. Ol. 116. 4. Athenis Archon Theophrastus.

R. C. 436. 438. F. M. Coss. { L. Papirius Cursor IV / Q. Publilius Philo IV } 439. C. 443. V. Ol. 116. 1. F. M. 2. V.

Iis Coss. (quorum nomina Livii exemplaribus exciderant) Q. Fabius Maximus Rullianus Dictator dictus est, cum Q. Aulio Cerretano Magistro equitum, rei item ad Saticulam gerendæ causâ: ubi occiso Aulio, Magister Equitum suffectus est C. Fabius Ambustus, Dictatoris frater. Romani Saticulâ potiti, Soram

(quæ ad Samnites, potitos interim Pliſtiâ, defecerat) adorti ſunt. Cæterum iiſdem Coſſ. Glareanus locum Livii corruptum ratus, præponit annum Fabio Dictatore, ſine Conſulibus.

A. M. 3693. Ol. 117. 1. Athenis Archon Polemon.

R. C. 437. 439. F. M. Coſſ. { M. Pœtelius Libo. / C. Sulpicius Longus III } 440. C. 441. V. Ol. 116. 2. F. M. 3. V.

Iis Coſſ. Livio primum, Faſtis Marmoreis iterum, C. Mænius Dictator creatus eſt, cum M. Foſſio Flaccinatore Magiſtro Equitum, ſive Quæſtionum tunc demum exercendarum cauſâ, ut refert Livius, ſive rei gerendæ in Campaniâ. Sulpicius vero tertium Conſul, Sorâ, Auſonâ & Luceriâ receptis, de Samnitibus devictis triumphavit, Kal. Quinctilis. Eoſdem autem Coſſ. ſub hyemis finem exiiſſe Magiſtratu refert Livius.

A. M. 3694. Ol. 117. 2. Athenis Archon Simonides.

R. C. 438. 440. F. M. Coſſ. { L. Papirius Curſor V / C. Jun. Bubulcus Brutus II } 441. C. 442. V. Ol. 116. 3. F. M. 4. V.

Iis Coſſ. (quibus Nolam captam certum eſt, à quo, an à Junio Conſule, an à Dictatore incertum) C. Pœtelius Libo Viſolus Dictator creatus eſt, cum M. Pœtelio Libone (ſive M. Foſſio Flaccinatore iterum, ut habet Livius) Magiſtro Equitum, vel rei contra Samnites gerendæ, vel clavi contra peſtem figendi cauſâ.

A. M. 3695. Ol. 117. 3. Athenis Archon Hieromnemon.

R. C. 439. 441. F. M. Coſſ. { M. Valerius Maximus / P. Decius Mus } 442. C. 443. V. Ol. 116. 4. F. M. 117. 1. V.

Iis Coſſ. C. Sulpicius Longus Dictator creatus eſt, cum C. Junio Bubulco Bruto Magiſtro Equitum, ob gliſcentis

gliscentis belli Etrusci famam. Consulum autem uterque, vel saltem alter, nempe Valerius, triumphavit de Samnitibus Soranisque idibus Sextilis. Iisdem Coss. Censores Appius Claudius, postea Cæcus, qui viam Appiam munivit, & aquam Claudiam in urbem induxit, & C. Plautius in eodem honore cognominatus Venox, ab indagandis aquarum venis, lustrum fecerunt XXVI. triginta annis ab initio belli Samnitici, juxta Frontinum lib. de Aquæductibus.

A. M. 3696. Ol. 417. 4. Athenis Archon Demetrius Phalereus.

R. C. 440. 442. F. M. Coss. { C. Ju. Bubulcus Brutus III } 443. C. 444. V. Ol. 117. 1. F. M. 2. V.
{ Q. Æmilius Barbula II }

Eorum Consulum uterque triumphavit, Junius de Samnitibus nonis Sextilis, Æmilius de Etruscis idibus Sextilis.

A. M. 3697. Ol. 118. 1. Athenis Archon Charinus.

R. C. 441. 443. C. V. F. M. Coss. { Q. Fab. Max. Rullianus II } 444. C. 445. V. Ol. 117. 2. F. M. 3. V.
{ C. Marcius Rutilus }

Marcio Consule haud satis prosperè rem gerente contra Samnites, melius gerendæ causâ, ab altero Consule Fabio ex Senatus consulto L. Papirius Cursor Dictator iterum dictus, (circa mensem Quinctilem ac mediam æstatem, ut apparet ex Livio,) cum C. Junio Bubulco Bruto iterum Magistro Equitum, de iis ad Longulam maximâ clade affectis, tertiò admodum gloriosè triumphavit, idibus Octobris. Fabius autem Consul & ipse de fractis eodem anno ad Perusiam Etruscorum opibus, secundo triumphavit, mense proxime sequente, nempe idibus Novembris. Unde apparet manifestè falsum esse quod coguntur Fastorum ordinatores post Haloandrum exceptis tamen Cuspiniano & Glareano, & Onuphrius quidem perinvitus, ut ipse de se haud obscure fatetur, ei Papirii dictaturæ

dictaturæ annum integrum quaſi poſt exactum Fabii & Marcii Conſulatum aſſignare, contra diſerta Livii verba, Conſulumque ſeriem apud Diodorum & alios, Faſtorum Marmoreorum calculi obſervandi gratiâ; qui propterea hinc nûmerum annorum R.C. excedit noſtrum triennio, jam tantidem & Catonianus; quoad annos vero Olympiadicos, perinde ac Varronianus, biennio noſtro exceditur.

A. M. 3698. Ol. 118. 2. Athenis Archon Anaxicrates, quando Laertius in vitâ Epicuri eum Athenas rediiſſe ſcribit.

R. C. 442. 445. C. F. M. Coſſ. { Q. Fab. Max. Rullianus III / P. Decius Mus II } 446. V. Ol. 117. 4. V. F. M.

Utiq; tertium Fabii conſulatum ſecundo continuatum eſſe, ob egregiè domitam Etruriam, diſertè ſcribit Livius, eumque ipſum perinde anno primo Olympiadis CXVIII. conveniſſe, ut ſecundum quarto CXVII. Diod. Siculus; cæterum iis Coſſ. reliquiæ belli Etruſci confectæ, & Umbri ad deditionem compulſi ſunt.

A. M. 3699. Ol. 118. 3. Athenis Archon Coræbus, ſive ſacerdos Servatorum.

R. C. 443. 446. C. F. M. Coſſ. { Appius Claudius Cæcus / L. Volumnius Flamma Violens } 447. V. O. 118. 1. V. F. M.

Volumnio Conſule rem cum novis hoſtibus Sallentinis proſpere gerente, Fabius Proconſul Samnites ingenti Prælio victos & compulſos in caſtra, his obſeſſis captiſque, ſub jugum miſit. Iis autem Coſſ. Cenſores L. Valer. Maximus & C. Junius Bubulcus Brutus luſtrum fecerunt XXVII.

A. M.

A. M. 3700 Ol. 118. 4. Athenis Archon Xenippus vel Xenias.

R. C. 444. 447. C. F. M. Coss. { Q. Marcius Tremulus / P. Cornelius Arvina } 448. V. O. 118. 2. V. F. M.

Marcius Consul de Anagninis Hernicisque, quos tribus prœliis victos trinis castris exuerat, triumphavit, pridie Kal. Quinctilis: junctis autem suo & collegæ exercitibus triginta millia Samnitum occidit. Iis autem Coss. cum Carthaginiensium Legatis fœdus tertio renovatum est. Eorundem Coss. exitu P. Corn. Scipio Barbatus Dictator dictus est, cum P. Decio Mure Magistro Equitum, comitiorum habendorum causâ.

A. M. 3701. Ol. 119. 1. Athenis Archon Pherecles.

R. C. 445. 448. C. F. M. Coss. { L. Postumius Megellus / T. Minucius Augurinus } 449. V Ol. 118. 3. V. F. M.

Minucio Consuli, mortuo ex vulnere acceptō in prœlio contra Samnites, suffectus est M. Fulvius Curvus Pætinus, qui de iisdem devictis & capto Boviano triumphavit, (an item Postumius alter consul, ambigitur,) tertio nonas Octobris.

A. M. 3702. Ol. 119. 2. Athenis Archon Leostratus.

R. C. 446. 449. C. F. M. Coss. { P. Sempronius Sophus / P. Sulpicius Saverrio } 450. V. Ol. 118. 4. V. F. M.

Eorum Consulum (quos annis CDXLVIII. ab V. C. ac CCIV. post dedicatum Capitolium fuisse refert Plin. l. 33. cap. 1.) uterq; triumphavit juxta Faltos Marmoreos; Sempronius de Æquis propè ad internecionem deletis, (uno & quadraginta eorum oppidis oppugnando captis) VII. Kal. Octobris; Sulpicius vero de Samnitibus (quanquam Livius refert redditum iis fœdus eodem anno ante bellum Æquinum) IV. Kal. Novembris. Iisdem Coss. Censores Q. Fab.

Maximus Rullianus & P. Decius Mus, luſtrum fecerunt XXVIII. omni turbâ forenſi in quatuor tribus conjectâ. Eo autem tempore Pontificem maximum fuiſſe P. Cornel. Scipionem Barbatum, qui biennio ante fuerat Dictator, apparet ex Livio ſub finem lib. IX.

A. M. 3703. Ol. 119. 3. Athenis Archon Nicocles.

R. C. 447. 450. C.F.M. Coſſ. { Ser. Cornelius Lentulus / L. Genucius Aventinenſis } 451. V. Ol. 119. 1. V. F. M.

His Coſſ. factâ in Umbriam parvâ expeditione, duo millia armatorum prædonum in ſpeluncâ quadam flammis & fumo enecta ſunt.

A. M. 3704. Ol. 119. 4. Athenis Archon Calliarchus.

R. R. 448. 451. C.F.M. Coſſ. { M. Livius Denter / M. Æmilius Paullus } 452. V. Ol. 119. 2. V. F. M.

His Coſſ. C. Jun. Bubulcus Brutus Dictator creatus, cum M. Titinio Magiſtro Equitum, de Æquis primo congreſſu ſubactis octavo ſuſceptæ Dictaturæ die iterum triumphavit, III. Kal. Sextilis; Conſul vero Æmilius Cleonymum Lacedæmonium ducem navalem, qui appulſâ ad Italiæ littora claſſe Thurias urbem in Sallentinis cœperat, prœlio uno fugatum compulit in naves, Thuriaſque veteribus cultoribus reddidit. Deinde autem iiſdem Coſſ. M. Valerius Maximus Dictator dictus, cum M. Æmilio Paullo ex Conſule Magiſtro Equitum, de Marſis devictis, iterumq; fractis Hetruſcorum opibus triumphavit, uti ſcribit Livius prope initio libri X. nempe X. Kal. Decembris, ut ex fragmento Marmoreorum Faſtorum prope obliterato colligitur; cæterum ex eo fragmento, & alio eorundem Faſtorum fruſtulo adeo minuto, ut non ſatis conſtet ad quod tempus ſpectet, collato cum incerti auctoris

auctoris Chronico Consulari Cuspiniani, hic inserente Corvum II. & Rullianum; recentiores Fastorum ordinatores conjiciunt illum triumphum quartum actum esse, tanquam à M. Valerio Corvo Dictatore iterum, cum P. Sempronio Sopho imaginario Magistro Equitum; & quidem post Q. Fabium Maximum Rullianum Dictatorem etiam iterum, cum supra dicto Æmilio Magistro Equitum eodem anno, quasi post exactum ejus & Livii Consulatum integro sine Coss. subjiciendo, ut constet ratio calculi annorum V. C. Fastis Marmoreis exarati. Propterea hinc, ut Varronianus, solido quadriennio nostrum excedit; sed quoad annos Olympiadicos, perinde ac Catonianus, nostro convenit. His Coss. relatis ad annum tertium Olympiadis CXIX. (nimirum desinentem, more Græco) terminatur Diodori Siculi liber vicesimus ac postremus eorum qui extant.

A. M. 3705. Ol. 120. 1. Athenis Archon Hegemachus.

R. C. 449. 452. F. M. Coss. { Q. Appuleius Pansa / M. Valerius Corvus } 453. V. F. M. Ol. 119. 3. V.

M. Valerium ex Dictatura Consulem factum refert Livius, ambiguus utrum intelligat Corvum necne. Verùm ab eo quocunque Valerio bellum adversus Æquos adhùc rebellantes gestum est: ab Appuleio autem Nequinum in Umbria obsessum. Iisdem Coss. Auguribus & Pontificibus quaternis primum additi sunt ex Plebeis alii quinque augures & quatuor Pontifices, factique illi novem, hi octo.

A. M. 3706. Ol. 120. 2. Athenis Archon Euctemon.

R. R. 450. 453. C. Coss. { M. Fulvius Pætinus / T. Manlius Torquatus } 454. V. F. M. Ol. 119. 4. V.

Manlio Consuli profecto contra Etruscos Gallorum societatis fiducia bellum moventes, & mox mortuo ex

ex lapſu ab Equo, ſuffectus eſt M. Valerius Corvus VI. Conſul: cujus adventus in Caſtra Etruſcos compreſſit: Conſul autem Fulvius de Samnitibus Nequinatibuſque triumphavit VII. Kal. Octobris. Iiſdem Coſſ. Cenſores P. Sempronius Sophus, & P. Sulpicius Saverrio luſtrum fecerunt XXIX. duabus aliis tribubus additis: Principe Senatus ut colligitur è Plinii loco ſupra memorato, Q. Fabio Maximo Rulliano. Cæterum quod inter primum Valerii Corvi Conſulatum atque hunc poſtremum, Faſtorum Marmoreorum calculus interponit annos XLIX. Varronianus autem vulgaris minimum XLVII. Catonianus autem XLVI. noſter vero tantum XLV. Utique hac ex parte noſter calculus, præter Fabium & Diodorum & Livium, compluribus aliis auctoribus haud quaquam contemnendis magis comprobatur. Nempe M. Cicerone, libro de Senectute; Valer. Max. lib. VIII. cap. XIV. Plinio lib. 7. cap. 48. qui omnes ab initio primi ad finem poſtremi conſulatus Corvi colligunt ſummam annorum XLVI. præſertim vero Plutarcho, qui in vitâ Marii à primo Corvi conſulatu ad poſtremum ſcribit fuiſſe XLV. annos. Quare etiam hi ſane graviſſimi auctores, quamvis alias auctoritate Varronis abrepti de ætate Urbis Romæ ſecus ſtatuere videantur: hic tamen ubi res maximè requirebat, Livii & Diodori & Fabii (ut dicam etiam Catonis & Dionyſii) & noſtras rationes planè confirmant. Quid? quod etiam Polybius, qui libro primo & Diodoro & Dionyſio videtur fuiſſe auctor referendi Romæ à Gallis captivitatem ad initium anni 2di Olympiadis XCVIII. quum tamen ipſe eum annum haudquaquam nominet, ſed tantum innuat; libro ſecundo ubi alias eorum expeditiones ab eo tempore contra Romanos factas refert, noſtrum calculum utique confirmat omnium validiſſimè? Nam à Româ captâ ad ſocietatem Gallorum cum Etruſcis iniri cœptam modò expoſitis Coſſ. quadriennio ante bellum Fabio V.

&

& Decio IV. Coss. conficit summam annorum interjectorum summum LXXXVI. nempe XLI. completorum ante Corvi Monomachiam, ac XLV. inde ad sexti Consulatus ejus initium, omninò nostræ congruentem.

A. M. 3707. Ol. 120. 3. Athenis Archon Mnesidemus.

R. C. 451. 454. C. Coss. { L. Cornelius Scipio / Cn. Fulvius Maximus Centumalus } 455. V. F. M. Ol. 120. 1. V.

Fulvius Consul, juxta Fastos Marmoreos, vix suffragante Livio, de Samnitibus Etruscisque triumphavit, idibus Novembris.

A. M. 3708. Ol. 120. 4. Athenis Archon Antiphates.

R. C. 452. 455. C. Coss. { Q. Fabius Maximus Rullianus IV. / P. Decius Mus III. } 456. V. F. M. Ol. 120. 2. V.

Fabius Samnites ad Tifernum difficili prœlio vicit: Decius Apulos Samnitibus jungere se volentes ad Maleventum profligavit, inde ambo Consules Samnium omne devastarunt.

A. M. 3709. Ol. 121. 1. Athenis Archon Nicias.

R. C. 453. 456. C. Coss. { Ap. Claudius Cæcus II. / L. Volumnius Flamma Violens II } 457. V. F. M. Ol. 120. 3. V.

Eo anno Proconsules anni superioris prorogato in sex menses imperio, atque Consules (iidem decennii intervallo iterum creati, juxta Ciceron. libro de Senectute) Samnites & Etruscos acie vicerunt, multaq; eorum oppida cum ingenti prædâ cœperunt.

A. M. 3710. Ol. 121. 1. Athenis Archon Nicostratus.

R. C. 454. 457. C. Coss. { Q. Fab. Maximus Rullianus V. / P. Decius Mus IV } 458. V. F. M. Ol. 120. 4. V.

Eos Consules Livius haud dum exactâ hyeme

iniisse Magistratum significat. Quum autem Etrusci, Umbri, Samnites, & Galli junctis copiis bellum moverent; & ipsi sociis viribus illud aggressi sunt; & gravissimo ancipitique prœlio in agro Sentinate commisso, Decius quidem, secutus patris exemplum, cœdi se devovit pro salute Romani exercitus. Fabius vero de ipsis devictis triumphavit, pridie nonas Septembris. Cæterum eundem annum desinentem vel potius sequentem ineuntem, quadragesimum sextum ab initio belli Samnitici Consulatu Corvi tertio & Cossi, numerat Livius utique convenienter nostro calculo.

A. M. 3711. Ol. 121. 3. Athenis Archon Olympiodorus.

R. C. 455. 458. C. Coss. { L. Postumius Megellus II, M. Atilius Regulus } 459. V. F. M. Ol. 121. 1. V.

Eorum Coss. uterque triumphavit, juxta Fastos Marmoreos, neque hic satis conveniente iis Livio; Postumius de Samnitibus & Etruscis, VI. Kal. Aprilis; Atilius de Volsonibus & Samnitibus, V. Kal. April. Iisdem Coss. Censores P. Cornelius Arvina & C. Marcius Rutilus lustrum fecerunt XXX.

A. M. 3712. Ol. 121. 4. Athenis Archon Philippus.

R. C. 456. 459. C. Coss. { L. Papirius Cursor, Sp. Carvilius Maximus } 460. V. F. M. Ol. 121. 2. V.

Eorum quoque Coss. uterque triumphavit de Samnitibus, qui delectu sacro exercitum conflarunt; (Etruscis etiam ad pacem petendam compulsis;) Carvilius idibus Jan. Papirius idibus Febr. eademq; tempestate habita fuisse comitia consularia aperte significat Livius in fine libri 10.

A. M.

A. M. 3713. Ol. 122. 1. Athenis Archon, an Arrhenides ? Sub quo decretum ab Athenienſibus factum in gratiam Zenonis refert Laertius.

R. C. 457. 460. C. Coſſ. { Q. Fab. Maximus Gurges / D. Jun. Brutus Scæva } 461. V. F. M. Ol. 1213. V.

Fabius Gurges Conſul re malè geſtâ cum Samnitibus, patris Rulliani Legati Conſilio & operâ adjutus eos devicit. Iidem Coſſ. (quorum initio finitur 1ª Decas libr. Livii, 2da tota deficiente) exiſtimant Appium Claudium Cæcum Dictatorem dictum, comitiorum habendorum, alii quinquennio poſtea, rei gerendæ cauſa, cum C. Marcio Rutilo, vel ſi quo alio, Magiſtro Equitum.

A. M. 3714. Ol. 122. 2. Athenis Archon. *

R. C. 458. 461. C. Coſſ. { L. Poſtumius Megellus III / C. Jun. Brutus Bubulcus } 462. V. F. M. Ol. 121. 4. V.

Iis Coſſ. Fabius Gurges Proconſul triumphavit de Samnitibus, ſub Kal. Sextilis; C. Pontio eorum duce captivo in triumphum ducto, & ſecuri percuſſo. Iiſdem Coſſ. ſæviente peſte, immanis anguis, Æſculapii nomine, Epidauro Romam advectus eſt.

A. M. 3715. Ol. 122. 3. Athenis Archon *

R. C. 459. 462. C. Coſſ. { P. Cornelius Rufinus / Manius Curius Dentatus } 463. V. F. M. Ol. 122. 1. V.

Ii Coſſ. ambo triumpharunt de Samnitibus quaſi debellatis, & confecto bello Samnitico, quod per 49. annos geſtum fuit juxta calculos Eutropii & Oroſii, noſtro prorſus congruentes; Curius vero etiam iterum eodem ſuo Conſulatu triumphavit, nempe de Sabinis, qui rebellaverunt, devictis & ad deditionem rurſum adactis.

A. M.

A. M. 3716. Ol. 122. 4. Athenis Archon *

R. C. 460. 463. C. Coſſ. { M. Valerius Corvinus / Q. Cædicius Noctua } 464. V. F. M. Ol. 122. 2. V.

Iis Coſſ. Curius Dentatus Proconſul de Lucanis devictis ovans urbem ingreſſus eſt: quanquam id quoque anteà Conſul feciſſe quibuſdam exiſtimatur. Iiſdem Coſſ. Cenſores, incertum qui, luſtrum fecerunt XXXI.

A. M. 3717. Ol. 123. 1. Athenis Archon. *

R. C. 461. 464. C. Coſſ. { Q. Marcius Tremulus II / P. Cornelius Arvina II } 465. V. F. M. Ol. 122. 3. V.

Circa id tempus Triumviri capitales Romæ primum creati ſunt.

A. M. 3718. Ol. 123. 2. Athenis Archon Philippus.

R. C. 462. 465. C. Coſſ. { M. Claudius Marcellus / C. Nautius Rutilus } 466. V. F. M. Ol. 122. 4. V.

Iis Coſſ. vel ſequentibus, facta eſt tertia ſeceſſio plebis Romanæ à Patriciis, poſt graves & longas ſeditiones, maximè propter æs alienum, in Janiculum montem: unde à Q. Hortenſio Dictatore, cui M. Livius Denter exiſtimatur fuiſſe Magiſter Equitum, ſtabilitâ lege, ut plebiſcita pro legibus haberentur, & quodcunque plebs juſſiſſet, omnes Quirites teneret, deducta eſt. Mortuus autem eſt Hortenſius in Dictaturâ. Indeque quidam Q. Fab. Maximum Dictatorem tertiò creatum, cum L. Volumnio Flamma Violente Magiſtro Equitum, rei contra hoſtes urbi ſeditione laboranti, & Conſulibus deſtitutæ imminentes gerendæ cauſâ tradunt. Per eas itaque turbas apparet, diem ineundi Conſulatus dilatum ac mutatum eſſe rurſum in Kal. vel idus Quinctiles, ac quintum menſem

menſem naturalem: quâ tempeſtate ſolennem fuiſſe tempore Pyrrhi in Italiam adventus apparet, ac initio primi belli Punici conſtat. Ea autem quaſi quadrimeſtris comitiorum dilatio deinceps tanquam annus imputabitur calculo Varroniano; qui propterea inde exceſſerit noſtrum toto quinquennio quoad numerum annorum R. C. verum quoad annos Olympiadicos, perinde ac Catonianus ac Faſtorum Marmoreorum, noſtro ferè convenerit.

A. M. 3719. Ol. 123. 3. Athenis Archon. *

R. C. 463. 466. C. Coſſ. { M. Val. Max. Potitus } 467. F. M.
{ C. Ælius Pætus } 468. V.

Circa id tempus Samnites initâ cum Lucanis & Brutiis ſocietate, à Romanis denuo defecerunt.

A. M. 3720. Ol. 123. 4. Athenis Archon. *

R. C. 464. 467. C. Coſſ. { C. Claudius Canina } 468. F. M.
{ M. Æmilius Lepidus vel Barbula } 469. V.

Circa id tempus Galli Senones, redintegratâ ſocietate cum Etruſcis & Samnitibus, contra Romanos redivivum bellum moliri cœperunt, interjecto decennio poſt proximam expeditionem, Fabio & Decio Coſſ. juxta Polybium libro ſecundo.

A. M. 3721. Ol. 124. 1. Athenis Archon. *

R. C. 465. 468. C. Coſſ. { C. Servilius Tucca } 469. F. M.
{ L. Cæcilius Metellus } 470. V.

Iis Coſſ. apparet ex Polybio collato cum abbreviatore Livii & Oroſio, Legatos Romanorum à Gallis Aretium obſidentibus trucidatos fuiſſe.

A. M. 3722. Ol. 124. 2. Athenis Archon. *

R. C. 466. 469. C. Coſſ. { P. Cornelius Dolabella } 470. F. M.
{ Cn. Domitius Calvinus } 471. V.

Iis Coſſ. Galli Senones poſtquam L. Cæcilium prætorem, cum potiſſima patte exercitus ejus, occidiſſent, (quod alii exiſtimant factum anno precedente, eodem Conſule, forte quia eadem æſtate factum eſt:) à Manio Curio Dentato in Cæcilii locum ſuffecto, ac Dolabellâ Conſule univerſe ad internecionem cæſi & deleti ſunt: ſed & Boii Galli cum Etruſcis ad Vadimonis lacum devicti ſunt. Dolabella autem cui conſuli anno 4to ante Pyrrhi expeditionem in Italiam id aſcribit Dionyſius, quinto legationum fragmento, de ipſis triumphaſſe exiſtimatur.

A. M. 3723. Ol. 124. 2. Athenis Archon. *

R. C. 467. 470. C. Coſſ. { C. Fabricius Luſcinus } 471. F. M.
{ Q. Æmilius Papus } 472. V.

Æmilius videtur Boios & Etruſcos iterum deviciſſe anno tertio ante Pyrrhi adventum in Italiam, juxta Polybium. Fabricius vero Conſul de Samnitibus Lucanis Brutiiſque obſidentibus urbem Thurinam, magno prælio, cui ipſe Mars præſens auxilio Romanis credebatur interfuiſſe, devictis triumphavit 3° nonas Martii.

A. M. 3724. Ol. 124. 4. Athenis Archon. *

R. C. 468. 471. C. Coſſ. { L. Æmilius Barbula } 472. F. M.
{ Q. Marcius Philippus } 473. V.

Iis Coſſ. ſuſceptum eſt à Romanis bellum contra Tarentinos, qui claſſem eorum diripuerunt, & legatos queſtum de injuria miſſos violaverunt. Philippus vero Conſul de Etruſcis triumphavit Kal. Aprilis.

A. M.

A. M. 3725. Ol. 125. 1. Athenis Archon Gorgias.

R. C. 469. 472. C. Coss. { P. Valerius Lævinus / Tiberius Coruncanius } 473. F. M. 474. V.

Coruncanius Consul de Vulsinienſibus & Vulcientibus Etruſcis triumphavit, Kal. Februarii. Sub initium autem veris inſequentis, Pyrrhum Epirotarum regem Tarentinis auxilio contra Romanos adventem in Italiam, Consul Lævinus primum excepit ad Sirim amnem in Lucaniâ, prælio non ſatis proſpero, turbatis militum ordinibus inuſitatâ ſpecie Elephantorum ſive boum Lucarum tunc primum in Italiâ viſorum; deinde verò adventanti Romam profectus obviam Coruncanius, poſt res in Hetruriâ Provinciâ ſuâ proſperè geſtas, (unde apparet initum fuiſſe conſulatum æſtate præcedente) coegit eum retrocedere, ac per Legatos pacem tentare: quæ conſilio Appii Cæci, à Senatu Populoque Romano ei negata eſt, circa initium ſequentium Conſulum. Porrocirca idem tempus Æmilius Barbula Proconſul triumphavit de Tarentinis, Samnitibus, & Sallentinis ſexto idus Quinctilis. Iiſdem Coss. creati ſunt Cenſores Q. Fabius Maximus Gurges, ut exiſtimatur, & Cn. Domitius Calvinus, qui primus è plebe luſtrum fecit, nempe XXXII. Eum vero annum Urbis conditæ putat Plinius lib. XVI. capite X. CDLXX. tanquam completum, (ſicut A. Gellius, libro XVII. ult. c.) at libro VIII. cap. VI. CDLXXII. quemadmodum Solinus, capite XXVIII. Cicero autem libro de Senectute, decimum ſeptimum à ſecundo Appii Cæci conſulatu.

Pyrrhi adventus in Italiam

A. M. 3726. Ol. 125. 2. Athenis Archon Anaxicrates. Eo Archonte & anno 2do Olympiadis 125. quâ ſtadio vicit Ladas Argienſis, Gallos Brenno duce templum

Dèlphicum ſpoliare adortos, deleţos eſſe ſcribit Pauſanias in Phocicis ſive libro 10.

R.C. 470. 473. C. Coſſ. { P. Sulpicius Saverrio — 474. F. M. / P. Decius Mus — 475. V.

Is quoque Decius Conſul avi ac patris exemplo, fertur neci ſe devoviſſe in prælio dubio contra Pyrrhum ad Aſculum.

A. M. 3727. Ol. 125. 3. Athenis Archon Democles. Eo Archonte, anno nempe in ſequente cladem Gallorum Delphicam, alios ex iis trajiciſſe in Aſiam refert Pauſan. in Phocic. lib. 10.

R. C. 471. 474. C. Coſſ. { C. Fabricius Luſcinus II — 475. F. M. / Q. Æmilius Papus II — 476. V.

Fabricius iterum Conſul poſt diſceſſum Pyrrhi, cui transfugam proditorem remiſerat, in Siciliam; iterum triumphavit de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, & Samnitibus, idibus Decembris. Circa idem verò tempus fœdus quartò cum Pœnis renovatum eſt.

A. M. 3728. Ol. 125. 4. Athenis Archon. *

R. C. 472. 475. C. Coſſ. { P. Cornelius Rufinus II — 476. F. M. / C. Junius Brutus Bubulcus II — 477. V.

Rufinus, juxta Frontinum lib. tertio ſtratagematum, Crotonem quæ defecerat ſtratagemate recepit: Junius verò, juxta Faſtos Marmoreos, de Lucanis & Bruttiis triumphavit, nonis Januarii.

A. M. 3729. Ol. 126. 1. Athenis Archon. *

R. C. 473. 476. C. Coſſ. { Q. Fabius Maximus Gurges II — 477. F. M. / C. Genucius Clepſina — 478. V.

Fabius Gurges ſecundo Conſul, ſecundum triumphum egit de Samnitibus, Lucanis, & Bruttiis, Quirinalibus.

rinalibus. Iisdem vero Coss. P. Cornelius Rufinus Dictator, cum C. Ælio Pæto, aut siquo alio Magistro Equitum, clavi contra prodigiosam Romæ pestem figendi causâ, creatus esse existimatur.

A. M. 3730. Ol. 126. 2. Athenis Archon. *

R. C. 474. 477. C. Coss. { Manius Curius Dentatus II } 478. F. M. / { L. Cornelius Lentulus Caudinus } 479. V.

Eorum Consulum uterq; triumphavit; Curius jam tertium, vel ut quidam putant quartum, speciosissimè de Samnitibus, atque Pyrrho, postquam ex Siciliâ reversus erat, ad Beneventum Lucaniæ in Auruncis campis ingente pugna devicto castrisque exuto, & extremum Italiâ expulso, sub Mensem Februarium; Elephantis etiam Romæ in triumpho ductis: Lentulus autem de Samnitibus & Lucanis, Kalendis Martii. Iisdem Coss. Censores C. Fabricius Luscinus, & Q. Æmilius Papus Lustrum fecerunt XXXIII. qui etiam Senatu moverunt P. Rufinum qui Consul bis & Dictator fuerat, quod decem pondo argentea vasa possideret.

A. M. 3731. Ol. 126. 3. Athenis Archon. *

R. C. 475. 478. C. Coss. { Manius Curius Dentatus III } 479. F. M. / { Ser. Cornelius Merenda } 480. V.

Iis Coss. Tarentini cum Milone Pyrrhi præfecto in arce relicto venientes in dissidium, Legatis Romam missis inducias à Romanis impetrarunt.

A. M. 3732. Ol. 126. 4. Athenis Archon. *

R. C. 476. 479. C. Coss. { C. Fabius Dorso Licinus } 480. F. M. / { C. Claudius Canina II } 481. V.

Pro C. Fabio Licino, haud satis scitur, an poni, vel mortuo Magistratu suffici debeat C. Fabricius Luscinus

Luſcinus III. Canina vero iterum Conſul triumphavit de Lucanis, Samnitibus, Bruttiiſque, Quirinalibus. Iis autem Coſſ. Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex miſſis Legatis & muneribus amicitiam cum Romanis pepigit.

A. M. 3733. Ol. 127. 1. Athenis Archon. *

R. C. 477. 480. C. Coſſ. { L. Papirius Curſor II } 481. F. M.
{ Sp. Carvilius Maximus II } 482. V.

Eorum Coſſ. uterque jam iterum triumphavit de Lucanis, Bruttiis, Samnitibus, (iis quidem tunc demum prorſus debellatis poſt annos propè ſeptuaginta, juxta Livium libro XXXI.) atque Tarentinis ad deditionem coactis. Iiſdem Coſſ. Cenſores Manius Curius Dentatus & L. Papirius Curſor, alius à Conſule, exiſtimantur Luſtrum feciſſe XXXIV. anno XL. ab Appii Cenſurâ & CDLXXXI. R. C. juxta Frontinum, libro de Aquæductibus.

A. M. 3734. Ol. 127. 2. Athenis Archon Pytharatus, quando Epicurum mortuum refert Cicero I. de Fato, & Laertius in ejus vitâ.

R. C. 478. 481. C. Coſſ. { Quinctius Claudus } 482. F. M.
{ L. Genuſius Clepſina } 483. V.

Iis Coſſ. Legio militum Romanorum, quæ anno primi adventus Pyrrhi in Italiam, Rhegium miſſa in præſidium, occiſis civibus eam urbem occupaverat; obſeſſa à Genucio & ad deditionem coacta, Romam miſſa, in foro virgis cæſa, & ſecuri percuſſa eſt.

A. M.

A. M. 3735. Ol. 127. 3. Athenis Archon. *

R. C. 479. 482. C. Coss. { C. Genucius Clepsina II } 438. F. M.
{ Cn. Cornelius Blasio. } 484. V.

Blasio Consul de Sassinatibus Umbris triumphavit.

A. M. 3736. Ol. 127. 4. Athenis Archon *

R. C. 480. 483. C. Coss. { C. Fabius Pictor } 484. F. M.
{ Q. Ogulaius Gallus } 485. V.

Iis Coss. Argentum Romæ primo signari cœptum est, anno CDLXXXV. Urbis conditæ, & annis quinque ante Punicum bellum, juxta Plinium, libro XXXIII. capite III.

A. M. 3737. Ol. 128. 1. Athenis Archon *

R. C. 481. 484. C. Coss. { P. Sempronius Sophus } 485. F. M.
{ Ap. Claudius Crassus } 486. V.

Eorum Coss. uterque triumphavit de Picentibus devictis; quibus pax data est. Iisdemque Coss. coloniæ ductæ, Ariminum in Piceno, & Beneventum in Samnio.

A. M. 3738. Ol. 128. 2. Athenis Archon *

R. C. 482. 485. C. Coss. { M. Atilius Regulus } 486. F. M.
{ L. Julius Libo } 487. V.

Eorum quoque Coss. uterque triumphavit de Sallentinis sive Calabris devictis, & Brundusio capto; Atilius octavo, Julius septimo Kalendas Februarii.

A. M. 3739. Ol. 128. 3. Athenis Archon *

R. C. 483. 486. C. Coss. { Numerius Fabius Pictor } 487. F. M.
{ Decius Junius Pera } 488. V.

Eorum Coss. uterque bis triumphavit eodem anno, de

de Saſſinatibus ſive Sarſinatibus, circa initium Octobris, ac de Sallentinis, Meſſapiiſque initio Februarii. Atq; ità demum tota fere Italia Romanis ſubjugata fuit.

Inde vero, nempe ſub exitum eorundem Conſulum atque anni tertii Olympiadis centeſimæ viceſimæ octavæ, occaſione Legationis Mamertinorum ſive Meſſanenſium Siciliæ, opem petentium contra Carthaginenſes; cœptum eſt deliberari à Senatu populoq; Romano de Bello Punico, juxta Dionyſium Halicarnaſſeum qui illum hiſtoriæ ſuæ terminum poſuit ſub finem Procemii, atque Polybium.

A.M. 3740. Ol. 128.4. Athenis Archon *

R. C. 484. 487. C. Coſſ. { Q. Fabius Maximus Gurges III } 488. F. M.
{ L. Mamilius Vitulus } 489. V.

Pro Fabio quidam referunt M. Valerium Maximum. Iis Coſſ. inter deliberationem de bello contra Pœnos, ut noſcerentur Civitatis vires, Cenſus habitus eſt. Cenſores Cn. Cornelius Blaſio, & C. Marcius Rutilus iterum, (qui in eo honore Cenſorinus cognominatus eſt, quia concione vocatâ Populum Romanum redarguit, quod ſe bis Cenſorem feciſſet, & lege latâ cavit ne cui eum magiſtratum bis petere liceret;) Luſtrum fecerunt XXXV. Principe Senatus Q. Fabio Maximo Gurgite. Eodem anno videtur Quæſtorum numerus duplicatus factuſque octonarius. Iiſque temporibus aut proximè ſequentibus Tiberius Coruncanius fuit Pontifex Maximus, primus è plebe.

A.M.

A. M. 3741. Ol. 129. 1. vel 128. 4. desinente
Ante Ev. 292.

Athenis Archon Diognetus. Marmoris Arundeliani terminus. Cujus initium, ab initio regni Cecropis Athenis, ante annos 1318. ante Evangelium 1010. anno à Conditu Mundi, 2423.

R. C. 485. 488. C. Coss. { Ap. Claudius Caudex } 489. F. M.
{ M. Fulvius Flaccus } 490. V.

Iis Coss. (quorum alter, Fulvius de Vulsinienſibus libertinis, qui oppreſſis dominis ſuis urbis regimen occuparunt, triumphavit, Calendis Novembris) poſt multam & longam deliberationem ſuſcepto à Romanis primo Bello Punico ſive contra Carthaginenſes, prætextu defenſionis Mamertinorum in Siciliâ; illorum arma per Ap. Claudium Conſulem primum mota ſunt extra Italiam, anno primo centeſimæ viceſimæ nonæ Olympiadis, juxta Polybium libro primo. Appius autem trajecto mari proſperè pugnavit & contra Pœnos Meſſanam obſidentes, & contra Hieronem Regem Siracuſanum eorum amicum. Eum verò annum Romæ conditæ numerat Livius initio triceſimi primi libri, juxta Catonem, CDLXXXVIII. itemque Eutropius, libro ſecundo; & Solinus capite ſecundo, ut quidem legit Cuſpinianus, aliter CDLXXXIX. ſicut Velleius, & Plinius, libro XXXV. capite IV. & libro XXXIII. capite III. Videtur Plinius eundem putare CDXC. ſicut A. Gellius libro XVIII. capite ultimo. Idem verò Plinius libro VII. capite ultimo, videtur putare eundem annum tantummodo CDLXXXVI. V. C. uno duntaxat anno excedens noſtrum calculum. Cæterum Oroſius libro quarto putans eundem CDLXXXIII. biennio, ut & in præcedentibus & ſequentibus plerumq; exceditur à noſtro.

A. M. 3742. Ol. 129. 2. vel 1. def.

R. C. 486. 489. C. Coſſ. { Manius Valerius Maximus } 490. F. M.
{ Manius Octacilius Craſſus } 491. V.

Valerius Conſul triumphavit, decimo ſexto Calendas Aprilis de Pœnis devictis, & Rege Siculorum Hierone ad pacem petendam adacto, deque captis aut in fidem receptis cum aliis Siciliæ civitatibus, tum in primis Meſſanâ, unde etiam cognominatus eſt Meſſalla. Idemque eodem anno primum Romæ horologium in publico ſtatuit ſecundum Roſtra in columnâ, uti refert Plinius in fine libri VII. Atque eodem anno Romæ primum munus Gladiatorium à duobus Brutis, in patris defuncti funebrem memoriam, editum fertur. Porro autem eodem anno Cn. Fulvius Maximus Centumalus Dictator creatus fuit, cum Q. Marcio Philippo Magiſtro Equitum, clavi contra peſtem graſſantem figendi cauſâ.

A. M. 3743. Ol. 129. 3. vel 2. def.

R. C. 487. 490. C. Coſſ. { L. Poſtumius Megellus } 491. F. M.
{ Q. Mamilius Vitulus } 492. V.

Ii Conſules Agrigentum Siciliæ, quod à Pœnorum duce Annibale tanquam arx belli contra Romanos tenebatur, obſidentes, Pœnis fame ad dimicationem adactis & devictis cœperunt.

A. M. 3744. Ol. 129. 4. vel 3. def.

R. C. 488. 491. C. Coſſ. { L. Valerius Flaccus } 492. F. M.
{ T. Otacilius Craſſus } 493. V.

Iis Coſſ. Romani primùm claſſem belli gerendi cauſâ, conſtructis viginti triremibus ac centum quinquiremibus, compararunt.

A. M.

A. M. 3745. Ol. 130. 1. vel 129. def.

R. C. 489. 492. C. Coss. { Cn. Cornelius Scipio Asina } 493. F. M.
{ C. Duilius } 494. V.

Cornelio, cui classis commissa erat, capto ab Annibale, Duilius à pedestribus copiis ad navales se conferens, devictâ classe Punicâ, captisque multis navibus cum ipsâ prætoriâ, ex quâ effugiens Annibal vix demum incolumis Carthaginem pervenit, primus Romanorum ducum navalis victoriæ triumphum egit, Calendis Intercalaribus.

A. M. 3746. Ol. 130. 2. vel 1. def.

R. C. 490. 493. C. Coss. { L. Cornelius Scipio } 494. F. M.
{ C. Aquillius Florus } 495. V.

L. Scipio Consul de Pœnis & Corsis & Sardis devictis in Sardiniâ, occiso Annone Pœnorum duce, vastatisque insulis Sardiniâ & Corsicâ triumphavit, quinto idus Martii.

A. M. 3747. Ol. 130. 3. vel 2. def.

R. C. 491. 494. C. Coss. { A. Atilius Calatinus } 495. F. M.
{ C. Sulpicius Paterculus } 496. V.

Iis Coss. Aquilius Proconsul de Pœnis triumphavit quarto nonas Octobris, juxta Fastos Marmoreos. Atilius vero Consul in Siciliâ captis aliquot urbibus, devictaque iterum classe Pœnorum duce Annibale, (qui deinde à militibus suis cruci affixus est) ad Camerinam insidiis circumventus, Calpurnii Flammæ Tribuni militum virtute evasit. Sulpicius autem re bene gestâ in Sardiniâ de Pœnis & Sardis triumphavit tertio nonas Octobris. Iisdem Coss. Censores C. Duilius & (ut existimatur) L. Cornelius Scipio lustrum fecerunt XXXVI.

A. M. 3748. Ol. 130. 4. vel 3. def.

R. C. 492. 495. C. Coſſ. { C. Atilius Regulus } 496. F. M.
{ Cn. Cornelius Blaſio II } 497. V

Iis Coſſ. Q. Ogulnius Gallus Dictator creatus eſt, cum M. Lætorio Planciano Magiſtro Equitum, Latinarum Feriarum cauſâ. Ac A. Atilius Proconſul vel Prætor ex Sicilia de Pœnis triumphavit XIV. Kal. Februarii. Porro C. Atilius Regulus Conſul (qui exiſtimatur cognominatus Serranus, quod à ſerendo agro vocaretur ad Magiſtratum) de Pœnis devictis, Liparaque & Melita Inſulis Siciliæ vicinis in poteſtatem redactis, navalem triumphum egit VIII. Kal. Februarii.

A. M. 3749. Ol. 131. 1. vel 130. 4. def.

R. C. 493. 496. C. Coſſ. { L. Manlius Vulſo Longus } 497. F. M.
{ Q. Cædicius. } 498. V.

Cædicio mortuo ſuffectus eſt M. Atilius Regulus II. Ii Coſſ. denuo victis mari Pœnis bellum in ipſam Africam tranſtulerunt. Unde revocatus Manlius navalem triumphum egit. Regulus vero poſt res aliquamdiu proſperè ibi geſtas contra duos Aſdrubales & Amilcarem duces, interfectumque ſerpentem portentoſæ magnitudinis, demum duce Punici exercitus Xanthippo Lacædemonio, magno prælio victus captuſque eſt.

A. M. 3750. O. 131. 2. vel 1. def.

R. C. 494. 457. C. Coſſ. { Ser. Fulvius Pætinus Nobilior } 498. F. M.
{ M. Æmilius Paullus } 499. V.

Iii Coſſ. inſigni victoriâ navali ad Clupeam potiti, centum & quatuor navibus Carthaginienſium demerſis, triginta captis, ac triginta quinque millibus militum cæſis; claſſem victricem prædâ onuſtam in Italiam reducentes maximâ ex parte horrendo naufragio perdiderunt.

A. M.

A. M. 3751. Ol. 131. 3. vel 2. def.

R. C. 495. 498. C. Coss. { Cn. Cornelius Scipio Asina II } 499. F. M.
{ A. Atilius Calatinus II } 500. V.

Ii Coss. (quorum Scipio antea ex Consule captivus, jam ex captivo iterum Consul factus est) Panormum Pœnorum in Sicilia urbem obsidione ceperunt. Proconsules autem Fulvius & Æmilius, etiamsi tantum naufragium passi, tamen navales triumphos egerunt, ille XIII. hic XII. Kal. Februarii.

A. M. 3752. Ol. 131. 4. vel 3. def.

R. C. 496. 499. C. Coss. { Cn. Servilius Cæpio } 500. F. M.
{ C. Sempronius Blæsus } 501. V.

Ii Coss. classe maritimam Africæ oram depopulati, demum in Syrtes impegerunt: ac deinde in reditu iterum, coortâ ingente tempestate, centum quinquaginta naves onerarios & prædam amiserunt. Scipio autem Proconsul triumphavit de Pœnis decimo Kalendas Aprilis: atque nihilominus Consul Sempronius de iisdem triumphavit ipsis Calendis ejusdem mensis. Iisdem vero Coss. creati Censores, D. Junius Pera, & L. Postumius Megellus, qui idem Prætor erat; hoc mortuo, ille abdicavit.

A. M. 3753. Ol. 132. vel 131. 4. def.

R. C. 497. 500. C. Coss. { C. Aurelius Cotta } 501. F. M.
{ P. Servilius Geminus } 502. V.

Cotta Consul cum multa prælia in Siciliâ contra Pœnos feciisset, ac disciplinam militarem à suis severè exegisset, de Pœnis & Siculis triumphavit, idibus Aprilis. Iis autem Coss. Censores M. Valerius Maximus Messalla & P. Sempronius Sophus lustrum fecerunt XXXVII.

A. M. 3754. Ol. 132. 2. vel 1. def.

R. C. 498. 501. C. Coſſ. { L. Cæcilius Metellus } 502. F. M.
{ C. Furius Pacilus } 503. V.

Metellus Conſul magno prælio vicit Pœnos Aſdrubale duce ad Panormum, cæſis præter viginti millia militum viginti ſex Elephantis, captis autem amplius centum; qui deinde per Italiam oſtentati ſunt. Atque poſt id prælium Regulus captivus à Pœnis dimiſſus Romam, impetrandæ pacis cauſâ, eam diſſuaſit, ultroque ad certiſſimam necem rediit. Cæterum liquet ex Polybio illos Coſſ. Magiſtratum iniviſſe mediâ æſtate.

A. M. 3755. Ol. 132. 3. vel 2. def.

R. C. 499. 502. C. Coſſ. { C. Atilius Regulus II } 503. F. M.
{ L. Manlius Vulſo II } 504. V.

Iis Coſſ. Metellus Proconſul de Pœnis triumphavit, ſeptimo idus Septembris. Ipſi vero Coſſ. cum reparatâ denuo claſſe ad obſidendum Lilybæum miſſi, à Pœnis duce Annibale Amilcaris filio victi ſunt.

A. M. 3756. Ol. 132. 4. vel 3. def.

R. C. 500. 503. C. Coſſ. { P. Claudius Pulcher } 504. F. M.
{ L. Junius Pullus } 505. V.

Ii Coſſ. (quibus Ludos ſeculares quartos juxta Antiatem celebratos fuiſſe apparet ex Abbreviatore Livii lib. XLIX. collato cum Cenſorino & Zoſimo, tranſactis annis DII. R. C. juxta Catonis calculum, labente anno DV. juxta Varronis, uſurpatum etiam à Plinio, libro XV. capito primo) ingentem cladem ad Drepani portum partim ab hoſtibus, partim naufragio temeritate ſuâ acceperunt; quum etiam auſpicia ſpreviſſe atque irriſiſſe dicerentur. Quapropter Junius vel ab hoſtibus captus eſſe, vel necem ſibi

sibi conscivisse fertur. Claudius vero vel populi judicio condemnatus, vel saltem domum revocatus Dictatorem dicere jussus, itidem per ludibrium, M. Claudium Gliciam, Scribam ac viatorem suum, extremæ sortis hominem, dixit. Quo coacto abdicare, Dictator creatus est A. Atilius Calatinus, cum L. Cæcilio Metello Magistro Equitum: isque profectus in Siciliam primus ac solus Dictator ante Julium Cæsarem, extra Italiam exercitum duxit.

A. M. 3757. Ol. 133. vel 132. 4. def.

R. C. 501. 504. C. Coss. { C. Aurelius Cotta II. } 505. F. M.
{ P. Servilius Geminus II } 506. V.

Ii Coss. Drepano & Lilybæo oppugnandis classem Punicam ab oræ Italicæ devastatione avocare stategerunt.

A. M. 3758. Ol. 133. 2. vel 1. def.

R. C. 502. 505. C. Coss. { L. Cæcilius Metellus II } 506. F. M.
{ Numerius Fabius Buteo. } 507 V.

Metellus ad Lilybæum, Fabius ad Drepanum rem gessit, & †Columbariam Insulam cepit: Punicâ classe Italiæ oram vexante. Iis Coss. Censores A. Atilius Calatinus, & A. Manlius Torquatus Atticus Lustrum fecerunt XXXIIX.

†f. Columbariam.

A. M. 3759. Ol. 133. 3. vel 2. def.

R. R. 503. 506. C. Coss. { M. Otacilius Crassus II } 507. F. M.
{ M. Fabius Licinus } 508. V.

Iis Coss. nihil aliud memorabile gestum scribitur, quam quod Claudia, Claudii haud ita pridem Consulis soror, mulctata sit ob linguæ petulantiam, quod à ludis divertens quum à turbâ premeretur dixisset, utinam frater meus viveret, iterumque classem (scilicet perdendam) duceret. Cæterum iisdem Coss. Tiberius Corunca-

Coruncanius Dictator creatus eſt cum M. Fulvio Flacco Magiſtro Equitum, Comitiorum habendorum cauſâ.

A. M. 3760. Ol. 133. 4. vel 3. def.

R. C. 504. 507. F. M. Coſſ. { M. Fabius Buteo } 508. F. M.
{ C. Atilius Pullus } 509. V.

M. Fabius Buteo Conſul claſſem Punicam in Africo mari apud Ægimurum cædens, triumphi materiam tempeſtatis interventu amiſit. Eodem anno Romani Fregellas coloniam duxerunt.

A. M. 3761. Ol. 134. 1. vel 133. 4. def.

R. C. 505. 508. C. Coſſ. { A. Manlius Torquatus Atticus } 509. F. M.
{ C. Sempronius Blæſus II } 510. V.

Iis Coſſ. Brunduſium colonia deducta eſt, ut refert Velleius.

A. M. 3762. Ol. 134. 2. vel 1. def.

R. C. 506. 509. C. Coſſ. { C. Fundanius Fundulus } 510. F. M.
{ C. Sulpicius Gallus } 511. V.

Eo anno L. Cæcilius Metellus factus eſt Pontifex Maximus, utpote quadriennio poſt alterum Conſulatum ſuum, juxta Ciceronem in Catone. Circa idem tempus duo Prætores primum Romæ creati ſunt.

A. M. 3763. Ol. 134. 3. vel 2. def.

R. C. 507. 510. C. Coſſ. { C. Lutatius Catulus } 511. F. M.
{ A. Poſtumius Albinus } 512. V.

C. Lutatius Conſul cum Q. Valerio Faltone Prætore, rebus adverſus Pœnos antea à pluribus ducibus proſperè geſtis, ſummam victoriæ adeptus, devictâ, & maximam quidem partem demerſâ aut captâ, reliquâ autem profligatâ ad Ægates Inſulam claſſe Punicâ, finem bello impoſuit.

A. M.

A. M. 3764. Ol. 134. 4. vel 3. def.

R. C. 508. 511. C. Coss. { A. Manlius Torquatus Atticus II } 512. F. M.
{ Q. Lutatius Cerco } 513. V.

Iis Coss. C. Lutatius Catulus Proconsul, & Q. Valerius Falto Proprætor, de Pœnis debellatis, & pacem petere durisque conditionibus accipere, Siciliâ & Sardiniâ adeoque omnibus Insulis inter Italiam & Africam cedere, insuperque grande vectigal & stipendium Romanis pendere coactis; uterque navalem Triumphum egit, ille quarto, hic pridie nonas Octobris: ita demum finito primo bello Punico, anno vicesimo quarto. Consules autem de Falisci, qui rebellarunt, intra sex dies perdomitis triumpharunt; Q. Lutatius Kalendis, A. Manlius quarto nonas Martii.

Iisdem Coss. Censores C. Aurelius Cotta & Numerius Fabius Buteo lustrum fecerunt XXXIX. Principe Senatus C. Duilio.

A. M. 3765. Ol. 135. 1. vel 134. 4. def.

R. C. 509. 512. C. Coss. { C. Claudius Centho } 513. F. M.
{ M. Sempronius Tuditanus } 514. V.

Iis Coss. M. Livius Poeta primus fabulas Scenicas Romæ docere cœpit, anno DX. R. C. juxta Ciceronem, primo Tuscul. at DXIV. juxta Atticum, in ipsius Bruto.

A. M. 3766. Ol. 135. 2. vel 1. def.

R. C. 510. 513. C. Coss. { C. Manilius Mamilius Turrinus } 514. F. M.
{ Q. Valerius Falto } 515. V.

Iis Coss. Ennius Poeta natus†, & Valentia Colonia ducta. † Gellius Lib. 17. c. ult.

A. M. 3767. Ol. 135. 3. vel 2. def.

R. C. 511. 514 C. Coſſ. { Tib. Sempronius Gracchus } 515. F.M.
{ P. Valerius Falto } 516. V.

Iis Coſſ. motum eſt bellum Gallicum Ciſalpinum Boiorum, & Liguſticum. Boios Valerius, primo prælio victores, altero cecidit. Ligures latrociniis aſſuetos ſuperavit Sempronius.

A. M. 3768. Ol. 135. 4. vel 3. def.

R. R. 512. 515. C. Coſſ. { L. Cornelius Lentulus Caudinus } 516. F. M.
{ Q. Fulvius Flaccus } 517. V.

Ii Conſules contra Gallos & Ligures exercitum duxerunt: & Flaccus quidem à Gallis in diſcrimen adductus eſt; Lentulus vero de Liguribus devictis triumphavit, idibus Intercalaribus.

A. M. 3769. Ol. 136. 1. vel 135. 4. def.

R. C. 513. 516. C. Coſſ. { P. Cornelius Lentulus Caudinus } 517. F. M.
{ C. Licinius Varus } 518. V.

Ludi Secu. Lares 3i. Ii Coſſ. (quibus tertii ludi ſeculares ex Quindecim Virorum ſententiâ relati ſunt apud Cenſorinum, anno DXIIX. R. C. juxta calculum Varronianum) per inteſtinum bellum Gallorum Boiorum ad Ariminum cum Tranſalpinis, & reliquis Ciſalpinis, quos non conſultis illis, accerſiverant, quadraginta quinque annis poſt ſuperiores Gallorum in Italiâ clades juxta Polybium libro ſecundo; Romanis eorum periculo liberatis. Lentulus Ligurum devictorum caſtella quædam cepit: Varus autem Corſos oppugnavit, neglecto fœdere quod Legatus ſuus M. Claudius Clinias cum iis fecerat; qui propterea Corſis deditus, nec receptus, juſſu Senatus in carcere necatus eſt. Iiſdem Coſſ. quum Cenſores creati eſſent L. Cornelius Lentulus Caudinus, & Q. Lutatius Cerco; hoc mortuo, ille abdicavit.

A. M.

A. M. 3770. Ol. 136. 2. vel 1. def.

R. C. 514. 517. C. Coss. { T. Manlius Torquatus } 518. F. M.
{ C. Atilius Bulbus II } 519. V.

Manlius Consul de Sardis, qui rebellaverant, subactis,& Sardiniâ primâ Populi Romani provinciâ factâ, triumphavit sexto idus Martii. Tunc autem pace Populo Romano terrâ marique partâ, Janus ab Urbe conditâ secundum clausus est. *Janus clausus.*

A. M. 3771. Ol. 136. 3. vel 2. def.

R. C. 515. 518. C. Coss. { L. Postumius Albinus } 519. F. M.
{ Sp. Carvilius Maximus } 520. V.

Liguribus, Corsis, & Sardis denuo rebellantibus, Consul Postumius Ligures, Carvilius Corsos mox devicit; in Sardiniâ verò P. Cornelio Prætore, & plerisque aliis qui cum eo missi erant morbo mortuis, Carvilius demum etiam Sardis ingente prælio superatis, de iis triumphavit Kalendis Aprilis. Iisdem Coss. Censores C. Atilius Bulbus & A. Postumius Albinus lustrum fecerunt XL.

A. M. 3772. Ol. 136. 4. vel 3. def.

R. C. 516. 519. C. Coss. { Q. Fabius Maximus Verrucosus } 520. F. M.
{ Manius Pomponius Matho } 521. V.

Fabius de Liguribus denuo subactis, & ad Alpes compulsis, finemque populandi facere coactis, triumphavit Calendis Februarii. Matho de Sardis iterum devictis triumphavit idibus Martii.

A. M. 3773. Ol. 137. 1. vel 136. 4. def.

R. C. 517. 520. C. Coss. { M. Æmilius Lepidus } 521. F. M.
{ M. Poblicius Malleolus } 522. V.

Ii Coss. magnâ prædâ de Sardis partâ à Corsis spoliati sunt. Cæterum hic annum sine Coss. interserit Glareanus, ut suus annorum R. C. calculus conveniat Varroniano. *Hoc anno Cato Censor nascitur. V. Cic. de Senectute.*

A. M. 3774. Ol. 137. 2. vel 1. def.

R. C. 518. 521. C. Coss. { M. Pomponius Matho } 522. F. M.
{ C. Papirius Maso } 523. V.

M. Pomponius Consul subegit Sardos. At Papirius Maso de Corsis subactis quum Triumphum à Senatu non impetrasset, primus ex monte Albano triumphavit, tertiò nonas Martii. Iisdem Coss. Censores T. Manlius Torquatus & Q. Fulvius Flaccus vitio facti abdicarunt. Apud quos Sp. Carvilius Maximus Ruga, quum jurasset uxorem se liberorum quærendorum causâ habere: primus Romæ cum uxore tanquam sterili divortium fecit; Olympiade CXXXVII. juxta Dionysium libro secundo; ac anno DXIX. R. C. juxta A. Gellium, in fine libri XVII. qui calculus Fabiano, ac nostro proximè convenit. Porro iisdem Coss. C. Duilius Dictator creatus est, cum C. Aurelio Cottâ Magistro Equitum, Comitiorum habendorum causâ.

divortium.

A. M. 3775. Ol. 137. 3. vel 2. def.

R. C. 519. 522. C. Coss. { M. Æmilius Barbula } 523. F. M.
{ M. Junius Pera } 524. V.

Ii Consules proficiscentes adversus Ligures, Boios, cæterosque Gallos vicinos, viciſſim comparantes se, ut Romam contenderent, improviso adorti, ad simulatam amicitiæ speciem adegerunt. Iisdem Coss. Censores Q. Fabius Maximus Verrucosus, & M. Sempronius Tuditanus lustrum fecerunt XLI.

A. M. 3776. Ol. 137. 4. vel 3. def.

R. C. 520 523. C. Coss. { L. Postumius Albinus II } 524. F. M.
{ Cn. Fulvius Centumalus } 525. V.

Iis Coss. (quos item circa mediam æstatem accepisse magistratum apparet ex Polybii libro secundo) primo susceptum est bellum Illyricum, propter occi-

sum

sum unum ê Legatis Romanorum à Teutâ Illyriorum Reginâ.

A. M. 3777. Ol. 138. 1. vel 137. 4. def.

R. C. 521. 524. C. Coss. { Sp. Carvilius Maximus II } 525. F. M. 526. V.
{ Q. Fabius Maximus Verrucosus II }

Iis Coss. Fulvius Proconsul de Illyriis latè domitis, & in ditionem redactis, triumphum navalem egit, decimò Kal. Quinctiles.

A. M. 3778. Ol. 138. 2. vel 1. def.

R. C. 522. 525. C. Coss. { P. Valerius Flaccus } 526. F. M. 527. V.
{ M. Atilius Regulus }

Iis Coss. (quos anno DXXIII. R. C. fuisse refert A Gellius, lib. IV. qui ejus calculus itidem proxime convenit, non Liviano, ut arbitratus est Sigonius, sed Fabiano & nostro) videntur primum creati quatuor Prætores, alteris duobus additis: quorum alter Sardiniam eique adjunctam Corsicam, alter Siciliam, in Provinciarum formam redactas administraret.

A. M. 3779. Ol. 138. 3. vel 2. def.

R. C. 523. 526. C. Coss. { M. Valerius Messalla } 527. F. M. 528. V.
{ L. Apustius Fullo }

Circa idem tempus glisccnte ingente bello Gallico, Romani Pontifices horrendâ superstitione Gallam feminam cum muliere simul Græcâ in foro Boario vivos defoderunt: uti refert Orosius libro IV. cap. XIII.

A. M. 3780. Ol. 138. 4. vel 3. def.

R. C. 524. 527. C. Coss. { L. Æmilius Papus } 528. F. M. 529. V.
{ C. Atilius Regulus }

Iis Coss. susceptum est gravissimum bellum Gallicum Cisalpinum Boiorum & Insubrum, (anno decimo tertio post prius, juxta Polybium, lib. 2do) con-

ductis etiam Tranſalpinis Geſſatis dictis cum regibus eorum duobus Congolitano & Aneroeſto; maximo utrinque apparatu. Commiſſo autem prælio (cui interfuit Fabius noſter Hiſtoricus) poſt fugatum Prætorem Romanum ad Fæſulas, Gallorum quadraginta millia cæſa ſunt, decem millia capta; Rex autem Congolitanus, pariter ac Atilius Conſul Romanus, in acie occubuerunt; Aneroeſtus in fugâ ſemetipſum interfecit. Æmilius verò partâ victoriâ, & vaſtato Boiorum agro, triumphum egit tertio nonas Martii. Porro iiſdem Coſſ. Cenſores C. Claudius Centho & M. Junius Pera, luſtrum fecerunt XLII. Principe Senatus, ut apparet, Numerio Fabio Buteone.

Fabius Pictor.

A. M. 3781. Ol. 139. 1. vel 138. 4. def.

R. C. 525. 528. C. Coſſ. { T. Manlius Torquatus II } 529. F. M.
{ Q. Fulvius Flaccus II } 530. V.

Ii Conſules primi trans Padum ducentes Legiones Romanas, Boiorum gente in fidem receptâ, Inſubres prælio fuderunt, occiſis eorum millibus viginti tribus, captis quinque millibus. Iiſdem Coſſ. L. Cæcilius Metellus Dictator dictus eſt, cum Numerio Fabio Buteone Magiſtro Equitum, Comitiorum habendorum cauſâ.

A. M. 3782. Ol. 139. 2. vel 1. def.

R. C. 526. 529. C. Coſſ. { C. Flaminius Nepos } 530. F. M.
{ P. Furius Philus } 531. V.

Ii Coſſ. contemptis auſpiciis, quibus vitio creati, & pugnare prohibiti viderentur, nihilominus proſperam contra Inſubres pugnam commiſerunt, occiſis eorum octo millibus, captis millibus ſeptendecim: ac de iiſdem uterque triumphum quanquam ægrè conceſſum egit, Flaminius ſexto, Furius quarto idus Martii.

A. M.

A. M. 3783. Ol. 139. 3. vel 2. def.

R. C. 527. 530. C. Coss. { Cn. Cornelius Scipio Calvus } 531. F. M.
{ M. Claudius Marcellus } 532. V.

Ii Coss. præcedentibus simul ac triumphassent abdicare coactis, magistratum occeperunt Idibus Martii anticipatis, ut ex Plutarcho in vitâ Marcelli rectè observavit Sigonius, circa initium anni naturalis. Marcellus vero cum Collegâ profectus contra Insubres, occurentem ad Clastidium Gessatarum sive Germanorum Insubribus suppetias ferentium exercitum profligavit, Virdumaro eorum Rege suâ manu occiso; posteaque Ingentibus Insubrum copiis cæsis, inter alia eorum oppida Medionalum quoque cepit, atq; hostibus ad deditionem coactis bellum Gallicum Cisalpinum confecit. Ob quæ triumphans Calendis Martiis, tertia ab Rege Romulo opima spolia Jovi retulit.

Opima Spolia 3a

A. M. 3784. Ol. 139. 4. vel 3. def.

R. C. 528. 531. C. Coss. { P. Cornelius Scipio Asina } 532. F. M.
{ M. Minucius Rufus } 533. V.

Ii Coss. Istros arma moventes non sine multo Romanorum sanguine subegerunt, ac de iis perdomitis Scipio triumphasse existimatur. Iisdem Coss. in Metelli demortui locum Pontifex Maximus factus videtur L. Cornelius Lentulus Caudinus. Porro sub exitum eorundum Coss. Q. Fabius Maximus Verrucosus Dictator dictus, cum C. Flaminio Nepote Magistro Equitum, Comitiorum habendorum causâ, quasi vitio factus abdicasse creditur.

A. M. 3785. Ol. 140. 1. vel 139. 4. def.

R. C. 529. 532. C. Coss. { L. Veturius Philo . } 533. F. M.
{ C. Lutatius Catulus. } 534. V.

Ii Coss. in Istros, ad Alpes usque progressi, citra pugnam

Pugnam multos sibi adjunxerunt. Iisdem Coss. Censores L. Æmilius Papus, & C. Flaminius Nepos Lustrum fecerunt XLIII. Libertinis in quatuor tribus redactis. Cæterum Flaminius Censor munivit viam Flaminiam, & Flaminium Circum extruxit.

Via Flaminia.

A. M. 3786. Ol. 140. 2. vel 1. def.

R. C. 530. 533. C. Coss. { M. Livius Salinator } 534. F. M. / { L. Æmilius Paullus } 535. V.

Ii Consules de Illyriis qui rebellaverant iterum subactis, Rege eorum Demetrio in Macedoniam fugato, & Pineo stipendium dare coacto, æstate desinente triumpharunt, vel uterque, vel alter saltem, nempe Æmilius, juxta Polybium libro tertio. Salinator verò, ob prædam haud æquabiliter divisam militibus, Populi judicio damnatus est. Iisdem Coss. ineunte vere anni primi Olympiadis centesimæ quadragesimæ, juxta eundem Polybium, Annibal Amilcaris filius Dux Carthaginiensium, spreto fœdere Romanorum, Saguntum in Hispaniâ sociam Populi Romani civitatem oppugnare cœpit; & octavo mense cepit. Porro iisdem Coss. anno DXXXV. R. C. juxta Plinium initio libri XXIX. primus Medicus Romam è Peloponeso venit Archagathus.

Saguntum Obsessum.

Medicus

A. M. 3787. Ol. 140. 3. vel 2. def.

R. C. 531. 534. C. Coss. { P. Cornelius Scipio } 535. F. M. / { Tib. Sempronius Longus } 536. V.

Iis Coss. anno DXXXV. R. C. juxta Solinum capite secundo, Annibal initium fecit secundi belli Punici, tribus & viginti annis post finem primi, susceptâ expeditione è Carthagine novâ Hispaniæ per Pyrenæos montes & Galliam, Alpes etiam transgressus in Italiam. Ubi occurrentem primo Scipionem Consulem Romanum ad Ticinum: deinde autem Sempronium ad Trebiam, prælio devicit. Interim

Bellum Punicum 2^m.

Cn.

Cn. Scipio in Hiſpaniam miſſus contra Asdrubalem Annibalis fratrem proſperè rem geſſit.

A. M. 3788. Ol. 140. 4. vel 3. def.

R. C. 532. 535. C. Coſſ. { C. Flaminius II } 536. F. M.
{ Cn. Servilius Geminus } 537. V.

Ii Coſſ. Servilius Romæ, Flaminius Arimini in Provincia ſua magiſtratum inierunt, initio veris, Idibus Martiis, ac ſub eorum initium inter alia prodigia ſolis orbis minui viſus, uti refert Livius fine libri XXI. ac initio XXII. paucis autem poſt diebus Flaminius, utique contemptis auſpiciis, occurrens Annibali ad lacum Thraſymenum, ingente prælio victus atque occiſus eſt. Tunc abſente altero Conſule, Romæ à Populo, pro Dictatore iterum creatus eſt Q. Fabius Maximus Verrucoſus, cum M. Minucio Rufo Magiſtro Equitum: *Is qui cunctando Romanam reſtituit rem; non ponebat enim rumores ante ſalutem*: Minucium vero Authoritate atque Imperio ſibi juſſu Populi adæquatum, cum exercitu, præſentiſſimo internecionis periculo liberavit. Cæterum Flaminio Conſul ſuffectus eſt M. Atilius Regulus II. Cui cum Cn. Servilio Muſitano (eodem ut apparet cum Gemino) Haloander integrum annum aſſignat, ut calculus ſuus cum Varroniano conveniat. Ejuſdem anni extremo L. Veturius Philo Dictator dictus, cum M. Pomponio Mathone Magiſtro Equitum, Comitiorum habendorum cauſa; quaſi vitio factus abdicavit.

2. Fabius Maximus Dictator.

A. M. 3789 Ol. 141. 1. vel 140. 4. def.

R. C. 533. 436. C. Coſſ. { C. Terentius Varro } 537. F. M.
{ L. Æmilius Paullus II } 538. V.

Iis Coſſ. Romani maximam ab Annibale cladem acceperunt ad Cannas, occiſis acie, unà cum altero Conſulum Æmilio, quadraginta millibus militum,

Clades Cannenſis.

Senatoribus octoginta, multis Consularibus, Prætoriis & Ædiliciis. Inde Dictator creatus est M. Junius Pera, cum Tib. Sempronio Graecho (qui idem Ædilis Curulis erat) Magistro Equitum, rei gerendæ causa. Interim Annibal quum plerique Italiæ Populi ad eum defeciſſent etiam recepta Capua, postea ad Nolam cum M. Claudio Marcello Prætore congressus, tum primum Romanorum armis in fugam versus est. Deinde vero eodem anno alter Dictator Numerius Fabius Buteo dictus est sine Magistro Equitum, Senatus legendi causa.

A. M. 3790. Ol. 141. 2. vel 1. def.

R. C. 534. 537. C. Coss. { L. Postumius Albinus III } 538. F. M.
{ Tib. Sempronius Gracchus } 539. V.

Postumio sub initium Consulatus à Gallis occiso suffectus est Consul M. Claudius Marcellus II. eique quod vitio factus diceretur, abdicanti, Q. Fabius Maximus Verrucosus III. Iis Coss. Philippus Rex Macedonum fœdus cum Annibale contra Romanos fecit. Itemque mortuo Hierone Syracusano Hieronymus ejus Nepos, qui mox à conjuratis interfectus est. Sempronius Consul Cumas contra Annibalem fortiter defendit. Marcellus autem ad Nolam aliis duobus præliis eum fugavit. Fabius Campaniam depopulatus est. Interim in Hispaniâ à Scipionibus rebus prospere gestis, propè omnes populi Hispaniæ à Carthaginiensibus ad Romanos defecerunt.

A. M. 3791. Ol. 141. 3. vel 2. def.

R. C. 535. 538. C. Coss. { Q. Fabius Maximus Verrucosus IV } 539. F. M.
{ M. Claudius Marcellus III } 540. V.

Pœnis ad Beneventum Hannone Duce à Graccho Proconsule superatis, Marcellus hoc etiam anno ad Nolam cum Hannibale prosperè decertavit. Casilinum à Fabio, accito Collegæ Marcelli auxilio, ac deinde alia

alia in Samnio oppida expugnata sunt. Deinde Marcellus in Siciliam missus oppugnavit Syracusas, quæ ingeniosis Archimédis Machinis potissimum defensæ sunt. Iisdem Coss. M. Valerius Lævinus Prætor contra Philippum Regem Macedonum bellum movit. In Hispaniâ autem Castulo urbs validâ ad Romanos defecit: & Saguntum pulso Punico præsidio receptum est. Porro iisdem Coss quum creati essent Censores M. Atilius Regulus & P. Furius Philus: hoc mortuo, ille abdicavit. *Hoc anno M. P. Cato Cons. primum stipendium fecit. Corn. Nepos in Catone.*

A. M. 3792. Ol. 141. 4. vel 3. def.

R. C. 536. 539. C. Coss. { Q. Fabius Maximus } 540. F. M. { Tib. Sempronius Gracchus II } 541. V.

Iis Coss. (quorum alter Fabius Fabium Verrucosum Patrem legatum ad se accedentem jussit equo descendere) in Hispania à Scipionibus Syphax Numidarum Rex ad Romanorum amicitiam traductus est; ac Romani mercenarium militem in castris habere Celtiberos cœperunt. Exitu anni C. Claudius Centho Dictator dictus est, cum Q. Fulvio Flacco Magistro Equitum, comitiorum habendorum causa.

A. M. 3793. Ol. 142. 1. vel 141. 4. def.

R. C. 537. 540. C. Coss. { Ap. Claudius Pulcher } 541. F. M. { Q. Fulvius Flaccus III } 542. V.

Iis Coss. Annibal Tarentum præter arcem proditione cepit. Gracchus ad Beneventum insidiis circumventus & interfectus est. Consules ad Capuam cum Annibale æquo Marte decertarunt, eamque obsidere cœperunt. Centhenius Penula centurio cum exercitu octo millium impetrato à Senatu, ab Annibale occidione cæsus est. Atque Cn. Flaccus Prætor Consulis frater circa Herdoneam fugatus castrisque exutus est. Syracusæ demum à Marcello captæ sunt, & Archimedes ille, sive notus sive ignotus inter *Archimedes, Syracusæ capta.*

alios interfectus. Hiſpaniæ poſſeſſio, Scipionibus deſertis à mercenariis Celtiberis, & cæſis cum exercitibus fere ad internecionem, L. Marcii Equitis Romani virtute retenta eſt. Iiſdem Coſſ. in locum Lentuli Pontifex Maximus factus eſt P. Licinius Craſſus Dives.

A. M. 3794. Ol. 142. 2. vel 1. def.

R. C. 538. 541. C. Coſſ. { P. Sulpicius Galba Maximus } 542. F. M.
{ Cn. Fulvius Centumalus } 543. V.

Iis Coſſ. Annibal ad portas Romæ accedens, tanquam obſeſſurus poſt triduum irrito conatu receſſit. Capuâ ad deditionem coacta, & ſupplicio ſumpto à Fulvio Proconſule de Senatu Campanorum; conſtitutum ut Præfectus eo quotannis mitteretur. P. Cornelius Scipio P. Scipionis in Hiſpania occiſi filius viginti quatuor annos natus, ultro profeſſus ſe acceptu-rum quod alii recuſabant imperium in Hiſpaniam; eo extra ordinem pro Conſule miſſus eſt. M. Lævinns ſocietatem contra Philippum firmavit cum Ætolis atque Attalo Aſiæ rege. Iiſdem Coſſ. Marcellus Proconſul de Syracuſis captis & Sicilia univerſa in poteſtatem populi Romani ac provinciæ formam redacta, cum triumphus ei à Senatu negaretur, de ſua ſententia triumphavit in monte Albano: ac poſtridie ovans urbem ingreſſus eſt.

A. M. 3795. Ol. 142. 3. vel 2. def.

R. C. 539. 542. C. Coſſ. { M. Valerius Lævinus } 443. F. M.
{ Marcus Claudius Marcellus IV } 544. V.

A Valerio Conſule in Sicilia Pœnis ex Inſula pulſis debellatum eſt. Marcellus in Italia Salapiam, aliaque Samnii oppida recepit. Cn. Fulvius Proconſul ad Herdoneam, cum exercitu ab Annibale cæſus eſt. Marcellus deinde cum eodem ad Numiſtronem, & poſtea ſæpius ad Venuſiam bene pugnavit. In Hiſpa-

nia

nia Scipio Carthaginem novam uno die expugnavit. Iisdem Coss. quum creati essent Censores L. Veturius Philo & P. Licinius Crassus Dives: illo mortuo hic abdicavit. Sed & Q. Fulvius Flaccus Dictator creatus est, cum P. Licinio Crasso Divite Magistro Equitum, comitiorum habendorum causa.

A. M. 3796. Ol. 142. 4. vel 3. def.

R. C. 540. 543. C. Coss. { Q. Fabius Maximus Verrucosus V } 544. F. M.
{ Q. Fulvius Flaccus IV. } 545. V.

Marcellus Proconsul ad Canusium cum Annibale duobus præliis congressus, posteriore superior fuit. Fabius Consul Tarentum per proditionem arte Punicâ recepit, ob quod nonnulli eum triumphasse tradunt. Scipio in Hispaniâ Asdrubalem ad Bætulam prælio superavit. Iisdem Coss. Censores M. Cornelius Cethegus & P. Sempronius Tuditanus, quorum neuter erat Consularis, Lustrum fecerunt XLIV. lecto Senatu, atque Senatus Principe Q. Fabio Max. Verrucoso.

A. M. 3797. Ol. 143. 1. vel 142. 4. def.

R. C. 541. 544. C. Coss. { Mar. Claudius Marcellus } 545. F. M.
{ T. Quinctius Crispinus } 546. V.

Marcellus quintum Consul post multa fortiter & prudenter & feliciter gesta, jam major sexagenario, tandem Venusiam improvidè se collegamque, & prope totam rem Romanam in præceps dedit. Namq; speculandi causa è castris cum paucis Equitibus egressus, unaque Collegam Quinctium educens, Annibalis insidiis circumventi, ipse occisus, Quinctius autem duobus vulneribus sauciatus, pauloque postea mortuus est. Sub finem verò anni T. Manlius Torquatus Dictator dictus est, cum C. Servilio, qui idem Ædilis Curulis erat, Magistro Equitum, Comitiorum habendorum, & ludorum magnorum faciendorum causa. *Marcellus occisus.*

A. M.

A. M. 3798. Ol. 143. 2. vel 1. def.

R. C. 542. 545. C. Coss. { C. Claudius Nero } 546. F. M.
{ M. Livius Salinator } 547. V.

Nero Consul quum castra haberet contra Annibalem in Apulia, iis imprudente hoste relictis, sex dierum spatio longitudinem Italiæ emensus cum exercitu, ad Senam conjungens se Collegæ, Asdrubalem qui cum magno exercitu in Italiam venerat ut Annibali fratri se conjungeret, cum omnibus copiis delevit: & ob eam victoriam Collegam Livium in cujus provincia res gesta erat, magna gloriâ quadrijugo curru triumphantem, ipse equester majore ovans secutus est. Iisdem Coss. in Hispania Scipionis auspiciis duo Carthaginiensium Imperatores prælio Hanno qui Asdrubali successerat, captus, Mago profligatus est: & à Lucio Scipione Publii fratre Oringis opulentissima urbs occupata. Iisdem Coss. classis Romana duce Lævino Proconsule prosperè rem gessit. Eodem autem anno Romani auro signato primum uti cœperunt. Cæterum quod Livius Historicus Olympiæ solenne ludicrum, quod maximo cætu Græciæ celebraretur, disertè scribit, sub finem quidem libri XXVII. futurum, circa initium autem libri XXVIII. fuisse, eadem ætate qua Claudius Nero & Livius Salinator Consules erant: nimirum post seriam & diligentem disquisitionem & considerationem, videtur mihi tandem deceptus Græcanico ac nominatim Polybiano more numerandi Consules secundum annos Olympiadum, & ipse in errorem incidisse, & me quoque induxisse: atque hoc sane eo facilius, quod ipse Polybius libro quarto (alibi tertium scripsi, quum liber non esset ad manus) post captum ab Annibale Saguntum, atque creatos Romæ Consules P. Cornelium & Tib. Sempronium scribat, annum primum Olympiadis centesimæ quadragesimæ exiisse; atque etiam Dionysius Halicar. in Historiæ suæ proœmio scribit primi belli Punici

Punici initium fuisse anno tertio Olympiadis centesimæ vicesimæ octavæ; quod Claudio Caudice & Fulvio Flacco Coss. susceptum esse in confesso est apud omnes. Sed quum Polybius attentius legenti alias aliam fuisse mentem suam clarè significet, & verborum Dionysiii aliam interpretationem veritati consentaneam supra attulerim: restat ut quandoquidem veritatem amem, Livii pariter ac meum errorem istic agnoscam: quem demum animadverti posse aliquo modo etiam ex ipso Livio redargui; veluti quod libro xxvi. refert conditiones fœderis inter Romanos & Ætolos facti à Valerio Lævino circa initium Consulatus sui & Marcelli IV. conscriptas, biennio post Olympiæ ab Ætolis esse positas, ut testatæ sacratis monumentis essent: cur demum biennio post, nisi propter celebrem conventum tunc ad Olympia? id autem biennium exactum est sub æstatem Marcelli V. & Crispini Consulum. Præterea vero siquis attentius perpendat, haud immerito suspicetur Livium easdem res gestas in Græciâ retulisse ea æstate ac sequente, variatis tantummodo circumstantiis quibusdam; nempe ferè eundem conatum Sulpicii Proconsulis Romani, & Machanidæ tyranni Lacedæmonii, eundem motum Dardanorum, & Philippi reditum Demetriadem; & cætera similiter: ideoque vel priore æstate pro Olympiis posuisse Nemea, vel annis transposuisse Olympia & Nemea; siquidem ex Polybio colligere liceat Nemea, quum fuerint trieterica, celebrari solita circa finem anni primi ac tertii cujusq; Olympiadis; quatenus sub finem libri quinti refert Philippum quum Nemeorum ludorum spectaculo interesset, accepisse literas de clade Romanorum acceptâ ab Annibale ad Thrasymenum, circa finem anni tertii Olympiadis CXL. Porro M. Livius Salinator Dictator ex Consule dictus est, cum Q. Cæcilio Metello Magistro Equitum Comitiorum habendorum causa.

A.M.

A. M. 3799. Ol. 143. 3. vel 2. deſ.

R. C. 543. 546. C. Coſſ. { Q. Cæcilius Metellus } 547. F. M.
{ L. Veturius Philo } 548. V.

Iis Coſſ Annibale, quum poſt cædem fratris in extremum Italiæ angulum Bruttios recepiſſet, per totum annum quieſcente; P. Scipio Hiſpanis pulſo Pœno ſub ditionem populi Romani redactis, ac firmato fœdere cum rege Syphace, itemque facto cum Maſaniſſa Maſæſulorum rege & Gaditanis: Romam reverſus; urbem ſine triumpho ingreſſus eſt, quia ſine Magiſtratu res geſſerat.

A. M. 3800. Ol. 143: 4. vel 3. deſ.

R. C. 544. 447. C. Coſſ. { P. Cornelius Scipio } 548. F. M.
{ P. Licinius Craſſus Dives } 549. V.

Scipio Conſul in Italiâ Locros pulſo Punico præſidio fugatoque Annibale recepit; in Hiſpaniâ bellum quod Indibilis & Mardonius excitaverant, à L. Lentulo Proconſulibus, illo in acie occiſo, hoc à ſuis dedito, oppreſſum eſt. Exitu anni Q. Cæcilius Metellus Dictator dictus eſt, cum L. Veturio Philone Magiſtro Equitum Comitiorum habendorum cauſa.

A. M. 3801. Ol. 144. 1. vel 143. 4. deſ.

R. C. 545. 548. C. Coſſ. { M. Cornelius Cethegus } 549. F. M.
{ P. M. Sempronius Tuditanus } 550. V.

Iis Coſſ. Lapis magnus nomine Ideæ Matris Deum ex Phrygia uſque Romam deportatus eſt, ut hoſtis alienigena Annibal juxta carmen Sibyllinum Italiâ pelli poſſet. Scipio Proconſul in Africam trajiciens, quum Maſaniſſa ad eum ducentis equitibus veniens Hannonem Pœnorum ducem occidiſſet: ab obſidione Uticæ, adventu Aſdrubalis & Syphacis (qui ducta Aſdrubalis filia amicitiæ Romanorum renunciarat) cum centum millibus armatorum depulſus eſt. Sempronius

pronius Consul in agro Crotonienſi cum Annibale, uno atque altero tumultuario prælio conflixit; priore pulſus, poſteriore hoſtem fudit. Iiſdem Coſſ. Cenſores M. Livius Salinator (cui id cognomen inditum eſt ob novum vectigal ex ſale tunc inſtitutum) & C. Claudius Nero, malè ſarta gratia nequicquam coeunte & diſruptâ diſcordes, luſtrum fecerunt XLV. *Iiſdem Coſs. Nabius oft mortuus. Cic. in Bruto. M. Cato Quaſtor Cic. Ibid.*

A. M. 3802. Ol. 144. 2. vel 1. def.

R. C. 546. 549. C. Coſſ. { Cn. Servilius Cæpio } 450. F. M.
{ C. Servilius } 551. V.

Sol. Ecl. Iis Coſſ. (quorum initio Solis eclipſin Fruſinone in Campaniâ obſervatam quodammodo ſignificat Livius initio l. xxx.) Scipio in Africa Syphacis & Aſdrubalis caſtra uno die incendit & delevit, abſumptis ferro ac flammâ quadraginta millibus hominum, captis amplius ſex millibus; pauciſque poſt diebus eos bellum redintegrantes in magnis campis acie profligavit; civitateſque undequaque vi & metu ſubegit. Inde Syphax in Numidiâ à Lælio & Maſaniſſa prælio victus captuſque eſt: & ejus regnum Maſaniſſæ, utpote paternum, redditum. Mago autem Dux Carthaginienſis, qui ex Hiſpaniâ pulſus ante biennium in Galliam Ciſalpinam venerat, inde acie profligatus & in Africam revocatus, inter navigandum ex vulnere mortuus eſt: ipſeque demum Hannibal cum exercitu ex Italia in Africam ad patriæ defenſionem, Legatorum Carthagine ad ſe miſſorum juſſu, mœſtus reverti coactus eſt. Iiſdem Coſſ. P. Servilius Galba Maximus Dictator creatus eſt, cum M. Servilio Pulice Gemino Magiſtro Equitum, Quæſtionum exercendarum de auctoribus defectionum & conjurationibus principum per urbes Italicas, atque Comitiorum habendorum cauſa.

A. M. 3803. Ol. 144. 3. vel 2. def.

R. C. 547. 550. C. Coſſ. { Tiberius Claudius Nero } 551. F. M.
{ M. Servilius Pulex Geminus } 552. V.

Iiis Coſſ. Annibal fruſtra tentatâ per colloquium cum Scipione pace, extremo prælio ab eo victus eſt ad Zamam: pauloque poſt Vermina Syphacis filius, qui auxilio Carthaginenſibus venerat, profligatus eſt. Itaq; tandem Carthaginienſes ſerio Oratores ad petendam à Romanis pacem miſerunt. Iiſdem Coſſ. (quorum magiſtratuum circa medium Cumis ſolis orbem minui viſum refert Livius l. xxx.) Servilius Dictator dictus eſt, cum P. Ælio Pæto Magiſtro Equitum, Comitiorum habendorum cauſa.

Sol. Eccl.

A. M. 3804. Ol. 144. 4. vel 3. def.

R. C. 548. 551. C. Coſſ. { Cn. Cornelius Lentulus } 552. F. M.
{ P. Ælius Pœtus } 553. V.

Finis belli Punici Secundi

Iis Coſſ. pace iterum cum Pœnis facta annis quinquaginta à fine primi, ac decimo octavo ab initio ſecundi cum iis belli, juxta Livium, in fine libri triceſimi; P. Cornelius Scipio clariſſimum de illis iterum debellatis, Annibaleque & Syphace, (qui paulo antea mortuus erat) devictaque Africa, triumphum egit; inde cognominatus Africanus: quod ei Romanorum belli ducum primo contigit, ut gentis à ſe victæ nomine nobilitaretur.

A. M. 3805. Ol. 145. 1. vel 144. 4. def.

R. C. 549. 552. C. Coſſ. { P. Sulpicius Galba Maximus II } 553. F. M.
{ C. Aurelius Cotta } 554. V.

Iis Coſſ. paucis menſibus poſt datam Carthaginienſibus pacem, Romani ſuſceperunt bellum contra Philippum Macedoniæ regem, prætextu defendendi Athenienſes, revera quod Philippus icto fœdere Annibalem contra Romanos juverat. Quamobrem Conſul Sulpicius

Sulpicius exercitu in Macedoniam ducto equeſtribus prœliis cum Philippo proſperè certavit. Iiſdem Coſſ. L. Cornelius Lentulus ex Hiſpaniâ citeriore, primus ſine Magiſtratu, ovans urbem ingreſſus eſt. & L. Furius Purpureo Prætor de Gallis Ciſalpinis & Liguribus, duce Amilcare Pœno ſuperſtite ex Aſdrubalis exercitu devictis triumphum egit.

A. M. 3806. Ol. 145. 2. vel 1. def.

R. R. 550. 553. C. Coſſ. { L. Cornelius Lentulus } 554. F. M.
{ P. Villius Tappulus } 555. V.

Villius Conſul cui Macedonia obtigit, nihil memorabile ibi geſſit. Cn. Bæbius Tamphilus Prætor, cum toto propè exercitu, ab Inſubribus Gallis circumventus eſt. Iis autem Coſſ. Cenſores P. Cornelius Scipio Africanus & P. Ælius Pætus Luſtrum fecerunt XLVI. lecto Senatus Principe ipſo Cenſore P. Africano.

A. M. 3807. Ol. 145. 3. vel 2. def.

R. C. 551. 554. C Coſſ. { T. Quinctius Flaminius } 555. F. M.
{ Sex. Ælius Pætus Catus } 556. V.

Sol. Ecl. obſcon. Quingenteſimo & quinquageſimo primo anno ab urbe condita, uti refert Eutropius, T. Quinctius Flaminius vel Flamininus Conſul Philippum prælio ſuperatum in faucibus Epiri coegit fugâ ſe in regnum recipere. Lucius autem ejus frater, Attalo Aſiæ rege & Rhodiis adjuvantibus Eubœam Inſulam & vicinam oram maritimam claſſe occupavit. Iiſdem Coſſ. conjuratio Setiæ ſervorum de ſolvendis Carthaginienſium obſidibus oppreſſa eſt.

A. M. 3808. Ol. 145. 4. vel 3. def.

R. C. 552. 555. C. Coſſ. { C. Cornelius Cethegus } 556. F. M.
{ Q. Minucius Rufus } 557. V.

Iis Coſſ. duo novi Prætores, additi prioribus qua-

tuor, miſſi ſunt in Hiſpanias : quarum ulterior eodem anno rebellavit. T. Quinctius Proconſul Philippum ad Cynoſtephalas in Theſſalia acie devictum & debellatum, ad pacem à Romanis petendam & quæcunq: Senatus cenſuiſſet faciendum adegit. Ejuſq; frater Lucius Acarnanes expugnata Leucade, primaria eorum urbe, in deditionem accepit. Attalus Rex Pergami mortuus eſt. Quum autem Galli Ciſalpini & Ligures denuo defeciſſent, de iis ad deditionem redactis ambo Conſules triumpharunt, Cornelius quidem de Inſubribus & Cenomanis ; at Minucius de Liguribus & Boiis in monte Albano, minore honore.

A. M. 3809. Ol. 146. 1. vel 145. 4. def.

R. C. 553. 556. C. Coſſ. { L. Furius Purpureo } 557. F. M.
{ M. Claudius Marcellus } 558. V.

Iis Coſſ. pax conceſſa eſt regi Macedoniæ ex decem legatorum Romanorum ſententiâ : & Græciæ libertas à T. Quinctio Imperatore per præconem cum tubicine promulgata, ſolenni celebritate ludicri Iſthmiorum, ut refert Livius libro XXXIII. quum ea æſtate Olympia celebrata eſſe appareat, ac ſequente itidem Nemea, libro XXXIV. ipſe quoque referat. Cæterum Tuditanus Prorætor victus in citeriore Hiſpania & ipſa rebellante, ex vulnere obiit, è qua provincia Cn. Cornelius Lentulus ovans urbem ingreſſus eſt. Conſul autem Marcellus de Inſubribus & Comenſibus devictis, captoque Como, triumphavit quarto nonas Martii.

A. M. 3810. O. 146. 2. vel 1. def.

R. C. 554. 557. C. Coſſ. { M. Porcius Cato } 558. F. M.
{ L. Valerius Flaccus } 559. V

Iis Coſſ. Annibal incuſatus tanquam bellum in Africâ recoquens contra Romanos, contulit ſe ad Antiochum

tiochum Syriæ regem parantem bellum in eosdem. Oppia lex de coercendo muliebris cultus luxu magna contentione Romæ abrogata est. T. Quinctius Argos tyrannide Nabidis Lacedæmonii liberavit, tyranno autem pacem Lacedæmone dedit. Porro Valerius Consul contra Boios prosperè pugnavit. Verum Cato (is nimirum est auctor calculi annorum urbis Romæ quem appellamus Catonianum) Hispaniam citeriorem bello ab Emporiis cœpto pacavit. E qua provinciâ iisdem Coss. M. Helvius Blasio Proprætor de Celtiberis ad oppidum Illiturgi devictis ovans urbem ingressus est; & Minucius Thermus ejus successor victoria contra Hispanos ad Turbam oppidum, Imperatoribus Budare qui captus est & Besaside, potitus triumphum egit. *Iisdem Coss. C. Oppius tribunus Plebis fuit. Liv. l. 34.*

A. M. 3811. Ol. 146. 3. vel 2. def.

R.C. 555. 558. C. Coss. { P. Cornelius Scipio Africanus II } 559. F. M. { Tiberius Sempronius Longus } 560. V.

Iis Coss. Cato Proconsul de pacata citeriore Hispaniâ triumphum egit: ac T. Quinctius Flaminius ex Macedonia admodum glorioſè triumphavit per triduum, de Philippo debellato & exuto omni imperio extra antiquos regni Macedoniæ terminos, insuperque mille talentis multato, ac filium Demetrium obsidem dare coacto, qui una cum Armene Nabidis tyranni Lacedæmonii filio ante currum triumphalem ductus est. Iisdem Coss. Censores Sex. Ælius Pœtus Catus & C. Cornelius Cethegus Lustrum fecerunt XLVII. eorumque Censorum jussu ludis Romanis loca Senatoria separata sunt à populo, quum antea in promiscuo spectarent; itaque sequentis anni initio primum ludos Senatus à populo secretus spectavit, post annum quingentesimum quinquagesimum octavum ab urbe conditâ, juxta Livium, libro XXXIV. unde constat eum secutum esse calculum Catonianum à nobis expositum.

A. M.

A. M. 3812. Ol. 146. 4. vel 3. def.

R. C. 556. 559. C. Coſſ. { L. Cornelius Merula } 560. F.M.
{ Q. Minucius Thermus } 561. V.

Iis Coſſ. (ut apparet) Scipio Proconſul in Hiſpania trans Iberum, & Luſitaniâ proſpere rem geſſit.

A. M. 3813. Ol. 147. 1. vel 146. 4. def.

R. C. 557. 560. C. Coſſ. { L. Quinctius Flaminius } 561. F. M.
{ Cn. Domitius Ahenorbabus } 562. V.

Antiochus M.

Iis Coſſ. Antiochus Syriæ, Rex ab Annibale Pœno profugo & Thoante Ætoliæ principe incitatus, bellum Romanis intulit, prætextu repetendæ urbis Lyſimachiæ in Thraciâ, quam illi poſſidebant: ſtatimque Græciam ac inſulas ejus occupavit.

A. M. 3814. Ol. 147. 2. vel 1. def.

R. C. 558. 561. C. Coſſ. { Manius Acilius Glabrio } 562. F. M.
{ P. Cornelius Scipio Naſica } 563. V.

Iis Coſſ. (ut alias à nobis declaratur ex Macrobii Saturnalium libro primo) Intercalatio Romæ repetita eſt, quæ ob ſuperſtitionem omnis planè omiſſa erat, per aliquot annos, nimirum ut apparet circiter duodecim paulo plus minuſve: quibus annus Romanus retrolapſus ſit ſive anticipaverit prope quadrimeſtri, ita ut Januarius anticipato Juliano menſi, Septembri, Martius autem (quo tunc erat ſolenne Conſulibus inire Magiſtratum) Novembri (atque nono naturali anni præcedentis) fermè conveniſſet. Cæterum Acilius Conſul miſſus contra Antiochum, eum ad Thermophylas victum & inde ejectum, virtute M. Catonis tribuni militum, in Aſiam refugere coëgit, idemque Ætolos captâ Heracleâ fractos ad petendam pacem adegit. Interim M. Fulvius Nobilior anno præcedente Prætor in Hiſpaniâ ulteriore re bene geſta ovans urbem ingreſſus eſt. Conſul autem P. Scipio

Scipio Naſica (qui anno decimoquarto antea vir optimus à Senatu judicatus Idæam matrem in urbem receperat) de Boiis denuo devictis & in deditionem acceptis, triumphum egit.

A. M. 3815. Ol. 147. 3. vel 2. def.

R. C. 559. 562. C. Coſſ. { L. Cornelius Scipio } 563. F. M.
{ L. Lælius Nepos } 564. V.

Sol. Eccl. Conſul L. Scipio Africani frater profectus ad bellum contra Antiochum, ludis Apollinaribus, per quos dies, ad quintum idus (ſive diem undecimum) Quinctiles, cœlo ſereno interdiu obſcurata lux eſt, lunâ ſub orbem ſolis ſubeunte, uti ſcribit Livius initio libri XXXVII. quod quidem videtur demum contigiſſe mane decimi quarti diei Martii Juliani: deinde trajecto in Aſiam exercitu, ad Sipylum montem prope Magneſiam, Cumene Pergami rege adjuvante, cum illo acie devicto debellavit. Eodem anno Acilius Proconſul de Antiocho rege & Ætolis triumphum egit.

A. M. 3816. Ol. 147. 4. vel 3. def.

R. C. 560. 563. C. Coſſ. { Cn. Manlius Vulſo } 564. F. M.
{ M. Fulvius Nobillor } 565. V.

Fulvius Conſul Ætolos, Ambracâ urbe captâ, ad accipiendas pacis conditiones quas Romanis placuit imponere perpulit: & in Cephaleniam inſulam trajiciens omnes ejus civitates in deditionem accepit. Manlius Gallogræcos bello domuit. Cæterum iiſdem Coſſ. L. Æmilius Paullus Proprætor poſt pugnam parum proſperam cum Luſitanis ad Lyconem, de iis altero prælio devictis, ex Hiſpaniâ ulteriore triumphum egit. Ac L. Æmilius Regillus Proprætor navalem de profligatâ regis Antiochi claſſe, egit Calendis Februarii. Nobiliſſimum autem ex Aſiâ egit L. Cornelius Scipio, inde etiam ipſe cognominatus Aſiaticus, menſe

mense intercalario pridiè Kalendas Martii, de Antiocho rege debellato, demtaque omni Asiâ (cujus pars Eumeni, pars Rhodiis concessa, pars quasi libera permissa est) citra montem Taurum intra fines Syriæ compulso, insuperque quindecim millibus talentorum Euboicorum multato. Denique navalem parum honoratum egit Q. Fabius Labeo Prætor ob quatuor millia plus minus captivorum terrore belli recepta ex Cretâ. Porro iisdem Coss. Censores T. Quinctius & M. Claudius Marcellus Lustrum fecerunt XLVIII. Lustrum.

A. M. 3817. Ol. 148. 1. vel 147. 4. def.

R. C. 561. 564. C. Coss. { C. Livius Salinator 565. F. M. / M. Valerius Messalla 566 V. }

Sol. Eccl. Priusquam in Provincias novi Magistratus proficiscerentur (inquit Livius libro XXXVIII.) supplicatio pro collegio Decemvirorum imperata fuit; quod luce inter horam tertiam fermè & quartam tenebræ obortæ fuerant: ubi quidam censentes illum significare solis eclipsin, retulerunt eam ad decimum septimum diem Julii mensis Juliani, modò expositis Coss. circiter tribus horis post meridiem. Sed præterquam quod hora non convenit, quam apparet Livium dixisse more Romano tertiam diei ab ortu solis sive ante meridiem: manifestum est id quodcunque prodigii contigisse vel initio illorum Coss. vel ante; ideoq; videtur potius eclipsis solis referenda sub exitum præcedentium Coss. qua tempestate, si noster non fallit calculus, nempe vicesimo octavo die Julii Juliani, permagna contigit in Italiâ circiter tribus horis à solis ortu. Iis vero Coss. Manlius Proconsul in Asiâ Legatos accepit, & à Gallogræcis petentibus conditiones pacis, & ab Ariarathe rege Cappadociæ orantes veniam quod is Antiochum bello juvisset: idemq; cum illo, atque Antiocho secundum conditiones supra expositas, fœdus confirmavit.

A. M.

A. M. 3818. Ol. 148. 2. vel 1. def.

R. C. 562. 565. C. Coss. { M. Æmilius Lepidus } 566. F. M.
C. Flaminius } 567. V.

Iis Coss. (qui quietum nacti annum in Liguribus vias Æmiliam & Flaminiam straverunt,) duo Scipiones, Porcio Catone instigante, postulati de captâ ab Antiocho rege ob pacem dandam pecuniâ, Africanus quum majore animo esset quam ut judicio compareret, ultro exulatum abiit Liternum; ubi altero inde anno diem obiit: Asiaticus vero damnatus proximè abfuit ut in carcerem conjiceretur. Cæterum Fulvius Proconsul triumphavit de Ætolis & Cephaleniâ, decimo Kal. Januarii vel Martii: Manlius autem de Gallis Asiaticis, tertio nonas Martii, isque luxum Asiaticum Romam in triumpho duxisse fertur.

A. M. 3819. Ol. 148. 3. vel 2. def.

R. C. 563. 566. C. Coss. { Sp. Postumius Albinus } 567. F. M.
Q. Marcius Philippus } 568. V.

Iis Coss. Populus Romanus, ob abundantiam pecuniæ, stipem spargere cœpit: uti refert Plinius, lib. XXXIII. cap. X.

A. M. 3820. Ol. 148. 4. vel 3. def.

R. C. 564. 567. C. Coss. { Ap. Claudius Pulcher } 568. F. M.
M. Sempronius Tuditanus } 569. V.

Iis Coss. L. Manlius Acidinus Fulvianus Prætor, ex Hispaniâ citeriore ovans urbem ingressus est.

A. M. 3821. Ol. 149. 1. vel 148. 4. def.

R. C. 565. 568. C. Coss. { P. Claudius Pulcher } 569. F. M.
L. Porcius Licinus } 570. V.

Iis Coss. C. Calpurnius Piso & L. Quinctius Crispinus Prætores ex Hispaniis triumpharunt de Lusitanis

& Celtiberis ſubactis. Iiſdemque Coſſ. Cenſores L. Valerius Flaccus & M. Porcius Cato Luſtrum fecerunt XLIX. Lecto Principe Senatus Valerio Cenſore. *Plautus iiſdem Coſſ. mortuus eſt. Cic. in Bruto.*

Luſtrum condidit.

A. M. 3822. Ol. 149. 2. vel 1. def.

R. C. 566. 569. C.	Coſſ.	Q. Fabius Labeo	}	590. F. M. 571. V.
		M. Claudius Marcellus		

V. Caſſiod. Chron. & C. Nepotem in Hannibal.

Iis Coſſ. Annibal, ne à Pruſiâ Bithyniæ rege Romanis traderetur, hauſto veneno necem ſibi conſcivit. Romæ in locum Licinii Craſſi defuncti Pontifex Maximus factus eſt C. Servilius Geminus. Iiſdem Coſſ. aut inſequentibus, A. Terentius Varro Proprætor ex Hiſpania citeriore, de Celtiberis devictis & expugnatis, aliquot oppidis, ovans urbem ingreſſus eſt.

A. M. 3823. Ol. 149. 3. vel 2. def.

R. C. 567. 570. C.	Coſſ.	L. Æmilius Paullus	}	571. F. M. 572. V.
		Cn. Fabius Tamphilus		

Iis Coſſ. ortæ ſimulates inter Perſeum & Demetrium Philippi regis Macedoniæ filios, fuerunt quaſi ſemina jacta ſecundi belli Macedonici, & excidii illius regni.

A. M. 3824. Ol. 149. 4. vel 3. def.

R. C. 568. 571. C.	Coſſ.	P. Cornelius Cethegus	}	572. F. M. 573. V.
		M. Bæbius Tamphilus		

Iis Coſſ. L. Æmilius Paullus Proconſul de Liguribus Ingannis devictis triumphavit iterum. Iiſdem Coſſ. Romæ ſub Janiculo libri Numæ, ut ferebat titulus, reperti ſunt: ac Senatus conſulto in Comitio cremati.

A. M.

A. M. 3825. Ol. 150. 1. vel 149. 4 def.

R. C. 569. 572. C. Coss. { A. Postumius Albinus } 573. F. M.
{ C. Calpurnius Piso. } 574. V.

Pisone mortuo, vel peste quæ jam tertium annum Romam atque Italiam vastabat, vel veneficio uxoris Hostiliæ, ejus filius Q. Fulvius Flaccus consul in vitrici locum suffectus est.

Iis vero Coss. P. Cethegus & M. Bæbius Proconsules de Liguribus sive prælio in deditionem acceptis triumpharunt. Et Q. Fulvius Flaccus Proprætor ex Hispaniâ citeriore de Celtiberis maximo prælio devictis triumphum egit, jam designatus Consul.

A. M. 3826. Ol. 150. 2. vel 1. def.

R. C. 570. 573. C. Coss. { L. Manlius Acidinus Fulvianus } 574. F. M.
{ Q. Fulvius Flaccus } 575. V.

Ii Consules fratres Germanici fuerunt: sed Manlius in aliam familiam adoptatus, ex illâ id nominis acceperat. Fulvius vero de Liguribus triumphavit iterum, & quidem eodem die quo ante annum Proprætor triumphaverat. Iisdem Coss. in locum Servilii demortui Pontifex Maximus factus est M. Æmilius Lepidus. Iisdem Coss. creati Censores M. Æmilius Lepidus & M. Fulvius Nobilior Lustrum fecerunt L. lecto Senatus Principe ipso Lepido, eodem & Censore & Pontifice Maximo.

A. M. 3827. Ol. 150. 3. vel 2. def.

R. C. 571. 574. C. Coss. { M. Junius Brutus } 575. F. M.
{ A. Manlius Vulso } 576. V.

Manlius Consul sortitus Galliam provinciam, Istris bellum intulit absque Senatusconsulto; quod primum cessit parum prosperè. Iisdem Coss. duo Proprætores ex Hispaniis, citeriore quidem Tib. Sempronius Gracchus de Celtiberis devictis, & in dedi-

tionem acceptis, ulteriore autem L. Postumius Albinus de Vaccæis & Lusitanis subactis, duos triumphos continuos duobus diebus egerunt.

A. M. 3828. Ol. 150. 4. vel 3. def.

R. C. 572. 575. C. Coss. { C. Claudius Pulcher 576. F. M. / Tib. Sempronius Gracchus 577. V. }

Claudius Consul Istros subegit: indeque ducto in Ligures exercitu, duarum gentium uno anno victor, de duabus provinciis pacatis triumphavit.

A. M. 3829. Ol. 151. 1. vel 150. 4. def.

R. C. 573. 576. C. Coss. { Cn. Cornelius Scipio Hispalus 577. F. M. / Q. Petilius Spurinus 578. V. }

Cn. Scipio Consul, quum rediens ex monte Albano concidisset, & parte membrorum captus esset, profectus ad aquas Cumanas expiravit. Petilius autem, in ejus locum creato Consule C. Valerio Lævino, contra Ligures dimicans in prælio occisus est.

A. M. 3830. Ol. 151. 2. vel 1. def.

R. C. 574. 577. C. Coss. { P. Mucius Scævula 578. F. M. / M. Æmilius Lepidus II 579. V. }

Iis Coss. Tib. Sempronius Proconsul de Sardis qui rebellaverant perdomitis, & in deditionem redactis triumphavit iterum: ac Lævinus item Proconsul, atque Consul Mucius de Liguribus itidem in deditionem redactis uterque triumphum egit.

A. M. 3831. Ol. 151. 3. vel 2. def.

R. C. 575. 578. C. Coss. { Sp. Postumius Albinus Paullulus 579. F. M. / Q. Mucius Scævula 580. V. }

Iis Coss. Ap. Claudius Centho Prætor ex Hispaniâ citeriore de Celtiberis, qui rebellionem moliti erant denuo repressis, ovans urbem ingressus est.

Iisdem

Iisdem Coss. creati Censores Q. Fulvius Flaccus & A. Postumius Albinus Lustrum fecerunt LI. *Lustrum.*

A. M. 3832. Ol. 151. 4. vel 3. def.

R. C. 576. 579. C. Coss. { L. Postumius Albinus } 580. F. M.
{ M. Popilius Lænas } 581. V.

Popilius Consul Ligures in agro Statellate ad prælium congregatos acie cecidit : ac in Statellates propterea, quanquam arma non tulerunt contra Romanos, crudeliter sæviit. Iisdem Coss. (imo sequentibus) C. Cicereius Proprætor ex Corsicâ triumphavit in monte Albano, Kalendis Octobris. Iisdem Coss. Floralia Romæ instituta sunt. *Floralia.*

A. M. 3833. Ol. 152. 1. vel 151. 4. def.

R. C. 577. 580. C. Coss. { C. Popilius Lænas } 581. F. M.
{ P. Ælius Ligus } 582. V.

Ii Consules ambo de plebe primi creati sunt. Quibus utrinque & à Perseo rege & à Romanis factus est apparatus secundi belli Macedonici.

A. M. 3834. Ol. 152. 2. vel 1. def.

R. C. 578. 581. C. Coss. { P. Licinius Crassus } 582. F. M.
{ C. Cassius Longinus } 583. V.

Crassus Consul in Macedoniam ad bellum cum Perseo gerendum missus, primo prælio equestri à rege victus est, secundo autem conflixit dubio Marte. Regi tamen pacem petenti, nisi se Senatus Populique Romani arbitrio permitteret, negavit. *Bellum Macedonicum 2um.*

A. M. 3835. Ol. 152. 3. vel 2. def.

R. C. 579. 582. C. Coss. { A. Hostilius Mancinus } 583. F. M.
{ A. Atilius Serranus } 584. V.

Hostilius Macedoniam provinciam sortitus nihil aliud memorabile gessisse legitur, quam quod exercitum

tum ad militarem disciplinam formavit, & socios ab omni injuriâ defendit.

A. M. 3836. Ol. 152. 4. vel 3. def.

R. C. 580. 583. C. Coss. { Q. Marcius Philippus II } 584. F. M. { Cn. Servilius Cæpio } 585. V.

Marcius Consul quum per Asturidem paludem saltusque invios penetrasset in Macedoniam, regem securum inopinatâ irruptione ita perterrefecit, ut gazam omnem jusserit in mare abjici, & classem incendi, ne in illius potestatem venirent: eodemque impetu Romanus complures urbes occupavit. Iisdem Coss. creati Censores C. Claudius Pulcher & Tib. Sempronius Gracchus, asperè gestâ censurâ, lustrum fecerunt LII. *Jisdem Coss. Ennius Poeta decessit. Cic. in Bruto, & Catone Majori.*

Lustrum 52m.

A. M. 3837. Ol. 153. 1. vel 152. 4. def.

R. C. 581. 584 C. Coss. { L. Æmilius Paullus II } 585. F. M. { C. Licinius Crassus } 586. V.

Æmilius Paullus iterum Consul Perseum regem ultimo prælio devicit ad Pydnam, pridie nonas sive Lun. Eccl. quarto die Septembris; quum Lunæ Eclipsis à C. Sulpitio Gallo uno è tribunis militum prædicta contigisset nocte præcedente eundem diem; qui quidem videtur demum utique respondisse vicesimo secundo diei Junii mensis Juliani, circa æstivum Solstitium, nondum tamen eo circumacto, ut significat Livius licet mutilus, fortè non satis consideratâ differentiâ inter Septembrem veterem & Julianum. Non multis autem diebus postea Perseus à Cn. Octavio Prætore navali ad templum Samothracum captus & ad Consulem perductus est. Interim vero L. Amicius Gallus Prætor Illyrios, qui à Romanis deficientes cum Perseo societatem iniverant, intra triginta dies in deditionem redegit, capto quoque ipsorum rege Gentio. Porro autem eadem æstate, post debellatum

Perseus victus & captus.

bellatum Perseum, C. Popilius Lænas cum duobus aliis legatis navigans in Ægyptum, ut Antiochum Epiphanem regem Syriæ juberet populi Romani nomine discedere ex Ægypto, quam jam duabus æstatibus continuis duabus expeditionibus invaserat: regem cunctantem, virgula circumscriptum, confestim spondere se discessurum coegit: uti refert Livius sub finem libri XLIV. ac initio XLV. anno CXLV. Seleucidarum, non CXLIII. quem innuunt libri Machabæorum; quorum pariter ac Livii auctoritas me in errorem impulit quoad applicationem Consulum ad Olympiades.

Antiochus Epiphanes Ægypto cedere jussus an. Seleucidarum 145.

A. M. 3838. Ol. 153. 2. vel 1. def.

R. R. 582. 585. C. Coss. { Q. Ælius Pætus } 586. F. M.
{ M. Junius Pennus } 587. V.

Iis Coss. L. Æmilius Paullus Proconsul, tertium glorioſissimum triumphum egit per triduum, IV. III. prid. Kal. Decemb. de exciso regno Macedonico & Macedoniâ populi Romani provinciâ factâ; rege etiam Perseo una cum duobus filiis captivis in triumpho ductis: ante & post quem triumphum pauculis diebus interjectis ipse duos filios solos domui suæ relictos morte amisit. Octavius autem Prætor de eodem rege Perseo navalem triumphum egit, Kalendis Decembris. Denique Anicius Prætor Quirinalibus triumphavit de Illyriis subactis, & Molossis & Epirotis; Gentio Illyriorum rege cum liberis & conjuge & fratre Caravantio ante triumphalem currur ductis.

Perseus in triumpho ductus,

& Gentius.

A. M. 3839. Ol. 153. 3. vel 2. def.

R. G. 583. 586. C. Coss. { C. Sulpicius Gallus } 587. F. M.
{ M. Claudius Marcellus } 588. V.

Iis Coss. (quorum initio & Polybius historiam suam terminarat, & historia Liviana prorsus deficit; è qua-

quatuordecim decadibus librorum, præter ſecundam, reliquis novem cum dimidia omnino deſideratis;) Eumene rege, qui bello Macedonico medium ſe geſſerat, Romam adveniente, lata Lex eſt, ne cui regi Romam venire liceret. Ipſi autem Coſſ. ambo de Gallis Contrubis Eleatibuſque, & Liguribus prope deletis triumpharunt, Marcellus circa idus Intercalares x. Sulpicius Kal. Martii.

Eumenes Rex.

A. M. 3840. Ol. 153. 4. vel 3. def.

R. C. 584. 587. C. Coſſ. { T. Manlius Torquatus / Cn. Octauius } 588. F. M. 589. V.

Cn. Octavio novo homini in adipiſcendo Conſulatu ſuffragata putabatur, quum vulgo viſeretur, ædificata in Palatio præclara & plena dignitatis domus: uti refert Cicero, lib. primum de officiis.

A. M. 3841. Ol. 154. 1. vel 153. 4. def.

R. C. 585. 588. C. Coſſ. { A. Manlius Torquatus / Q. Caſſius Longinus } 589. F. M. 590. V.

Caſſius in Magiſtratu mortuus eſt, forte an peſte, qua pariter ac fame ſub ea tempora Romæ vehementer laboratum eſt. Iiſdem Coſſ. creati Cenſores L. Æmilius Paullus & Q. Marcius Philippus Luſtrum fecerunt LIII. Philippus autem Cenſor novum Horologium Romæ conſtituit, annis undecentum poſt illud à Meſſallâ, ex Siciliâ deportatum, juxta Plinium, lib. VII. cap. ult. & Cenſorinum.

Luſtrum 53m.

A. M. 3842. Ol. 154. 2. vel 1. def.

R. C. 586. 589. C. Coſſ. { Tib. Sempronius Gracchus II / Man. Junentius Thalna } 590. F. M. 591. V.

Thalna Conſul in Corſicâ, quam nuper ſubegerat, dum inter ſacrificandum literas à Senatu de decretis ei ſupplicationibus attentius legeret, ſubito collapſus expiravit.

A. M.

A. M. 3843. Ol. 154. 3. vel 2. def.

R. C. 587. 590. C. Coss. { P. Cornelius Scipio Nasica / C. Marcius Figulus } 591. F. M. 592. V.

Iis Coss. quod vitio facti dicerentur, paulo post abdicantibus, suffecti sunt Coss. P. Cornelius Lentulus & Cn. Domitius Ahenobarbus. Iisdem Coss. Cn. Octavius Legatus Consularis, missus in Syriam ut Antiochum Eupatorem classes habere & Elephantes alere prohiberet, Laodiceæ per Lysiam ejus tutorem à Leptine quodam interfectus est. Antiochus Eupator.

A. M. 3844. Ol. 154. 4. vel 3. def.

R. C. 588. 591. C. Coss. { M. Valerius Messalla / C. Fannius Strabo } 592. F. M. 593. V.

Iis Coss. moderandis sumptibus Romæ Leges sumptuariæ latæ sunt. Actum etiam est in Senatu de Rhetoribus & Philosophis urbe arcendis.

A. M. 3845. Ol. 155. 1. vel 154. 4. def.

R. C. 589. 592. C. Coss. { L. Anicius Gallus / M. Cornelius Cethegus } 593. F. M. 594. V.

Cethegus Consul è Pontinis Paludibus siccatis agrum fecit. Iisdem Coss. mortuo Æmilio Paullo, ex auctione bonorum ejus vix redactum est unde dos uxori redderetur.

A. M. 3846. Ol. 155. 2. vel 1. def.

R. C. 590. 593. C. Coss. { Cn. Cornelius Dolabella / M. Fulvius Nobilior } 594. F. M. 595. V.

Iis Coss. Lex de ambitu lata existimatur. Iisdem Coss. creati Censores P. Cornelius Scipio Nasica & M. Popilius Lænas Lustrum fecerunt LIV. Nasica Censor primus Clepsydram, sive ex aquâ Horarium Romæ fecit: idemque Porticus in Capitolio extruxit. Lustrum 54m.

His Coss. Terentius Comicus fato functus est. Auctor Vitæ Terentij.

A. M.

A. M. 3847. Ol. 155. 3. vel 2. def.

R. C. 591. 594. C. Coſſ. { M. Æmilius Lepidus } 595. F. M.
{ C. Popilius Lænas II } 596. V.

Iis Coſſ. (quibus ſeculi Romani centum annorum terminum, fortaſſe tertii à primis Ludis ſecularibus, Piſone authore, ſeptimo Annalium, ſtatuere videtur Cenſorinus, quantum ex corrupto intelligere licet;) M. Fulvius Nobilior Proconſul, de Eleatibus, & Liguribus Ciſalpinis debellatis demum poſt octoginta annos quam cœptum cum iis geri bellum, triumphavit XII. Kal. Septembris.

A. M. 3848. Ol. 155. 4. vel 3. def.

R. C. 592. 595. C. Coſſ. { Sex. Julius Cæſar } 596. F. M.
{ L. Aurelius Oreſtes } 597. V.

Iis Coſſ. inquit Plinius, l. XXXIII. cap. III. auri in ærario populi Romani fuere pondo ſeptingenta viginti ſex, argenti nonaginta duo millia: & extra numerum ſive in numerato tercentum & ſeptuaginta quinque millia: ſed numeros corruptos & multo minores veris jure ſuſpicatur Cuſpianus. Ideoque ipſe teſtatur in antiquo exemplari legi, auri pondo ſedecies (mille) octingenti & decem; argenti viginti duo (millia) ſeptuaginta: & in numerato ſexaginta duo (millia) octoginta quinque & quadringenta.

A. M. 3849. Ol. 156. 1. vel 155 4. def.

R. C. 593. 596. C. Coſſ. { L. Cornelius Lentulus Lupus } 597. F. M.
{ C. Marcius Figulus II } 598. V.

Marcius Conſul cum Dalmatis, quod Illyricum vaſtaſſent, bellum parum proſperè ſuſceptum, mox fugatis ad Delminium, felicius geſſit.

A. M.

A. M. 3850. Ol. 156. 2. vel 1. def.

R.C. 594. 597. C. Coss. { P. Cornelius Scipio Nasica II } 598. F. M.
{ M. Claudius Marcellus II. } 599. V.

Eorum Coss. uterque triumphavit; Marcellus jam iterum, de Eleatibus & Liguribus Transalpinis, ut existimatur; Nasica Corculum (nam id quoque ei, erat cognomen) de Dalmatis domitis & confecto bello Dalmatico, Delminio expugnato.

A. M. 3851. Ol. 156. 3. vel 2. def.

R. C. 595. 598. C. Coss. { Q. Opimius } 599. M.
{ L. Postumius Albinus } 600. V.

In Postumii demortui locum Consul factus est Manius Acilius Glabrio. Opimius Transalpinos Ligures subegit, deque iis etiam ipse triumphasse creditur. Iis vero Coss. creati Censores M. Valerius Messalla & C. Cassius Longinus Lustrum fecerunt LV. Iis autem Censoribus primo cœptum ædificari Theatrum Romæ ubi populus sedens spectaret Ludos; P. Nasicâ auctore, tanquam inutile & nociturum publicis moribus, ex Senatusconsulto destructum est.

Lustrum 55^m.

A. M. 3852. ol. 156. 4. vel 3. def.

R. C. 596. 599. C. Coss. { Q. Fulvius Nobilior } 600. F. M.
{ T. Annius Luscus } 601. V.

Ii Consules, anno DXCIIX ab urbe conditâ, (scilicet quasi completo juxta calculum Catonianum, in breviario libri XLVII. Livii,) primi Kalendis Januarii anticipatis (sub nonum mensem naturalem anni præcedentis utique) Magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni Consulibus creatis, inire cœperunt. Qui dies solennis ineundo Consulatui deinceps republicâ stante in perpetuum mansit: mutandi causa fuit quod Celtiberi post Lusitanos in Hispaniis rebellaverant: unde conflatum est bellum Celtibericum

vicennale graviſſimum. De Luſitanis vero ex Hiſpaniâ ulteriore Proprætor, iiſdem Coſſ. vel ſequentibus, triumphavit L. Mummius.

A. M. 13853. Ol. 157. 1. vel 156. 1. def.

R. C. 597. 600. C. Coſſ. { M. Claudius Marcellus III } 601. F. M.
{ L. Valerius Flaccus } 602. V.

Flaccus in Magiſtratu mortuus eſt. Marcellus Conſul contra Celtiberos, Man. Acilius Prætor contra Luſitanos proſpere pugnarunt.

A. M. 3854. Ol. 157. 2. vel 4. def.

R. C. 598. 601. C. Coſſ { L. Licinius Lucullus } 602. F. M.
{ A. Poſtumius Albinus } 603. V.

Iis Coſſ. Marcellus Proconſul de Celtiberis devictis tertium triumphum egit. Pleriſque omnibus refugientibus bellum Hiſpanienſe, P. Cornelius Scipio Æmilianus ultro ſe offerens ad quodcunque militiæ genus, ſuo exemplo alios incitavit. Idemque tribunus militum magnas res geſſit, auſpiciis Luculli Conſulis, qui Vaccæos, Cantabros, & alias nationes Hiſpaniæ ſubegit. Interim vero Ser. Sulpicius Galba Prætor vaſtans Luſitaniam, triginta millibus Luſitanorum (à quibus prælio victus erat) contra fidem ſceleſtè trucidatis, belli Viriathini cauſa extitit.

A. M. 3855. Ol. 157. 3. vel 2. def.

R. C. 599. 602. C. Coſſ. { T. Quinctius Flamininus } 603 F. M.
{ Manius Acilius Balbus } 604. V.

Iis Coſſ. in locum Æmilii Lepidi, Pontificem Maximum factum eſſe P. Cornelium Scipionem Naſicam illum virum optimum à Senatu judicatum, apparet ex Ciceronis Catone, quem eodem anno ſermonem illum de Senectute habuiſſe facit.

A. M.

A. M. 3856. Ol. 157. 4. vel 3. def.

R. C. 600. 603. C. Coss. { L. Marcius Censorinus } 604. F. M.
{ Manius Manilius } 605. V.

Iis Coss. (quibus Ludos Seculares quintos juxta Antiatem, & Varronem, & Livium celebratos esse apparet ex Censorino, & quidem completo altero & sexcentesimo anno ab urbe conditâ juxta calculum Catonianum usurpatum à Livio in breviario libri XLIX.) Carthaginis excidium magnopere suadente Catone, dissuadente vero Nasicâ, indictum suscepturnque est tertium Punicum; ambo autem Consules in Africam trajicientes ipsam Carthaginem oppugnare confestim aggressi sunt: ubi Scipionis Æmiliani virtus præcipue emicuit. *L. Calpurnius Piso Frugi Tribunus plebis* { *Legem Calpurniam tulit. Cic. in Bruto.*

Ludi Seculares 5ti.

Bellum Carthaginense 3um.

A. M. 3857. Ol. 158. 1. vel 157. 4. def.

R. C. 601. 604. C. Coss. { Sp. Postumius Albinus Magnus } 605. F. M.
{ L. Calpurnius Piso Cæsoninus } 506. V.

Iis Coss. Marcellus, qui ter Consul fuerat, Legatus ad Masanissam regem, coortâ procellâ mari submersus interiit: Masanissâ autem mortuo, ex suprema ejus voluntate Scipio Æmilianus regnum ipsius tribus filiis divisit. Idemque effecit ut Præfectus equitum Carthaginensium cum equitatu suo ad Romanos transiret. Interea excitatum est tertium bellum Macedonicum ab Andrisco profitente se Philippum filium regis Persei: qui cum Româ profugisset, & Macedoniam occupasset cæso Juventio Prætore cum exercitu; vastatâ etiam Thessaliâ majore ex parte, & adjunctis sibi Thracibus; demum à Q. Cæcilio Metello profligatus, & receptâ Macedoniâ in potestatem redactus est.

Bellum Macedon. 3um.

A. M. 3858. Ol. 158. 2. vel 1. def.

R. C. 602. 605. C. Coſſ. { P. Cornelius Scipio Æmilianus } 606. F. M. 607. V.
C. Livius Druſus }

Scipio Ædilitatem petens, Conſul ante tempus legibus præfinitum creatus eſt. Erat vero Æmilii Paulli filius; ſed adoptatus à Scipione Africani filio in ejus nomen tranſierat: præter artes autem bellicas, literarum quoque ſtudio claruit, quarum gratiâ Polybium Hiſtoricum & Panætium Philoſophum comites domi militiæque ſecum habuit. Sicut autem Conſulatum præter Legem, ita provinciam Africam extra ſortem juſſu populi adeptus, obſidionem Carthaginis acrius adortus eſt, & ex parte cepit. Iiſdem Coſſ. Achæis, quod legati miſſi ut corpus eorum diſſolverent, appellati erant ſuperbius., bellum illatum eſt, à Metello Proprætore, ut apparet. Porro iiſdem Coſſ. creati Cenſores L. Cornelius Lentulus Lupus & L. Marcius Cenſorinus Luſtrum fecerunt LVI. lecto Senatus principe P. Cornelio Scipione Naſicâ.

Luſtrum 56.

A. M. 3859. Ol. 158. 3. vel 2. def.

R. C. 603. 606. C. Coſſ. { Cn. Cornelius Lentulus } 607. F. M. 608. V.
L. Mummius }

Iis Coſſ. (qui ad annum DCVIII. R. C. at tertium Olympiadis CLVI (pro CLVIII.) referuntur apud Plinium, lib. XXXIV. cap. ſec. & quibus Ludos Seculares Romæ celebratos eſſe, Piſone Cenſorio, Cn. Gellio, & Caſſio Heminâ auctoribus, qui illo tempore vixerint, refert Cenſorinus) Achæos antea duobus præliis, altero ad Thermopylas, altero in Phocæis, à Metello Proprætore devictos, Conſul Mummius ad Iſthmum acie debellavit: ac Corinthum captam incendit diruitque: Thebas etiam & Chalcidem evertit. Deinde autem Metellus Proprætor de Andriſco Pſeudophilippo devicto captoque ex Macedonia

Ludi Seculares Quarti.

Corinthus capta.

cedonia in servitutem redactâ, triumphum egit, inde appellatus Macedonicus : ac Scipio Æmilianus de Pœnis & Asdrubale debellatis, captaque & excisa tandem Carthagine illa Romæ Æmulâ, redactaque Africâ, in formam Provinciæ populi Romani, splendidissimè triumphans, etiam ipse Africani cognomen cum avo commune sibi vindicavit. Porro iisdem Coss. Viriathus, qui è Galbæ perfidè sævientis manibus evaserat, maximum bellum excitavit in Lusitaniâ, primum M. Vetilio Proprætore acie fuso, captoque & occiso ; deinde C. Plautio duobus præliis devicto & in oppidum compulso ; tum Claudio Unimano pene ad internecionem exercitus cæso ; ac demum etiam oppresso C. Nigidio.

Carthago Excisa.

A. M. 3860. Ol. 158. 4. vel 3. def.

R. C. 604. 607. C. Coss. { Q. Fabius Maximus Æmilianus } 608. F. M. 609. V.
{ L. Hostilius Mancinus }

Iis Coss. C. Lælius Prætor Viriathi Lusitani vires fregit & comminuit, ferocitatemque repressit, ita ut facile bellum successoribus traderet. Mummius autem Proconsul triumphum egit de Achæis subjugatis & excisa Corintho : inde appellatus Achaicus.

A. M. 3861. Ol. 159. 1. vel 158. 4. def.

R. C. 605. 608. C. Coss. { Ser. Sulpicius Galba } 609. F. M. 610. V.
{ L. Aurelius Cotta }

Iis Coss. Fabius Æmilianus Proconsul in Hispaniâ Viriathum magnâ exercitus ejus clade victum in munitum locum persecutus est.

A. M. 3862. Ol. 159. 2. vel 1. def.

R. C. 606. 609. C. Coss. { Ap. Claudius Pulcher } 610. F. M. 611. V.
{ Q. Cæcilius Metellus Macedonicus }

Metellus Consul missus est contra Viriathum, qui bellum in Celtiberiâ, Arevaccis Tithis ac Bellis ad armorum

morum ſocietatem excitatis, renovabat. Claudius contra Salaſſos Gallos Alpinos : quibuſcum congreſſus priore prælio decem millia ſuorum amiſit, poſteriore quinque millia hoſtium cecidit. Ac de iis injuſſu populi Romani privatis ſumptibus triumphavit ; filiâ virgine Veſtali comitante, ne à Tribuno plebis è curru triumphali deturbaretur. Circa idem tempus Scipio Æmilianus in Ægyptum, Syriam, Aſiam, & Græciam, ad regum, civitatum & gentium animos perſpiciendos legationis munus obiit.

A. M. 3863. Ol. 159. 3. vel 2. def.

R. C. 607. 610. C. Coſſ. { L. Cœcilius Metellus Calvus } 611. F. M. / { Q. Fabius Maximus Servilianus } 612. V.

Iis Coſſ. in Macedoniâ Pſeudoperſeus, ſive Pſeudophilippus alter, quum collectis ſervis rebellaſſet, & ad ſeptemdecim millia armatorum comparaſſet, à L. Trebellio Quæſtore cum exercitu cæſus eſt. In Hiſpaniâ Metellus Macedonicus Proconſul, Celtiberis cæſis, & Metropoli eorum Contrebiâ, quam obſideri cœptam viribus inexpugnabilem quaſi pro derelictâ habuerat, inopinato recurſu oppreſſa ; rerum magnificè geſtarum gloriam invidiâ circa ſucceſſorem corrupit. Conſul autem Fabius Servilianus Viriathum perſequentem ſe Uticam Africæ repulit, retroque ipſe perſecutus in Luſitaniam, multa ejus oppida in poteſtatem adduxit. Iiſdem Coſſ. creati Cenſores P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus & L. Mummius Achaicus, celebri & diſcordi cenſurâ geſtâ, Luſtrum fecerunt LXII.

Luſtrum 57.

A. M. 3864. Ol. 159. 4. vel 3. def.

R. C. 608. 611. C. Coſſ. { Cn. Servilius Cæpio } 612. F. M. / { Q. Pompeius Rufus } 613. V.

Iis Coſſ. Fabius Servilianus Proconſul rebus in Luſitaniâ maximam partem receptâ proſperè geſtis,

(uti

(ubi tranfugis dextras præfcidit) labem impoſuit, pace cum Viriatho æquis conditionibus factâ, in Celtiberia vero Numantini cum Termeſtetinis bellum redintegrarunt.

A.M. 3865. Ol. 160. (vel 159. 14. def. [1]Athenis Archon Antitheus iterum. Pauſanias libro 7. ſive Achaicis, refert Achaiam confecto bello Achaico à Mummio redactam eſſe in Provinciæ Romanæ formam, Archonte Athenis Antitheo, Olympiade 160. qua Diodorus Sicyonius ſtadio vicit.

R. C. 609. 612. C. Coſſ. { C. Lælius Sapiens } 613. F. M.
{ Q. Servilius Cæpio } 614. V.

Q. Servilius Conſul in Luſitaniæ Viriathum, violata pace ei à Fabio Serviliano fratre data, bello denuo perſecutus demum infami proditione interficiendum curavit. Pompeius vero Proconſul qui Metello ſucceſſerat in Celtiberia rebus parum proſperè geſtis contra Numantinos, pacem cum iis ignobilem fecit.

A. M. 3866. Ol. 160. 2. vel 1. def.

R. C. 610. 613. C. Coſſ. { C. Calpurinus Piſo } 614. F. M.
{ M. Popilius Lænas } 615. V.

Iis Coſſ. Senatus Romanus pacem à Pompeio, cum Numantinis factam irritam pronunciavit. Prætor autem peregrinans C. Cornelius Hiſpalus edicto Chaldæos citra decimum diem abire ex urbe atque Italia juſſit.

A. M. 3867. Ol. 160. 3. vel 2. def.

R. C. 611. 614. C Coſſ. { P. Cornelius Scipio Naſica Serapio } 615. F. M.
{ D. Junius Brutus } 616. V.

Iis Coſſ. Popilius Proconſul à Numantinis cum exercitu fuſus fugatuſq; eſt.

A. M. 3868. Ol. 160. 4 vel 3. def.

R. C. 612. 615. C. Coſſ. { M. Æmilius Lepidus Porcina } 616. F. M.
{ Caius Hoſtilius Mancinus } 617. V.

C. Mancinus conſul cum exercitu triginta millium à quater mille Numantinis infelici pugna victus & caſtris exutus, cum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet, ad turpe fœdus cum iis faciendum adactus eſt: quod ratum eſſe Senatus vetuit, avocato eo ab exercitu & collega Lepido in ipſius locum miſſo. Brutus vero Proconſul Luſitaniam expugnationibus urbium uſque ad oceanum perdomuit. Circa idem tempus Eunus quidam Syrus impoſtor excitavit primum Servile bellum in Sicilia.

A. M. 3869. Ol. 161. 1. vel 160. 4. def.

R. C. 613. 616. C. Coſſ. { P. Furius Philus } 617. F. M.
{ Sex. Atilius Serranus } 618. V.

Publium Furium appellari Lucium Furium apud Ciceronem l. 3. de Offic. & in Bruto connotat Francis Jun. in 15. c. 3. l. Maceh. Iis Coſſ. Brutus Proconſul Callaicorum ſive Callæcorum ultimorum Hiſpaniæ populorum & oceano proximorum ſexaginta millia cecidit, deq, iis populis ac Luſitanis perdomitis triumphans Callaici cognomen adeptus eſt. In citeriore vero Hiſpania Lepidus Proconſul Vaccæis Pallantinis ſine Senatus conſulto bellum inferens, accepta ab iis clade graviſſimâ, domum revocatus & imperio abdicatus eſt. Inde Mancinus ad exolvendum fœderis religione populum Romanum Numantinis deditus eſt, cujus deditio immanem Romæ ſeditionem peperit. Iiſdem Coſſ. creati Cenſores Q. Fabius Maximus Servilianus, ut plures exiſtimant, & Q. Fulvius Nobilior luſtrum fecerunt LVIII. lecto Senatus principe Appio Claudio Pulchro.

Lustrum 58.

A. M.

A.M. 3870. Ol. 161. 2. vel 1. def.

R. R. 614. 617. C. Coſſ. { Ser. Fulvius Flaccus, Q. Calpurnius Piſo } 618. F. M. 619. V.

Flaccus conſul de Vardæis qui provinciam Illyricum invaſerunt, unâ excurſione ſubactis triumphum egit. Circa idem tempus bellum Servile in Sicilia renovatum apparet, Cleone duce, armatis ſeptuaginta millibus ſervorum. Et cum Scordiſcis Thracibus bellatum eſt.

Bellum Servile in Sicilia.

A. M. 3871. Ol. 161. 3. vel 2. def.

R.C. 615. 618. C. Coſſ. { P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus II, C. Fulvius Flaccus } 619. F. M. 620. V.

Scipioni Æmiliano etiam ſecundus conſulatus non petenti datus eſt, cum provincia Hiſpania, & bello Numantino, extra ſortem. Quo profectus diſciplinam militum in exercitu reſtituit, & Numantinorum fines vaſtavit, interim Fulvius Coſ. in Sicilia bellum contra ſervos geſſit.

A. M. 3872. Ol. 161. 4. vel 3. def.

R. C. 616. 619. C. Coſſ. { P. Mucius Scævula, L. Calpurnius Piſo Frugi } 620. F. M. 621. V.

Piſo Conſul in Sicilia contra ſervos (quorum belli contagio etiam Italiam infecerat,) proſperè rem geſſit. Numantini à Scipione Proconſule ad ultimam deſperationem adacti ſeipſos ferro veneno & igne perdiderunt: ipſa urbs Numantia, incenſa ſive ab ipſis ſive à Scipione deleta eſt, ac reliquæ civitates Hiſpaniæ in poteſtatem redactæ. Interea vero Romæ Tiberius Gracchus ob deditionem Mancini ſeditionem movens, latâ lege ne quis ex agro publico pluſquam quingenta jugera poſſideret, & laturus aliam ut pecunia Attali Regis Pergami, Eumenis filii, qui paulò ante mortuus populum Romanum hæredem fecerat,

Numantia deleta.

divideretur; abrogata etiam M. Octavio collegæ intercedenti potestate; ac denique tribunatum plebis in alterum annum ambiens; post concionesin Senatu & pro Rostris à Mucio consule contra eum habitas, auctore P. Scipione Nasica Serapione, Pontifice Maximo, ipsius consobrino, in tumultu interfectus est, & à Lucretio Ædili (inde Vispillone dicto) in Tiberim projectus est.

Tib. Gracchus interfectus.

A. M. 3873. O. 162. 1. vel 161. 4. def.

R. C. 617. 620. C. Coss. { P. Popilius Lænas } 621. F. M.
{ P. Rupilius } 622. V.

Rupilius consul in Sicilia servos fugitivos, receptis Taurominio & Enna firmissimis eorum refugiis, debellavit. De quibus devictis M. Perpenna Prætor, sive eodem anno sive triennio antea, fertur ovans urbem ingressus. Iisdem verò Coss. Scipio Africanus Æmilianus secundum triumphum egit de excisa Numantia.

Bello Servilio in Sicilia f.

A. M. 3874 Ol. 162. 2. vel 1. def.

R. C. 618. 621. C. Coss. { P. Licinius Crassus Mucianus } 622. F. M.
{ L. Valerius Flaccus, Flamen Martialis } 623. V

Crassus Mucianus Consul, & ditissimus & nobilissimus & eloquentissimus & Jurisconsultissimus & Pontifex Maximus, missus est in Asiam ad gerendum bellum cum Aristonico Eumenis regis ex pellice filio, qui regnum Attali testamento populo Romano relictum tanquam paternum occuparat. Rupilius autem Proconsul ex Sicilia de Servis ovans urbem ingressus est. Iisdem Coss. creati Censores Q. Cæcilius Metellus Macedonicus & Q. Pompeius, primi ambo de plebe, lustrum fecerunt LXIX. lecto Senatus principe P. Cornelio Lentulo. Metellus Censor censuit ut omnes rogarentur ducere uxores liberorum procreandorum causa;

Lustrum 59.

cujus

cujus orationem habitam ad eundem finem postea in Senatu recitavit Cæsar Augustus. Suet in Aug. Cap 89.

A. M. 3875. Ol. 162. 3. vel 2. def.

R. C. 619. 622. C. Coss. { M. Perperna / C. Claudius Pulcher } 623. F. M. 624. V.

Iis Coss. Crassus Mucianus Proconsul, atque Pontifex Maximus quod nunquam antea factum erat extra Italiam cum exercitu profectus, prælio contra Aristonicum victus atque occisus est; in cujus locum Pont. Maximus factus est P. Mucius Scævula. Consul autem Perperna, Aristonico acie profligato, omnibusq; copiis nudato, ac in urbe Stratonica ad deditionem coacto captoque, rediens Romam ad triumphum, Pergami morbo correptus diem obiit. Bell. Macedon. 3i finis.

A. M. 3876. Ol. 162. 4. vel 3. def.

R. C. 620. 623. C. Coss. { C. Sempronius Tuditanus / Manius Aquillius } 624. F. M. 625. V.

Consul Aquillius Asiatici belli reliquias confecit, mixtis veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium; quæ res ut maturam ita infamem confecit victoriam; eadem autem belli occasione Lydiam sedem antiquam regnorum, Cariam, Hellespontum, & Phrygias ambas in potestatem Populi Romani redegit. Tuditanus vero Consul de subactis Japudibus Inalpinis ad Illyrios sive Istros spectantibus triumphum egit. Iisdem Coss. Scipio Æmilianus extinctus est non sine suspicione veneni dati à Sempronia uxore, sorore Gracchi. Scipio Æmilian⁹ mortuus.

A. M. 3877. Ol. 163. 1. vel 162. 4. def.

R. C. 621. 624. C. Coss. { Cn. Octavius / T. Annius Luscus, sive Rufus } 625. F. M. 627. V.

Iis Coss. seditiones à Triumviris Fulvio Flacco, C. Graccho Tiberii fratre, & C. Carbone, agro dividen- C. Gracchus Tib. fr.

do ante annum creatis excitatæ, post Africani mortem acrius exarserunt.

A. M. 3878. Ol. 163. 2. vel 1. def.

R. C. 622. 625. C. Coss. { L. Cass. Longinus Ravilla } 626. F. M. { L. Cornelius Cinna } 627. V.

Iis Coss. nihil memorabile gestum legitur.

A. M. 3879. Ol. 163. 3. vel 2. def.

R. C. 623 626 C. Coss. { Mamercus Æmilius Lepidus } 627. F. M. { L. Aurelius Orestes } 628. V.

Ludi sæculares 4i.

Iis Coss. quartos ludos seculares juxta quindecimvirorum sententiam celebratos esse refert Censorinus. Orestes vero consul ac deinde Proconsul, Sardiniam quæ rebellaverat, denuo subegit. Iisdem Coss. Aquillius Proconsul de Asia subacta atque in provinciæ formam ordinata triumphavit tertio idus Decemb. Iisdem Coss. creati Censores L. Cæcilius Metellus, Calvus & L. Calpurnius Piso Frugi: sive tunc demum Q. Fabius Max. Servilianus, lustrum non fecerunt.

A. M. 3880. Ol. 163. 4. vel 3. def.

R. 624. 627. C. Coss. { M. Plautius Hypsæus } 628. F. M. { M. Fulvius Flaccus } 629. V.

Fulvius Consul primus Italicos populos universos in spem Romanæ civitatis erexit, eosque ad petendam ipsam excitavit; itaque Fregellanis adversus Populum Romanum conjurandi occasionem dedit; quos L. Opimius Prætor ad deditionem compulit, & Fregellas excidit. Ipse vero Fulvius missus est ad bellum inferendum Gallis sive Liguribus Transalpinis, nempe Salybus sive Salviis qui fines Massylienfium sociorum populi Romani invasissent: quibus demum accesserunt Arverni, Ruteni & Allobroges. Iisdem Coss. (quibus etiam gravissima pestilentia Cyrenis Africæ orta

orta ex immani locuſtarum multitudine vento in mare dejecta & fluctibus in littus rejecta) creati Cenſores C. Servilius Cæpio & L. Caſſius Longinus Ravilla luſtrum fecerunt LX. eum autem annum Frontinus libro de aquæductibus appellat DCXXVII. R. C. nempe juxta calculum Catonianum. *Luſtrum. 60.m*

A. M. 3881. Ol. 162. 1. vel 163. 4. def.

R. C. 625. 628. C. Coſſ. { C. Caſſius Longinus } 629. F. M. / { C. Sextius Calvinus } 630. V.

Sextius Conſul & deinde Proconſul Salvios delevit, & in eorum regione coloniam Aquas Sextias condidit. Caſſius etiam videtur proſperè rem geſſiſſe adverſus Allobroges & ceteros finitimos.

A. M. 3882. Ol. 164. 2. vel 1. def.

R. C. 626. 629. C. Coſſ. { Q. Cæcilius Metellus } 630. F. M. / { T. Quinctius Flamininus } 631. V.

Metellus Conſul Baleares bello devicit. Iiſdem vero Coſſ. Fulvius Flaccus Proconſul de Liguribus, Vocontiis, & Salviis triumphavit, & C. Gracchi operâ lex lata eſt de Carthagine colonia deducenda.

A. M. 3883. Ol. 164. 3. vel 2. def.

R. R. 627. 630. C. Coſſ. { Cn. Domitius Ahenobarbus } 631. F. M. / { C. Fannius Strabo } 632. V.

Iiis Coſſ. feruntur, (ex fragmento Marmoreo triumphorum apud Goltzium) triumphaſſe Proconſules Caſſius Longinus de Allobrogibus, Arvernis, Rutenis, Salviiſque ſub menſem Quinctilem; & Sextius Calvinus de Liguribus, Vocontiis, Salviiſque: atque Aurelius Oreſtes de Sardis ſexto Idus Decembris. Interim Conſul Domitius devicit Allobroges ſive Arvernos.

A. M.

A. M. 3884. Ol. 164. 4. vel 3. def.

R. C. 628. 631. C. Coſſ. { Q. Fabius Maximus, L. Opimius } 632. F. M. 633. V.

Fabius Conſul ad Iſaram fluvium acie cæſis centum viginti millibus Allobrogum Arvernorum & Rutenorum, captoque Rege Betulto, confecit bellum Allobrogicum. Iis autem Coſſ. juxta Goltzii fragmentum Q. Cæc. Metellus Proconſul triumphavit de Balearibus ſubactis, inde cognominatus Balearicus. Interim C. Sempronius Gracchus Tiberii frater, poſtquam per biennium tribunos plebis latis legibus ſeditioſis remp. perturbaverat, cum M. Fulvio Flacco Conſulari ejuſque duobus filiis, Conſulis Opimii opera Romæ interfectus eſt.

C. Gracchus Tib. fr. occiſus.

A. M. 3885. Ol. 165. 1. vel 4. def.

R. C. 629. 632. C. Coſſ. { P. Manlius, Ca. Papirius Carbo } 633. F. M. 634. V.

Iiis Coſſ. Q. Fabius Maximus triumphavit de Allobrogibus Arvernis Ruteniſque, & rege Betulto ante currum triumphalem ducto inde cognominatus Allobrogicus. Iiſdem Coſſ. creati cenſores Q. Servilius Cæpio & Q. Cæcilius Metellus Balearicus luſtrum fecerunt LXI. lecto Senatus Principe Q. Cæcilio Metello Macedonico Metelli Cenſoris patre.

Luſtrum 61.

A. M. 3886. Ol. 165. 2. vel 1. def.

R. C. 630. 633. C. Coſſ. { L. Cæcilius Metellus Calvus, L. Aurelius Cotta } 634. F. M. 635. V.

L. Metellus Conſul à C. Mario tribuno plebis ferente legem de ambitione ſuffragiorum, in carcerem conjectus eſt.

A. M.

A. M. 3887. Ol. 165. 3. vel 2. def.

R. C. 631. 634. C. Coss. { M. Porcius Cato } 635. F. M.
{ Q. Marcius Rex } 636. V.

Cato Consul in Africam Provinciam profectus ibi mortuus est. Mortuo etiam circa idem tempus Micypsa Numidarum rege, Marcius Sarvios gentem Alpinam expugnavit : & Narbonem Marcium Coloniam in Gallia transalpina condidit: anno DCXXXIII. R. C. juxta Eutropium. Iisdem Coss. Domitius Ahenobarbus Proconsul de Gallis Arvernis demum triumphum egit juxta Goltzii fragmentum ; quem alii triennio antea retulerunt.

A. M. 3888. Ol. 165. 4. vel 3. def.

R. C. 632. 635. C. Coss. { L. Cæcilius Metellus } 636. F. M.
{ Q. Mutius Scævula } 637. V.

Is L. Metellus Consul triumphandi libidine Dalmatis nulla eorum culpâ bellum intulit.

A. M. 3889. Ol. 166. 1. vel 165. 4. def.

R. C. 633. 636. C. Coss. { C. Licinius Geta } 637. F. M.
{ Q. Fabius Maximus Eburnus } 638. V.

Iis Coss. Proconsules triumpharunt L. Metellus de subactis Dalmatis, indè cognominatus Dalmaticus : ac deinde Q. Marcius de Sarvis, sive Liguribus Stœnis, juxta Goltzii fragmentum marmoreum.

A. M. 3890. Ol. 166. 2. vel 1. def.

R. C. 634. 637. C. Coss. { M. Æmilius Scaurus } 638. F. M.
{ M. Cæcilius Metellus } 639. V.

Æmilius Scaurus Consul legem de sumptibus & libertinorum suffragiis tulit : provinciam autem Ligures sortitus de Gallis Karvis (forte iisdem qui superius Sarvi appellati sunt) domitis triumphavit. Metellus

autem Sardiniam Provinciam rebellantem obtinuit. Iis autem Coss. Creati Censores L. Cæcilius Metellus Calvus & Cn. Dom. Ahenobarbus lustrum fecerunt LXII. lecto Senatus principe Scauro jam Consule.

Lustrum 62^m.

A. M. 3891. Ol. 166. 3. vel 2. def.

R. C. 635. 638. C. Coss. { Man. Acilius Balbus } 639. F. M. / { C. Porcius Cato } 640. V.

Is Cato Consul bello illato Scordiscis in Thracia ignominiosè pugnavit, non modo fuso aut fugato, sed omnino toto intercepto ejus exercitu. Circa hoc tempus Pontifex Maximus factus est L. Cæcilius Metellus Calvus.

A. M. 3892. Ol. 166. 4. vel 3. def.

R. C. 636. 639. C. Coss. { C. Cæcilius Metellus Caprarius } 640. F. M. / { Cn. Papirius Carbo } 641. V.

M. Metellus Proconsul & C. Metellus Consul duo fratres triumpharunt uno die, ille de Sardis denuo subactis, hic de Thracibus devictis. Eodemque anno T. Didius Prætor de repressis vagantibus Scordiscis ex Thracia triumphum egit. Porro autem eodem anno (quem DCXL. R. C. appellat Tacitus libro de moribus Germanorum) effusa immanis vis Germanarum gentium, quibus Cimbris ac Teutonis nomen erat, in Illyricum, Carbonem Consulem acie fudit fugavitque & exercitu exuit.

A. M. 3893. Ol. 167. 1. vel 166. 4. def.

R. C. 637. 640. C. Coss. { M. Livius Drusus } 641. F. M. / { Lucius Calpurnius Piso Cæsoninus } 642. V.

Drusus Consul Scordiscos acie victos intra proprios fines compulit, & vetuit transire Danubium.

A. M.

A. M. 3894. Ol. 167. 2. vel 1. def.

R. C. 638. 641. C. Coss. { P. Corn. Scipio Nasica } 642. F. M. 643. V.
{ L. Calpurnius Bestia }

Iis Coss. Drusus Proconsul de Scordiscis devictis ex Thracia triumphum egit. Scipio autem Consul in Magistratu mortuus est. Bestia vero missus ad bellum gerendum contra Jugurtham Numidorum regem (qui Hiempsalem & Adherbalem filios Micypsæ à quo ipse adoptatus & tertiæ partis regni hæres constitutus erat, interfecerat) corruptus largitione Flagitiosam cum eo fecit pacem, quæ à Senatu improbata est. Circa idem tempus Citerior Hispania rebellavit, L. Calpurnio Pisone Prætore occiso.

Bellum Jugurthin.

A. M. 3895. Ol. 167. 3. vel 2. def.

R. C. 639. 642. C. Coss. { M. Minucius Rufus } 643. F. M. 644. V.
{ Sp. Postumius Albinus }

Albinus Consul adversus Jugurtham missus, & ipse pecunia corruptus bellum traxit, quoad Romam comitiorum causa rediret. Tunc vero A. Postumius ejus frater & legatus, commisso prælio adverso ipse quoq; turpem pacem cum rege fecit. Cæterum Minutius Consul & deinde Proconsul contra Scordiscos & Dacos & Triballos in Thracia ad Hebrum fluvium prosperè rem gessit.

A. M. 3896. Ol. 167. 4. vel 3. def.

R. C. 640. 643. C. Coss. { Q. Cæcilius Metellus } 644. F. M. 645. V.
{ M. Junius Silanus }

Iis Coss. Proconsul Minucius de Scordiscis & Triballis devictis ex Thracia triumphum egit. Consul autem Metellus in Numidia Jugurtham regem duobus præliis fudit: oppidum Thala diripuit, ac universam regionem vastavit. Interim Silanus contra Cimbros Italiam invadentes in Gallia Cisalpina malè

rem geſſit. Iiſdem Coſſ. creati Cenſores M. Æmilius Scaurus & M. Livius Druſus: hoc mortuo ille abdicavit.

A. M. 3897. Ol. 168. 1. vel 167. 4. def.

R. C. 641. 644. C. Coſſ. { Ser. Sulpicius Galba } 645. F. M.
{ M. Aurelius Scaurus } 646. V.

Scaurus exiſtimatur Conſul factus in locum L. Hortenſii, qui antequam iniret magiſtratum damnatus ſit, atque tertiam cladem accepiſſe à Cimbris in Gallia. Iiſdem Coſſ. redintegrato bello in ulteriore Hiſpania Q. Servilius Cæpio Prætor de Luſitanis devictis triumphavit. Iiſdem Coſſ. creati Cenſores Qu. Fabius Maximus & C. Licinius Geta luſtrum fecerunt LXIII.

Luſtrum 63.

A. M. 3898. Ol. 168. 2. vel 1. def.

R. C. 642. 645. C. Coſſ. { L. Caſſius Longinus } 646. F. M.
{ C. Marius } 647. V.

Caſſius Conſul (erat autem idem ſeverus ille judex qui quærere ſolebat *Cui bono*, & cujus tribunal ſcopulus reorum dicebatur) in Gallia à Tugurinis pago Helvetiorum, cum L. Piſone conſulari Legato in prælio occiſus eſt, ejuſque exercitus ſub jugum miſſus: in cujus locum Coſſ. factus eſt Cn. Cornelius Dolabella. Marius vero ſuccedens Metello Proconſuli (qui iiſdem Coſſ. de Numidis devictis & Rege Jugurtha in Gætuliam profligato triumphans cognominatus eſt Numidicus,) primum Gætulos & Jugurtham prædas agentes in itinere fudit, deinde ipſum regem armis exuit, ac demum eundem pariter ac Bocchum regem Mauritaniæ magno prælio devicit, oppidumque Cirtam occupavit.

A. M.

A. M. 3899. Ol. 168. 3. vel 2. def.

R. C. 643. 646. C. Coss. { C. Atilius Serranus } 647. F. M. / { Q. Servilius Cæpio } 648. V.

Iis Coss. nati sunt M. Tullius Cicero & Cn. Pompeius Magnus. Servilius vero Consul, cum idem esset Pontifex Maximus, in Gallia victis Tectosagis oppidum Tolosanum diripuit, ac immensam vim auri & argenti ejus templis per sacrilegium abstulit. Interea, in Africa Jugurtham à Boccho rege proditum L. Cornelius Sulla Legatus vinctum ad Marium adduxit, atque ita Numidia in potestatem Populi Romani pervenit. *Cicero & Pompeius nati.*

A. M. 3900. Ol. 168. 4. vel 3. def.

R. C. 644. 647. C. Coss. { P. Rutilius Rufus } 648. F. M. / { Cn. Manlius Maximus } 649. V.

Manlius sive Mallius Consul, & Cæpio Proconsul in Gallia Transalpina maximo prælio à Cimbris Teutonibus Tiguriniſque & Ambronibus devicti sunt, capto & interfecto Aurelio Scauro Legato Consulari, cæsisque duobus filiis Consulis, cum octoginta millibus militum Romanorum, ac minimum Quadraginta calonum; quapropter Cæpio, cujus temeritate tanta clades accepta erat, damnatus & necatus est; ejusque Pontificis Maximi damnati primi post regem Tarquinium bona publicata sunt; necatique corpus laceratum in scalis Gemoniis jacens omnium conspectui expositum est. Porro eodem anno exercitus Romanus à Lusitanis, sive Consule Rutilio, sive quo alio duce, cæsus fertur. *2. Serv. Cæpio damnatus & necatus.*

A. M. 3901. Ol. 169. 1. vel 168 4. def.

R. C. 645. 648. C. Coss. { C. Marius II } 649. F. M. / { C. Flavius Fimbria } 650. V.

Ecl. Sol. obs. C. Marius præter leges & absens & intra

biennium iterum creatus Consul, quum de Jugurtha rege & duobus ejus filiis captis, totaque Numidia redacta in deditionem Populi Romani triumphasset Kalendis Januarii; ex Senatus decreto extra sortem accepit Provinciam Galliam ac bellum cum Cimbris; qui vastatis omnibus intra Rhodanum ac Pyrenæum, per saltum in Hispaniam transgressi sunt. His autem Coss. Thraces in Macedonia denuo subacti feruntur.

A. M. 3902. Ol. 169. 2. vel 1. def.

R.C. 646. 649. C. Coss. { C. Marius III } 650. F. M.
{ L. Aurelius Orestes } 651. V.

Secundus & tertius Marii Consulatus in apparatu belli Cimbrici consumti sunt, tertio autem Sulla Tribunus militum Marsos populosam gentem ad populi Romani amicitiam & societatem perduxisse fertur. Cæterum Orestes Consul in Magistratu mortuus est.

A. M. 3903. Ol. 169. 3. vel 2. def.

R.C. 647. 650. C. Coss. { C. Marius IV } 651. F. M.
{ Q. Lutatius Catulus } 652. V.

Iis Coss. M. Antonius Prætor Prædones maritimos in ora Ciliciæ persecutus est, deque iis repressis triumphum egit. Marius vero quartum Consul in Gallia ad Aquas Sextias Teutones Tigurinos & Ambrones continuo biduo ad internecionem cecidit, interfectis ducentis millibus hostium, captis nonaginta: triumphum autem propterea oblatum distulit, donec & Cimbros vinceret, à quibus Catulus Collega premebatur. Cæterum Marius bello Cimbrico primus Romanorum ducum Aquilam in Vexillo usurpasse dicitur: atque inde Aquila haberi cœpta pro insigni Romani imperii. Plinius x. l. iv. c. Porro iisdem Coss. creati Censores Q. Cæcilius Metellus Numidicus & C. Cæcilius Metellus Caprarius, fratres patrueles, lustrum fecerunt LXIV. circa idem tempus

Lustrum 64.

tempus Cn. Domitius Ahenobarbus Pontifex Max. factus est, primus Populi suffragiis, quum antea à collegis fierent.

A. M. 3904. Ol. 169. 4. vel 3. def.

R. C. 648. 651. C. Coss. { C. Marius V / Man. Aquillius } 652. F. M. 653. V.

Marius quintum Consul & Lutatius Proconsul Cimbrorum qui Italiam invaserant ad Athesim Veronæ fluvium cæsis acie centum quadraginta millibus, captis millibus sexaginta, confecerunt bellum Cimbricum. Ac Marius quidem duobus triumphis oblatis uno contentus fuit; quem secundum de Ambronibus Teutonis & Cimbris egit: Lutatius etiam de Cimbris triumphavit. Interim Consul Aquillius aliud bellum Servile in Sicilia ab Athenione pastore motum, confecit: & Decimus Junius Silanus Prætor Lusitanis devictis ulteriorem Hispaniam pacavit.

A. M. 3905. Ol. 170. 1. vel 169. 4. def.

R. C. 649. 652. C. Coss. { C. Marius VI. / L. Valerius Flaccus } 653. F. M. 654. V.

Marius sextum Consulatum emisse, collegamque sibi Valerium ut ministrum subrogasse, dicitur. Quo L. Appuleius Saturninus tribunus Plebis seditionem movens, cum C. Servilio Glaucia Prætore, & Sanseio Quæstore interfectus est. Metellus autem Numidicus recusans jurare in legem popularem de agro in Gallia dividendo ex Marii sententia latam, in exilium actus est; eique Marius aqua & igni interdixit. Iisdem vero Coss. C. Julius Cæsar natus est; quibus etiam Junius Silanus Proprætor ex Hispania ulteriore triumphavit de Lusitanis. Iisdemque aut sequentibus Aquillius Consul ex Sicilia de servis fugitivis debellatis ovans urbem ingressus est. Porro eodem anno Thraces à Romanis victos annotatur in Eusebii Chronico.

C. Jul. Cæsar nascitur.

A. M.

A. M. 3906. Ol. 170. 2. vel 1. def.

R. C. 650. 653. C. Coſſ. { M. Antonius / A. Poſtumius Albinus } 654. F. M. 655. V.

Iis Coſſ. Metellus Numidicus ab exilio reverſus eſt. Et Luſitanos rebellantes denuo vicit L. Cornelius Dolabella Prætor. Deque iis initio ſequentium Coſſ. v. Kal. Febr. triumphavit.

A. M. 3907. Ol. 170. 3. vel 2. def.

R. C. 651. 654. C. Coſſ. { Q. Cæcilius Metellus Nepos / T. Didius } 655. F. M. 656. V.

Iis Coſſ. renovatum eſt bellum in citeriore Hiſpania contra Celtiberos. Didius Conſul, & deinde Proconſul, viginti millia Arevaccorum in prælio occidit: Urbem Termeſtinorum captam mœnibus nudavit: & Colendam poſt nonum menſem obſeſſam cepit.

A. M. 3908. Ol. 170. 4. vel 3. def.

R. C. 652. 655. C. Coſſ. { Cn. Cornelius Lentulus / P. Licinius Craſſus } 656. F. M. 657. V.

Iis Coſſ. anno DCLVII. R. C. demum Senatuſconſultum factum eſt ne homo immolaretur, palamque in tempus illud ſacra prodigioſa Romæ celebrata ſunt; ut refert Plinius initio libri XXX. Iiſdem Coſſ. etiam Mædos & Dardanos ſubactos tradit Julius Obſequens, incertum quo imperatore. Craſſus autem Coſ. & Procoſ. in Hiſpania ulteriore videtur rem geſſiſſe contra Luſitanos. Porro iiſdem Coſſ. creati Cenſores L. Valerius Flaccus & M. Antonius luſtrum fecerunt LXV.

A. M. 3909. Ol. 171. 1. vel 170. 4. def.

R. C. 653. 656. C. Coſſ. { C. Domitius Ahenobarbus / C. Caſſius Longinus } 657. F. M. 658. V.

Iis Coſſ. Ptolemæus Apion rex Cyrenarum mortuus, teſta-

teſtamento hæredem Populum Romanum reliquit. Senatus verò ejus regni civitates liberas eſſe juſſit.

A. M. 3910. Ol. 171. 2. vel 1. def.

R. C. 654. 657. C. Coſſ. { L. Licinius Craſſus } 658. F. M.
{ Q. Mutius Scævula } 659. V.

Ab iis Coſſ. lata eſt lex Mucia Licinia, contra populos Italicos pro civibus Romanis ſe gerentes, de regendis in ſua civitate ſociis : quæ cauſa fuit belli Italici. Craſſus in provincia Gallia citeriore quum quoſdam motus latrociniis quam bello ſimiliores compeſcuiſſet, triumphum petens non impetravit. Mucius Aſiam provinciam ſumma laude adminiſtravit. Ejus tamen Quæſtor P. Rutilius injuria repetundarum damnatus fertur.

A. M. 3911. Ol. 171. 3. vel 2. def.

R. C. 655. 658. C. Coſſ. { C. Cælius Caldus } 659. F. M.
{ L. Domitius Ahenobarbus } 660. V.

Iis Coſſ. L. Cornelius Sulla ſive Sylla, ex prætura ſortitus Ciliciam provinciam, Ariobarzanem ex Senatus conſulto in regnum Cappadociæ induxit, pulſo Gordio Mithridatis Regis Ponti duce : quod principium extitit belli Mithridatici ; idemque ad Euphratem commoratus, cum Orobazo Legato ab Arſace Rege Parthorum, primus Romanorum amicitiam ac ſocietatem fecit.

A. M. 3912. Ol. 171. 4. vel 3. def.

R. C. 656. 659. C. Coſſ. { C. Valerius Flaccus } 660. F. M.
{ M. Herennius } 661. V.

Iis Coſſ. duo Procoſſ. ex Hiſpaniis triumphos egerunt ; T. Didius jam ſecundo, de Celteberis, IV. id. Junii : P. Craſſus de Luſitanis, pridie idus Junias.

A. M. 3913. Ol. 172. 1. vel 171. 4. def.

R. C. 657. 660. C. Coſſ. { C. Claudius Pulcher, M. Perperna } 661. F. M. 662. V.

Iis Coſſ. contra Mædos, Thraces, ut apparet, Provinciam Macedoniam vaſtantes parum proſpere puguavit C. Geminius Prætor. Iiſdem Coſſ. creati Cenſores Cn. Domitius Ahenobarbus & L. Licinius Craſſus (quorum alteri in Senatu objecit alter luctum ob murænam in piſcina ſua mortuam tanquam ob filiam, viciſſim vero alter æneam barbam, os ferreum, cor plumbeum) luſtrum fecerunt LXVI. † Iidem Cenſores (quorum alter L. Craſſus & M. Antonius erant duo ſummi oratores ſui ſeculi), Latinos Rhetores cludere ludum impudentiæ juſſerunt docere prohibentes.

Luſtrum 66. †

A. M. 3914. Ol. 172. 2. vel 1. def.

R. C. 658. 661. C. Coſſ. { L. Marcius Philippus, Sex. Julius Cæſar } 662. F. M. 663. V.

Iis Coſſ. actam eſſe Olympiadem alteram ſupra ſeptuageſimam adeo aperte innuit Diodorus Siculus, fragmento libri XXXVII. ut eo ipſe nonnullam occaſionem errandi in applicatione Coſſ. ad Olympiadas nobis præbuerit: omnino tamen ſic intelligendus quaſi ſcripſiſſet illos Coſſ. Magiſtratum iniiſſe anno primo ejus Olympiadis. Iis autem Coſſ. M. Livius Druſus Trib. Plebis ſeditionem movens, promulgatâ inter alias lege de civitate Romana Italicis populis communicanda; quum ipſum Conſulem Philippum auſum interpellare ſe concionantem, abtorta gula per clientem ſuum adeo violenter in carcerem egiſſet præcipitem, ut multus è naribus ejus cruor profunderetur, poſtea incerto authore domi ſuæ interfectus eſt. Quamobrem populi Italici, facta coitione adverſus Populum Romanum conſpirarunt: trucidatoq;

cidatoque Servilio Proconsule ad motus eorum sedandos misso cum Fonteio Legato, & omnibus Romanis qui erant Asculi; moverunt bellum quod appellatum est Italicum, & sociale, & Marsicum, uptote à Marsis cœptum. *Bellum Sociale.*

A. M. 3915. Ol. 172. 3. vel 4. def.

R. C. 659. 662. C. Coss. { L. Julius Cæsar } 663. F. M.
{ P. Rutilius Lupus } 664. V.

Consul L. Cæsar ad Æserniam primo victus & fusus cum exercitu à Vettio Catone, uno ex Italicorum ducibus, postea aliquanto felicius pugnavit contra Samnites. P. Rutilius autem à Marsis acie victus & occisus est. Quos haud ita multo post C. Marius prælio fudit. Iisdem Coss. C. Cæcilius in Gallia Transalpina Salvios rebellantes vicit. Iisdemque Coss. Nicomedes regno Bithyniæ ejectus à fratre Socrate, & Ariobarzanes Cappadociæ à Bagoa vel Tigrane Armeniæ rege opera Mithridatis; redacti sunt à Manio Aquillio Legato Consulari & L. Cassio prætore Asiæ. Porro iisdem Coss. in locum Domitii Pontifex Max. factus est Q. Cæcilius Metellus Dalmaticus. *Nicomedes in regnum reductus.*

A. M. 3916. Ol. 172. 4. vel 3. def.

R. C. 660. 663. C. Coss. { Cn. Pompeius Strabo } 664. F. M.
{ L. Porcius Cato } 665. V.

Cato Cos. Marianas copias habens, quum fusis aliquoties Marsis castra eorum oppugnaret ad lacum Fucinum; gloriatus C. Marium non majora feciisse: à filio C. Marii in tumultu belli quasi incerto authore interfectus fertur. Pompeius vero de Marsis Asculanis & Picentibus devictis triumphum egit VI. Kal. Januar. eoque uno crimine de Marsis triumphatum est, quum ante neque de Marsis neque sine Marsis ullus triumphus actus fuerit: uti refert Appianus. Iisdem Coss. Sothimum Thracum regem, depopula-

tum cunctos Macedoniæ fines, demum C. Sentius Prætor in regnum ſuum repulit. Nicomedes autem & Ariobarzanes impulſu & auxilio Aquillii & cæterorum Legatorum Romanorum, minus proſperè moventes bellum contra Mithridatem Ponti Regem, regnis ab eo iterum pulſi ſunt. Porro iiſdem Coſſ. creati Cenſores P. Licinius Craſſus & L. Julius Cæſar, ut ſocios quibus priore anno data civitas erat in tribus conjicerent; luſtrum non fecerunt. Atq iiſdem Coſſ. in locum Metelli, Pontifex Max. factus eſt Q. Mucius Scævula.

A. M. 3917. Ol. 173. 1. vel 172. 4. def.

R.C.661. 664.C. Coſſ { L. Cornelius Sylla } 665. F. M.
{ Q. Pompeius Rufus } 666. V.

Mithridates

Circa initium eorum Coſſ. Mithridates Phrygiam & Aſiam Populi Romani provincias occupavit: omneſque cives Romanos in omnibus eorum civitatibus uno die interficiendos curavit. Q. Oppium etiam Proconſulem & Man. Aquillium Legatum captos fœdeque excruciatos necavit: deinde Rhodum quoq; oppugnavit: ac per Ariarathem filium Thraciam & Macedoniam; per Archelaum præfectum Græciam cum exercitu invaſit: & Athenis potitus eſt. Interim verò Romæ Sylla Conſul, cui bellum contra Mithridatem mandatum erat, Marium qui ſexies Conſul fuerat, cupiditate ejus quoque belli ad ſe transferendi, P. Sulpicii Tribuni Plebis opera conantem imperium ei abrogare, exercitu Capitolium occupans, ipſum alioſque inimicos ſuos duodecim præcipuos, hoſtes judicatos urbe exegit: ſtatumque civitatis ex ſua ſententia ordinavit. Collega autem ejus Pompeius Rufus miſſus ad exercitum accipiendum à Pompeio Strabone præcedentis anni Conſule, ejus opera ſeditione excitata à militibus interfectus eſt: tuncque primum Sanguine Conſulis Romanorum militum

Sylla.

litum manus imbutæ sunt. Cæterum iisdem Coss. P. Servilius Vatia Prætor, in fragmentis Fastorum marmoreorum, XII. Kal. Novembris triumphasse legitur, incertum ob quæ vel ubi gesta.

A. M. 3918. Ol. 173. 2. vel 1 def.

R. C. 662. 665. C. Coss. { Cn. Octavius } 666. F. M.
{ L. Cornelius Cinna } 667. V.

Circa initium eorum Coss. Sylla in Græciam trajiciens Archelaum & Aristionem, Mithridatis duces, Athenas & Piræum obtinentes oppugnare adortus est. Romæ autem Cinna Consul, quum per seditionem professus se distributurum omnes Italiæ populos in triginta quinque tribus civium Romanorum, urbe pulsus esset, & creatus in ejus locum Cos. L. Cornelius Merula, Flamen Dialis. Haud ita multo post, comparato in Campania exercitu, ipse, unaque Marius, & Carbo, & Sertorius singuli cum exercitibus Romam reversi, Cn. Pompeii Strabonis fraude in urbem recepti, eam velut bello captam cædibus & rapinis vastarunt. Octavius Cos. interfectus est: Merula Consulatu abdicatus necem sibi intulit: multique alii Senatorii & Consulares viri trucidati: Pompeius autem inter partes ambiguus fulmine ictus interiit, populusque lectum ejus diripuit, & corpus unco traxit.

A. M. 3919. Ol. 1731 3. vel 2. def.

R. C. 663. 666. C. Coss. { L. Cornelius Cinna II } 667. F. M.
{ C. Marius VII } 668. V.

Marius septimum Consul quod nemo antea fuerat, multis editis sceleribus statim initio Magistratus idibus Januariis extinctus est, in cujus Locum Consul factus est L. Valerius Flaccus II. Iis Coss. Sylla Athenas cepit Kalendis martiis, (convenientibus plerumq; neomeniæ Anthesterionis mensis, ut refert Plutarchus in vita Syllæ) Aristionemq; ad deditionem compulsum occidit: demumque Pyræum in potestatem redegit.

Inde

Inde Tapilem Mithridatis præfectum, & Archelaum cum exercitu centies mille peditum, ac decies equitum, & falcatis curribus nonaginta, ad Chæroneam; posteaq; Dorylaum & Archelaum cum octoginta millibus militum ad Orchomenum cecidit, una cum Diogene Archelai filio. Iisdem Coss. creati Censores L. Marcius Philippus & M. Perperna lustrum fecerunt LXVII. lecto Senatus principe L. Valerio Flacco, non illo modo Consule. *Eisdem Coss. natus est C. Sallustius Historicus. Anonymus in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ.*

Lustrum 67.

A. M. 3920. Ol. 173. 4. vel 3. def.

R. C. 664. 667. C. Coss. { L. Cornelius Cinna III } 668. F. M. / { Cn. Papirius Carbo } 669. V.

Iis Consulatum usurpantibus Valerius Flaccus nuper Consul à Cinna missus ut Syllæ succederet, à C. Fimbria legato suo interfectus est; qui deinde fusis aliquot copiis Mithridatis urbem Pergamum cepit, ipsumque regem obsessum parum abfuit quin caperet; Ilium quoque urbem quæ se potestati Syllæ reservabat, expugnavit ac delevit: desinente jam olympiade 173. uti refert Appianus in Mithridatica Historia: ac 1050. postquam capta erat ab Agamennone. Interea Sylla Dardanos, Enetos, & Mædos Thraciæ populos Macedoniam depopulatos multis prœliis cecidit: ac demum Mithridate, cum eo convenire ac de pace agere cupiente in Asiam trajecit.

A. M. 3921. Ol. 174. 1. vel 173. 4. def.

R. C. 665. 668. C. Coss. { Cn. Papirius Carbo II } 669. F. M. / { L. Cornelius Cinna IV } 670 V.

Cinna, cum bellum contra Syllam pararet, interfecto ab exercitu suo, Carbo solus toto anno consulatum gessit. Sylla pacem cum Mithridate fecit, multato pecunia ac parte navium, Asiaque & omnibus aliis provinciis Populi Romani ac sociorum decedere, captivos etiam profugasque reddere coacto. Curioni mandavit

mandavit ut Nicomedem & Ariobarzanem in regna denuo adduceret: Fimbriam ab exercitu desertum atq; Pergami obsessum ad necem compulit.

A. M. 3922. ol. 174. 2. vel 1. def.

R. C. 666. 669. C. Coss. { L. Cornelius Scipio Asiaticus } 670. P. M. { C. Norbanus Flaccus } 671. V.

Iis Coss. Sylla in Italiam revectus cum triginta millibus armatorum adversus plusquam ducenta millia hostium; Q. Metello Pio ex Africa & Cn. Pompeio Strabonis filio cum parte exercitus se ad eum conferentibus, Norbanum Consulem ad Canusium prælio vicit: Scipionis autem exercitum totum ad se traduxit. Iisdem Coss. pridie nonas Quinctiles Capitolium Romæ conflagravit, & libri Sybillini exusti sunt; post Olympiadem CLXXIII. uti refert Dionysius, libro IV. ubi videri posset innuere id contigisse sub ipsa Olympiade CLXXIV. juxta Livianam collationem Consulum cum Olympiadibus: interjecto CDXXV. annorum spatio post primam illius dedicationem, juxta Tacitum, I. secundo Historiarum. Porro iisdem Coss. C. Flaccus in Gallia ulteriore bene rem gessit.

A. M. 3923. Ol. 174. 3. vel 2. def.

R. C. 667. 670. C. Coss. { C. Marius Junior } 671. P. M. { Cn. Papirius Carbo III } 672. V.

Marius Junior Consul quum Romæ magnam partem nobilitatis trucidari jussisset, & inter cæteros Q. Mucium Scævulum Pontificem Maximum (in cujus locum Pontifex Max. factus est Q. Cæcilius Metellus Pius) ad Sacriportum cum exercitu à Sylla profligatus, Prænesti obsessus est. Carbo autem primo ad Clusium, deinde ad Saturniam prælio à Sylla superatus, ac demum ipse & Norbanus non procul Faventia à Metello fusi copiisque exuti, hic Rhodum, ille

ille in Siciliam rebus deſperatis fugerunt; inde vero Carrinatem, & Marcium, & Damaſippum, cum Samnitum copiis, ad Portam urbis Collinam acerrimo commiſſo prælio, Kal. Novembris Sylla devicit; qua victoria nunciata, Prænestini ſe dedentes inermes omnes trucidati ſunt: Conſul Marius necem ſibi conſcivit. Carbo in Sicilia à Pompeio captus muliebriter flens interfectus eſt. Tunc vero Sylla pulcherrimam de inimicis civibus victoriam, aſſumpto Felicis cognomine, immani crudelitate per cædes & proſcriptiones inquinavit. Primuſque revolutis centum viginti annis à proximo Dictatore, non ad ſemeſtre vel aliquod certum tempus, ſed indefinite quoad univerſam rempublicam ex ſententia conſtituiſſet, creatus eſt Dictator L. Cornelius Sylla Felix, cum L. Valerio Flacco Magiſtro equitum: lata etiam lege ut omnia quæcunque ille feciſſet eſſent rata, utque quem vellet civium impunè poſſet occidere. Is autem octo Prætores conſtituit.

A. M. 3924. Ol. 174. 4. vel 3. def.

R. C. 668. 671. C. Coſſ. { M. Tullius Decula } 672. F. M.
{ Cn. Cornelius Dolabella } 673. V.

Iis Coſſ. creatis ut ſpeciem aliquam antiquæ libertatis Reſp. retineret, Sylla Dictator ex Græcia, Aſia, & Ponto de rege Mithridate devicto triumphum egit per biduum, IV. & III. Kal. Febr. Cn. autem Pompeius 24. ætatis anno, recepta Sicilia, atque Africa, de Hiarba Mauritaniæ rege acie victo captoq; primus eques Romanus triumphavit, & Magnus cognominatus eſt.

A. M. 3925. Ol. 175. 1. vel 174. 4. def.

R. C. 669. 672. C. Coſſ. { L. Cornelius Sylla Felix II } 675. F. M.
{ Q. Cæcilius Metellus Pius } 674. V.

Sylla Dictaturam pariter ac Conſulatum geſſit.

Iis

Iis vero Coss. L. Licinius Muræna Proprætor, à Sylla relictus in Asia ut res Asiaticas ordinaret, quum bellum contra Mithridatem redintegrasset, reddita hinc pace à Sylla revocatus, de ipso ex Ponto triumphum egit. Iisdem Coss. Mitylenæ in Asia à Romanis expugnatæ sunt; ubi C. Julius Cæsar civicâ coronâ donatus est. Cæterum Metellus Consul missus est ad bellum contra Q. Sertorium; qui Scipione & Norbano Coss. quibus ipse militabat, à Sylla profligatis, Hispanias occupavit.

A. M. 3926. Ol. 175. 2. vel 1. def.

R. C. 670. 673. C. Coss. { P. Servilius Vatia } 674. F. M.
{ Ap. Claudius Pulcher } 675. V.

× P. Clodij Tribuni Plebis pat

Iis Coss. Sylla magnâ animi fiduciâ Dictaturam ultro deposuit: & Cumas se transferens privatam vitam egit; rerumque à se gestarum commentarios scripsit.

A. M. 3927. Ol. 175. 3. vel 2. def.

R. C. 671. 674. C. Coss. { M. Æmilius Lepidus } 675. F. M.
{ Q. Lutatius Catulus } 676. V.

Iis Coss. Sylla quum sexagenarius esset mortuus, magno honore per Italiam elatus, atq; in campo Martio Romæ sepultus est; quanquam repugnante Consule Lepido: qui ejus acta rescindere conabatur. Interea in Hispaniis Metellus vario eventu pugnavit contra Sertorium: à cujus duce Herculeio L. Domitius cum exercitu cæsus, ac L. Manilius copiis & castris exutus est.

A. M. 3928. Ol. 175. 4. vel 3. def.

R. C. 672. 675. C. Coss. { D. Junius Brutus } 676. F. M.
{ Mam. Æmilius Lepidus Livianus } 677. V.

Iis Coss. M. Lepidus Proconsul bellum civile patriæ inferens, à Q. Lutatio nuper collegâ & Cn. Pompeio profligatus est. Iisdem Coss. Cn. Cornelius Dolabella Proconsul è Macedoniâ triumphum egit: cui succedens Ap. Claudius Pulcher, varias Thracum gentes Rhodo-

pæis montibus circumfuſas vicit. Porro iiſdem Coſſ. Cn. Pompeius, adhuc Equeſter, cum imperio Conſulari in Hiſpanias adverſus Sertorium miſſus eſt, Metello jungendus.

A. M. 3929. Ol. 176. 1. vel 175. 4. def.

R. C. 673. 676. C. Coſſ. { Cn. Octavius } 677. F. M.
{ C. Scribonius Curio } 678. V.

Iis Coſſ. Legati Erythras miſſi ſunt ad carmina Sibyllæ colligenda & Romam deportanda. In Hiſpaniis vero à Metello & Pompeio contra Herculeium & Perpernam Sertorii duces proſperè, contra ipſum Sertorium dubio Marte pugnatum eſt.

A. M. 3930. O. 167. 2. vel 1. def.

R. C. 674. 677. C. Coſſ. { L. Octavius } 678. F. M.
{ C. Aurelius Cotta } 679. V.

Iis Coſſ. Sertorius Metellum & Pompeium ab obſidione Calagurii oppidi depulſos coegit diverſas regiones petere, alterum Hiſpaniam ulteriorem, alterum Galliam.

A. M. 3931. Ol. 167. 3. vel 2. def.

R. C. 675. 678. C. Coſſ. { L. Licinius Lucullus } 679. F. M.
{ M. Aurelius Cotta } 680. V.

Iis Coſſ. (quos ad Olympiadem 172. refert Plutarchus in vitâ Luculli) Nicomede rege mortuo populum Romanum hæredem relinquente, Bithynia in Provinciæ formam redacta eſt. P. autem Servilius Vatia, ex Conſulatu Ciliciam Provinciam ſortitus, de Iſauris domitis expugnatiſque aliquot urbibus Piratarum triumphum egit, & cognominatus eſt Iſauricus. Interea Mithridates, ictо fœdere cum Sertorio, bellum contra populum Romanum redintegravit, ac Bithyniam occupavit, Provinciam Cottæ Conſulis; quem mox terrâ fudit, & mari pulcherrimâ claſſe exuit. Verum Lucullus mortuo

tuo Proconsule Octavio, Provinciam nactus Ciliciam, & administrationem belli Mithridatici; magis prosperè eam ad Cyzicum à Mithridate obsessum, intercluſis regi commeatibus, susceperit.

A. M. 3932. Ol. 176. 4. vel 3. def.

R. C. 676. 679. C. Coss. { M. Terentius Varro Lucullus } 680. F. M.
{ C. Cassius Varus } 681. V.

Iis Coss. C. Cotta Proconsul ante diem triumphi ex Galliâ sibi decreti, resciſſâ repente vulneris ante plures annos in prælio accepti cicatrice, mortuus est. Quatuor autem & septuaginta Gladiatores Spartaco Oenomao & Crixo atque Granico ducibus, Capuâ ex ludo gladiatorio profugientes, congregata servorum & ergastulorum multitudine bellum excitarunt: Claudiumque Pulchrum Legatum & P. Vatinium Prætorem prælio vicerunt. Lucullus vero Proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit: navalique prælio ad Tenedum duces ejus oppressit: pulsumque Bithyniâ regem variis belli ac naufragiorum cladibus fractum, amissis centum fere millibus hominum, in Pontum fugâ se recipere coegit. Circa idem tempus Sertorius octavo ducatus sui anno, in convivio interfectus est à conjuratis, quorum principes fuerunt Manius Antonius & M. Perperna, imperio partium ad Marcum translato.

A. M. 3933. Ol. 177. 1. vel 176 4. def.

R. C. 677. 680. C. Coss. { L. Gellius Poplicola } 681. F. M.
{ Cn. Cornelius Lentulus Clodianus } 682. V.

Iis Coss. C. Scribonius Curio Proconsul Macedoniæ, qui Appio Claudio succeſſit, cum Dardanos & Mæsios subegisset, primusque Romanorum ducum ad Danubium usque penetrasset, triumphum egit. Q. Arrius Prætor Crixum fugitivorum ducem cum viginti millibus hominum cecidit. Uterq; vero Consul & C. Cassius

Proconsul, & Arrius & Cn. Manlius Prætores, contra Spartacum vario eventu & minus prosperè pugnarunt. Lucullus vero Mithridatem in Pontum persecutus, Amisum & Eupatoriam urbes Ponticas obsidione cinxit, atque altero exercitu Themiscyram ad Thermodontem fluvium sitam oppugnavit: Mithridate Cabiris hiemante: anno primo Olympiadis 177. juxta Phlegontis Tralliani chronologiam apud Photium.

A. M. 3934. Ol. 177. 2. vel 1. def.

R. C. 678. 681. C.	Coss.	C. Aufidius Orestes P. Cornelius Lentulus Sura	682. F. M. 683. V.

Iis Coss. M. Varro Lucullus Proconsul Macedoniæ de Thracibus, Dardanis, & Bessis, quibuscum primus pugnavit, ipso capite gentium victo, triumphum egit. Item M. Lucinius Crassus Proprætor de cæsis triginta quinque millibus servorum fugitivorum, duce eorum Granico, & aliis quadraginta millibus, cum ipsorum duce Spartaco, laurea coronatus ovans urbem ingressus est. Porro de victo captoque & interemto M Perpernâ, ac receptis Hispaniis, triumpharunt Metellus Pius 3. Kal. ac Pompeius magnus iterum Eques speciosissimè, pridie Kal. Januarii. Cæterum ineunte vere Lucullus, Murænâ ad Amisum obsidendam relicto, Cabira adversus Mithridatem contendit: ubi triginta millibus lectissimis regis à quinque millibus Romanorum cæsis, rex fugâ ex Ponto ad Tigranem regem Armeniæ se recepit.

A. M. 3935. Ol. 177. 3. vel 2. def.

R. C. 679. 682. C.	Coss.	Cn. Pompeius Magnus M. Lucinius Crassus Dives	683. F. M. 684. V.

Consules, Pompeius, factus ex equite antequam quæsturam gessisset, & Crassus, tribunitiam potestatem à Syllâ imminutam suo malo restituerunt. Iis autem Coss. Lucullus Mithridate rege profligato, Cabira & Amisum, deinde autem Sinopen & complures alias

Ponti

Ponti urbes in potestatem redegit : atque Macharem Mithridatis filium Bospori regem in amicitiam recepit. Iisdem Coss. creati Censores Cn. Cornelius Lentulus Clodianus, & L. Gellius Poplicola, asperâ censurâ actâ, quatuor & sexaginta Senatu motis, & equitum centuriis recognitis, lustrum fecerunt LXVIII. lecto Senatus Principe Q. Cæcilio Metello Pio. Id postremum lustrum factum est ante Cæsaris Augusti Monarchiam. *His Coss. natus est Virgilius Poeta. Donatus in ejus vitâ.* Lustrum 68.

A. M. 3936. Ol. 177. 3. vel 4. def.

R. R. 680. 683. C. Coss. { Q. Hortensius 684. F. M. ; Q. Cæcilius Metellus 685. V. }

Iis Coss. M. Pupius Piso Frugi Calpurnianus Prætor ex Hispaniâ triumphum egit. Lucullus autem in Armenia primum Mithrobarzanem Tigranis præfectum in fugam conjecit : deinde pridie nonas Octobris (quem diem ex infausto ob Scipionis cladem Cimbricam effecturum serenum promiserat, uti refert Plutarchus in ejus vita) ipsum regem (postquam regnaverat viginti quinque annos) ingentibus copiis victum fudit : confestimque Tigranocertam urbem nobilissimam, atque magnam partem Armeniæ in potestatem redegit, anno quarto Olympiadis 177. juxta Phlegontem. Metellus vero Consul, concessâ sibi à collegâ Hortensio Oratore Provinciâ Cretâ, Cretensibus bellum intulit. Capitolium à Q. Lutatio Catulo restauratum & dedicatum est. Hinc vero Dionis Cassii Nicæi Historia Romana extat.

A. M. 3937. Ol. 178. 1. vel 177. 4. def.

R. C. 681. 684. C. Coss. { L. Cæcilius Metellus 685. F. M. ; Q. Marcius Rex 686. V. }

L. Metello mortuo Magistratus initio, & qui in ejus locum suffectus erat, antequam iniret, Marcius solus Consulatum gessit. Ejus anni æstate Lucullus Nisibim urbem maximam atque opulentissimam (quam alias Antiochiam Mygdonicam appellatam refert Plutarchus) cepit. Mithridatem, quum M. Fabio Luculli legato victo

magnam partem Armeniæ recepissет, Triarius exterritum usque ad Comagenos insecutus acie devicit.

A. M. 3938. Ol. 178. 2. vel 1. def.

R. C. 682. 685. C. Coss. { C. Calpurnius Piso Frugi } 686. F. M.
{ Man. Acilius Glabrio } 687. V.

Iis Coss. Pompeius Magnus mandatum sibi bellum Piraticum maximum, extremâ hyeme apparavit, ineunte vere suscepit, mediâ æstate confecit: ac ut à Brundusio profectus est, unde quinquagesimo die totam ad imperium Pop. Romani Ciliciam adjunxit, omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim cepit & interfecit, partim in deditionem accepit. Triarius Luculli legatus cum omnibus pene copiis deletus est à Mithridate: quem oppressurus ipse Lucullus, à seditioso exercitu relictus est. Tum vero Mithridate regnum suum recuperante, atque Cappadociam incursionibus vexante, L. Lucullus in medio malo atque gravissimâ belli offensione septimo imperii sui anno exercitum partim dimittere, partim Consuli Glabrioni successori tradere coactus est. Iisdem Coss. Metellus confecto bello Cretam subjugavit.

A. M. 3939. Ol. 178. 3. vel 2. def.

R. C. 683. 686. C. Coss. { Man. Æmilius Lepidus } 687. F. M.
{ L. Volcatius Tullus } 688. V.

Iis Coss. Pompeius Lege Manilia provinciam nactus regiones Asiaticas, bellumque contra Mithridatem & Tigranem reges; renovatâ amicitiâ cum Phraate Parthorum rege, Mithridatem primum equestri, deinde autem nocturno prælio victum coegit Bosporon profugere: Tigrani vero in deditionem accepto, uti refert Plutarchus in Pompeio, ademtis Syriâ Phœnice & Cilicia, regnum Armeniæ restituit. Cæterum Romæ designati Consules P. Cornelius Sylla & P. Autronius Pætus, legibus ambitus damnati pœnas dederunt.

A. M.

A. M. 3940. Ol. 178. 4. vel 3. def.

R. 684. 687. C. Coss. { L. Aurelius Cotta } 688. F. M.
{ L. Manlius Torquatus } 689. V.

L. Sergius Catilina repetundarum reus prohibitus petere Consulatum, cum P. Autronio ambitus damnato & Cn. Pisone, iniit conjurationem contra Republicam. Pompeius Albanis & Iberis prælio victis, cum regibus illorum Oræse, horum Artoce, petentibus fœdus fecit. Gorduenos agros Phraati Parthorum regi per Afranium ademtos Tigrani regi Armeniæ attribuit. Iisdem Coss. creati Censores Q. Lutatius Catulus & M. Licinius Crassus dissensione inter se ortâ, de Ægypto Romanis tributariâ faciendâ, abdicarunt, nec lustrum fecerunt.

2. Horatius poeta hoc anno natus est 6. Id. Dec. ut ipse dictatur.

A. M. 3941. Ol. 179. 1. vel 178. 4. def.

R. C. 685. 688. C. Coss. { L. Julius Cæsar. } 689. F. M.
{ C. Marcius Figulus } 690. V.

Figulum etiam Thermum cognominatum autore libro Cuspiniani autumat Sigonius. Iis Coss. Tigranes à Phraate & filio suo ejus genero, bello petitus, quum auxilium à Pompeio in Syriâ agente frustra postulasset, operam dedit ut cum illo in gratiam rediret. Iisdem Coss. creati Censores L. Aurelius Cotta & Q. Cæcilius Metellus Pius; hoc mortuo, ille abdicavit. Cæterum in Pii locum Pontifex Maximus factus est C. Julius Cæsar.

A. M. 3942. Ol. 179. 2. vel 1. def.

R. C. 686 689. C. Coss. { M. Tullius Cicero } 690. F. M.
{ C. Antonius } 691. V.

Ecl. Lun. Cicero Consulatus initio orationes habuit contra legem Agrariam denuo intentatam: posteaque pro C. Rabirio de cæde L. Saturnii post annos 36. facta postulato. Iis autem Coss. vix demum L. Licinius Lucullus ex Ponto, Cappadociâ & Armeniâ, de regibus Mithridate & Tigrane triumphavit. Bibliothecam libris è Græciâ & Asiâ secum advectis refertam instituit, ut refert

refert Plutarchus in ejus vitâ. Interea Pompeius Mithridate necem ſibi conſciſcere coacto à filio Pharnace, qui ſe illius poteſtate promiſit, Pontum in provinciæ formam redegit. Aretum Arabum regem, qui Syriam depopulatus erat, prælio victum in deditionem accepit. Judæos occaſione belli inteſtini inter fratres reges Hyrcanum & Ariſtobulum ſubegit; templumque eorum Hieroſolymitanum cum Ariſtobulo rege cepit; anno primo illius Olympiadis juxta Euſebium libro 8. Dem. Evang. (unde ad mortem Julii Cæſaris anni fuerunt 18 juxta excerpta Barbaro-latina) Hyrcano Palæſtinæ Ethnarchiam Antiocho Comageno Seleuciam; Deiotaro Galatiam; Attalo & Pylæmeni Paphlagoniam, Ariſtarcho Colchidem; Pharnaci Mithridates filio Boſporum promiſit. Iiſdem Coſſ. & quidem Conſulis Ciceronis potiſſimâ prudentiâ, conjuratio Catilinaria detecta & oppreſſa eſt. Eadem æſtate, die 9. Kal. Octobris, Cn. Octavius poſtea Imperator Cæſar Auguſtus natus eſt. *Vel. Patercul. lib. 2. c. 36.*

A.M. 3943. Ol. 179. 3. vel 2. def.

R. C. 687. 690. C. Coſſ. { D. Junius Silanus, L. Licinius Murena } 691. F. M. 692. V.

Iis Coſſ. C. Antonius Proconſul, cum in agro Piſtorienſi Catilinam cum exercitu cecidiſſet: laureatos faſces in provinciam Macedoniam ferens, deinde contra Dardanos parum proſpere rem geſſit. Iiſdem demum Coſſ. Q. Cæcilius Metellus Proconſul de Cretâ Inſulâ ſubactâ triumphum egit, Kal. Junii. Sub idem vero tempus Q. Marcius Rex, ex Conſulatu Ciliciam Provinciam ſortitus, quum inimicorum invidiâ impediretur ut ex eâ triumpharet, mortuus eſt.

A. M. 3944. Ol. 179. 4. vel 3. def.

R. C. 688. 691. C. Coſſ. { M. Pupius Piſo Frugi Calpurnianus, M. Valerius Meſſalla Niger } 692. F. M. 693. V.

Iis Coſſ. C. Julius Cæſar, ex Prætura anno præcedente geſtâ, in ulteriorem Hiſpaniam proſectus eſt. Iiſdem Coſſ.

Coss Cn. Pompeius Magnus Proconsul tertium triumphum glorioſiſſimum egit per biduum, tertio ac pridie Kalendas Oct. qui erat dies natalis ejus. Cujus triumphi præfatio ſive titulus, uti refert Plinius lib. 7. cap. 26. fuit hujuſmodi. Quum oram maritimam à prædonibus liberaſſet, & imperium maris Pop. Romano reſtituiſſet; ex Aſiâ, Ponto, Armeniâ, Paphlagoniâ, Cappadociâ, Ciliciâ, Syriâ, Scythis, Judæis, Albanis, Iberiâ, Inſulâ Cretâ, Baſternis; & ſuper hæc de regibus Mithridate atq; Tigrane triumphavit. Porro inter alios regii generis captivos Ariſtobulum regem Judæorum in triumpho duxit: uti refert Plutarchus in Pompeio. Cæterum iiſdem Coss, creati Cenſores P. Servilius Vatia Iſauricus & Mam. Æmilius Lepidus Livianus, Luſtrum non fecerunt LXX. (ſicut Sigonius, Onuphrius, aliique putant) lecto Senatus principe Q. Lutatio Catulo.

A.M. 3945. Ol. 180. 1. vel 179. 4. def. Athenis Archon Herodes.

R.C. 689. 692.C. Coss. { L. Afranius } 693. F. M.
{ Q. Cæcilius Metellus Celer } 694. V.

Ecl. Sol. Iis Coss. C. Julius Cæſar, quum in Luſitaniâ incolas Montis Herminii propè ad internecionem cecidiſſet, & Brigantium Callæciæ oppidum evertiſſet: Romam feſtinans ad petendum triumphum pariter ac Conſulatum; illum omittere coactus eſt ut hunc adipiſceretur. Eodemque tempore ſocietatem iniit cum Pompeio Magno & Craſſo Divite, nequid ageretur in rep. quod diſplicuiſſet ulli è tribus.

A. M. 3949 Ol. 180. 2. vel 1. def.

R.C. 690. 693.C. Coss. { C. Julius Cæſar } 694. F. M.
{ M. Calpurnius Bibulus } 695. V.

C. Cæſar Conſul legem Agrariam ad Populum tulit, invito Senatu, atque obnuntiante Collegâ Bibulo; qui ab eo armis foro pulſus, inde domi abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiavit. Cæſar unus omnia & ad

arbitrium administravit, isque acta Pompeii in Asiâ demum confirmavit. In exitu autem Consulatus Provinciam Illyrium atque Galliam Citeriorem cum tribus legionibus à Populo, ac ulteriorem Galliam cum legione unâ in quinquennium à Senatu obtinuit.

A. M. 3947. Ol. 180. 3. vel 2. def.

R. C. 691. 694. C.	Coss.	L. Calpurnius Piso Cæsoninus	695. P. M.
		A. Gabinius	696. V.

Gabinio Consuli lege Clodiâ Provincia data est Syria; quam primum M. Æmilius Scaurus Quæstor, à Pompeio discedente præfectus; inde vero L. Marcius Philippus, ac deinde Cn. Lentulus Marcellinus, ambo ex Prætura proximo biennio administraverant: aliâq; lege Clodiâ, nempe à P. Clodio Tribuno Plebis latâ, M. Cicero quod in Consulatu ex Senatus consulto in Catilinariæ conjurationis socios sine judicio animadverti jussisset, Kal. Aprilis in exilium actus est. Porro iisdem Coss. mense Aprili C. Cæsar profectus in Provinciam Galliam ulteriorem, suscepit bellum Gallicum Transalpinum. Cujus primam expeditionem in Galliam, primasque ibi res gestas quum ad annum primum Olympiadis centesimæ disertis verbis referat Diodorus Siculus, historiæ suo proœmio (nimirum, ut demum videtur, respiciens initium Consulatus illius, cujus exitu hæc ipsi provincia decreta est;) unam è præcipuis ansam erroris in collatione Consulum ad Olympiades mihi præbuit. Eadem vero ætate Cæsar Helvetios devictos, concisо omni pago Tigurino, in deditionem accepit: atque Arioviстum Germanorum regem, prælio maximo fusum usq; ad Rhenum persecutus est.

A. M. 3948. Ol. 180. 4. vel 3. def.

R. C. 692. 695. C.	Coss.	P. Cornelius Lentulus Spinther	696. F. M.
		Q. Cæcilius Metellus Nepos	697. V.

His Coss. M. Cicero mense sextili ab exilio revocatus est. Ptolemæus autem Ægypti rex à suis regno pulsus Romam

Romam venit, Pop. Romani auxilio restitui petens. Cæsar vero Belgas cecidit, ac Hernios propè ad internecionem: Suessonibus, Bellovacis, Ambianis, ac Advaticis, aliisq; compluribus in deditionem Pop. Romani redactis.

A. M. 3949. Ol. 181. 1. vel 180. 4. def.

R. C. 693. 696. C. Coss. { Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus } 697. F. M.
{ L. Marcius Philippus } 698. V.

Iis Coss. non piget dicere (quod professus est Ammianus libro 14.) avidè magis Cyprum insulam Pop. Romanum quam justè occupasse. Ptolemæo enim rege fœderato & socio, ob ærarii Romani angustias jusso sine ullâ culpâ proscribi, ideoque hausto veneno voluntariâ morte deleto, & tributaria facta est, & velut hostiles ejus exuviæ classi impositæ, in urbem adductæ per M. Catonem (virum scil. integerrimum.) Porro ne Ptolemæus Ægypti rex statim in regnum reduceretur, versus quidam Sibyllini impedire dicebantur, monentes Romanos ne Alexandrinum regem profugum cum exercitu reducerent. Cæsar vero Venetos navali prælio victos ad Ligerim fluvium; ejusque legati Titurius Sabinus Unellos, & P. Crassus Sontiates, plerosque omnes Aquitaniæ populos ad deditionem coegerunt.

A. M. 3950. Ol. 181. 2. vel 1. def.

R. C. 694. 697. C. Coss. { Cn. Pompeius Magnus II } 698. F. M.
{ M. Licinius Crassus Dives II } 699. V.

Ii Coss. cum C. Cato Tribunus Plebis intercessionibus Comitia tolleret, ex interregno facti sunt. Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria & Parthicum bellum, utriq; in quinquennium, itemque Cæsari Gallia & Germania in alterum quinquennium lege Treboniâ datæ sunt. Pompeius Hispanias, ubi Metellus Nepos Proconsul contra Vaccæos aliosque qui defecerant, minus prospere rem gesserat, per legatos Petreium & Afranium administravit. Ejusdemque jussu A. Gabinius, qui sub idem tempus Aristobulum fuga dilapsum, Romæ res novas molientem in Judæa denuo comprehenderat, cum M. Antonio,

Ptolemæum Ægypti in regnum reduxit. Crassus vero provinciæ cupidus, in Consulatu ipso paludatus exiit Ateio Capitone Tribuno Plebis obnuntiationibus, diriſque eum prosequente; delectuque habito in Syriam prosperè contendit. Interea Cæsar Germanos qui magna multitudine Rhenum trajecerant, in Galliâ funditus delevit: ipseque ponte facto Rhenum transiens, Sicambrorum vicos ædificiaque incendit: inde autem reversus trajecit in Britanniam; Britanniſque prælio fusis ac fugatis pacem petentibus dedit; atque obsidibus receptis in Galliam rediit: ubi etiam Morini rebellantes victi, ac Menapii in deditionem accepti sunt. Cæterum iisdem Coss. creati Censores M. Valerius Messalla Niger & M. Calpurnius Bibulus, lustrum non fecerunt LXX. ut alii putant, lecto Senatus principe Mamerco Æmilio Lepido Liviano.

A. M. 3551. Ol. 181. 3. vel 2. def.

R. C. 695. 698. C. Coss. { L. Domitius Ahenobarbus } 699. F. M.
{ Ap. Claudius Pulcher } 700. V.

Iis Coss. M. Crassus Parthis bellum inferens loca omnia intra Tigrim fluvium in ditionem redegit. A. Gabinius Romam rediens damnatus est quòd injussu Senatus & Populi Ptolemæum in regnum reduxisset. Cæsar autem in Illyrio cohibitis Piruſtarum incursionibus, & in Galliâ repressis Trevirorum & Germanorum motibus: iterum transiens in Britanniam, maximâ hostium multitudine deleta, parti insulæ in potestatem adductæ tributa imposuit. reverso in Galliam, in hibernis ab Ambiorige Eburonum rege Aurunculeius Cotta, & Titurius Sabinus legati cum exercitu cæsi sunt: ac castra Q. Ciceronis in Nerviis acerrimè oppugnata; quæ à Cæsare demum ipso accurrente fusis cæsisque hostibus liberata sunt. Iisdem Coss. C. Pontinius Prætor ex ulteriore Galliâ de Allobrogibus, conjuratione Catilinæ ad bellum excitatis, circa Pisonis & Messallæ Consulatum domitis, triumphum egit, pridie Kal. Novembris.

A. M.

A. M. 3952. Ol. 181. 4. vel 3. def.

R. C. 696. 699. C. Coss. { Cn. Domitius Calvinus } 700. F. M.
M. Valerius Messalla } 701. V.

Ii Coss. ex interregno, post Q. Pompeium Rufum Tribunum Plebis, qui intercessionibus Comitia tollebat, ex Senatusconsulto conjectum in carcerem, septimo vel 8. demum anni mense facti sunt. Iis vero Coss. M. Crassus Syriæ Proconsul ad Carras Mesopotamiæ, à Surenâ & Syllace præfectis Orodis regis Parthorum, cum filio P. Crasso qui ad eum ex Galliâ à Cæsare venerat, & omni pene exercitu occisus est. C. Cassius Longinus Quæstor cum exercitus reliquiis in Syriam rediit. Cæsar vero Treviros bellum molientes denuo profligavit, & refecto ponte Rhenum transiens iterum in Germanos exercitum duxit. Unde reversus contra Ambiorigem redintegrantem bellum contendit, atque Eburones fusos persecutus longè lateque dissipavit.

M. Crassus cum filio occisus.

A. M. 3953. Ol. 182. 1. vel 181. 4. def.

R. C. 697. 700. C. Coss. { Cn. Pompeius Magnus III } 701. F. M.
Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio } 702. V.

Post magnum circa Consulatus petitionem tumultum, quo T. Annius Milo unus candidatorum P. Clodium inimicum suum interfecit; demum ex Senatusconsulto ab interrege Ser. Sulpicio, v. Kal. Martii, mense intercalario, Cn. Pompeius magnus tertium Consul creatus est, absens, & solus: quod nulli alii unquam contigit. Postea verò ut vitaret invidiam in quinque postremos anni menses collegam ascivit Metellum Scipionem socerum suum. Hispaniæ autem provinciam sibi in alterum quinquennium prorogavit: & legem quâ Cæsaris absentis ratio in petitione Consulatus haberetur ferendi auctor fuit. Scipio autem collega ejus Censoriam potestatem, quam Clodius imminuerat, restituit. Iisdem Coss. Cassius Parthos victoria de Crasso parta elatos, non admodum magnis copiis Syriam, quam nullo teneri exercitu

P. Clodius occisus.

opinabantur, invadentes repulit. Interea Cæsar Gallos, audito Romæ motu excitatos ad defectionem, repressit; & complura eorum oppida, imprimis vero Noviodunum & Avaricum, ac demum Alexiam cum Vercingetorige defectionis & belli duce, magno apparatu obsessa cepit. *Jis Coss. C. Salustius fuit Tribunus pl.*

A. M. 3954. Ol. 182. 2. vel 1. def.

R. C. 698. 701. C. Coss. { Ser. Sulpicius Rufus } 702. F. M. / { M. Claudius Marcellus } 703. V.

M. Marcellus Consul de compluribus ad Senatum retulit contra Cæsarem: præcipuè ut ei ante tempus succederetur, utq; exercitum dimitteret, nec absentis ratio in petitione Consulatus haberetur. Iisdem Coss. M. Cicero Proconsul in Cilicia Provincia Ap. Claudio, III. Kal. Sextil. succedens: ea satis prosperè gesta, subactis aliquot Amani montis incolis, in triumphi spem venit. Ex qua iisdem Coss. P. Lentulus Spinter Proconsul triumphum egit. Circa eandem tempestatem M. Bibulus veniens in Syriam, Parthis qui iterum Syriam invaserant & Antiochiam usque pervenerant, denuo à Cassio profligatis, cæso ipsorum duce Osace; qui etiam provinciam nactus est. Cæsar Bellovacos, Corbeo eorum duce interfecto, ad deditionem compulit: & Uxellodunum oppidum magnis operibus obsessum cepit.

M. Cicero Proconsul Cilicia.

A. M. 3955. Ol. 182. 3. vel 2. def.

R. C. 699. 702. C. Coss. { L. Æmilius Paullus } 703. F. M. / { C. Claudius Marcellus } 704. V.

Iis Coss. Cæsar Galliam universam bello defessam fractamque, conditione parendi meliore in provinciæ formam redegit, ordinavitque: ac duabus legionibus ex Senatusconsulto transditis tanquam ad bellum Parthicum mittendis emunctus, quum metueret ne Provinciâ & exercitu in universum spoliaretur, ad bellum civile se comparavit. Iisdem Coss. creati Censores Ap. Claudius Pulcher & L. Calpurnius Piso Cæsoninus Lustrum non fecerunt,

fecerunt LXXI. ut alii putant, lecto Senatus principe P. Servilio Vatia Isaurico. Cæterum apparet ex Ciceronis è Cilicia Provincia ad Atticum epistolis, pro more Romæ intercalatum esse eo anno, & quidem postremo ante Julianam anni ordinationem: ac perinde Kal. Martii respondisse vicesimo dici Januarii Juliani; insequentes autem Kalendas Januarii duodecimo Novembris. Fis Coss.

A. M. 3956. Ol. 185. 4. vel 3. def.

R. C. 700. 703. C.	Coss.	C. Claudius Marcellus	704. F. M.
		L. Cornelius Lentulus Crus	705. V.

Eorum Coss. initio, quum Cicero nuper reversus è provinciâ Ciliciâ (uti scribit Plutarchus in Pompeio) conciliationem inter Cæsarem & Pompeium frustra tentasset, ac Senatusconsultum in sententiam Metelli Scipionis factum esset, ut Cæsar ante certam diem exercitum dimitteret, Galliaque ejus Provincia decreta esset L. Domitio, Syria vero ipsi Scipioni; Pompeio autem pecunia ex ærario, & præcipua cura nequid resp. detrimenti caperet: Cæsar exercitum suum ad dignitatem suam defendendam hortatus, trajecit Rubiconem externum provinciæ suæ limitem; in Italiam bellum civile pa- Ecl. Sol. triæ inferens. Consulibus autem & Pompeio confestim Italia relicta trajicientibus in Epirum; Romam veniens ærarium effregit, Prætores creavit, cunctaque ex sententia sua egit. Inde vero in Hispaniam profectus Pompeii legatos Afranium & Petreium & Varronem ad deditionem ejus faciendam adegit; & in itinere Massiliam cepit, ac reversus Romam Dictator dictus est, sine Magistro Equitum, Comitiorum causa. Eo autem anno Syros, Antiochinos, & secundum illos postea demum plerosque omnes populos Orientis, statuisse initium singularis Imperii sive Monarchiæ C. Julii Cæsaris, indeque putasse Cæsariana tempora, & quidem initio mensis Gorpiæi Syromacedonici, respondentis Septembri Juliano; ubi etiam instituta est Epocha Indictionum quindecennalium solidis tercentum & sexaginta sive vicies quater

quater quiniſdenis annis ante earundem Epocham Conſtantinianam; apparet tandem, haud ſanè ob victoriam Pharſalicam, quemadmodum pridem, quamquam non ſine multis & magnis gravibuſque tum rationibus tum etiam auctoritatibus ſive teſtimoniis, confidentius tamen quam verius affirmavi, ſed potius ob aliquod ipſius Antiochinæ civitatis, Metropolis totius Orientis, conſultum ſive ſcitum ſive decretum, (forte ſpe oblata remittendæ Indictionis tributorum in aliquot annos inſequentes, ut innuunt Faſti Græci) circa neomeniam illius menſis factum, quo à Pompeio Pompeianiſque omnibus ad Cæſarem deſciverunt & defecerunt; nimirum eveſtigio poſt diſceſſum Metelli Scipionis Proconſulis Syriæ, qui, uti refert Cæſar tertio Commentarium de bello civili, poſtquam civitatibus magnas imperaverat pecunias, legiones Equiteſque è Syria Pergamum in hyberna deduxit, quum nonnullæ militum voces auditæ eſſent ſeſe contra hoſtem ſi ducerentur ituros, contra civem & Conſulem arma non laturos: accepto ſimul nuntio de redactâ à Cæſare in ditionem, poſt Galliam, Italiam, & Siciliam, etiam univerſâ Hiſpaniâ peculiari Pompeii provinciâ: qua occaſione videtur initium Imperii Julii Cæſaris petitum à bello cum Hiſpanis, ſub Conſulatum ipſius ſecundum annis utique 18. ante Cæſaris Octaviani Monarchiam, & Ciceronis filii Conſulatum; in excerptis Chronologicis è Græco in Barbarolatinum verſis, quæ à Claudio Puteano accepta edidit Joſephus Scaliger.

A. M.

A. M. 3957. Ol. 183. 1. vel 182. 4. def. **Julii Cæsaris Imp. 1.**

R. C. 701. 704. C. Coss. { C. Julius Cæsar 2. / P. Servilius Vatia Isauricus. } 705. F. M. 705. V.

Kalendæ Januarii ejus anni responderunt secundo diei Novembris Juliani. Cujus initio Cæsar, postquam Dictator se iterum decennio interjecto Consulem, assumpto P. Servilio Isaurici filio Collegâ creasset; cum parte exercitus Brundusio trajecit in Macedoniam, hyeme appropinquante; vel uti loquitur Plutarchus in Pompeio, in Tropis hyeme jam existente. Ac deinde ad Apsum fluvium sub pellibus hyemavit. Postquàm verò multi jam menses transierant, & hyems præcipitaverat, demùm M. Antonius cum reliquo exercitu trajecit. Deinde autem Cæsar per quatuor pene menses maximis operibus obsedit Pompeium ad Dyrrachium; ita tamen ut ipse magnâ annonæ inopiâ premeretur, atq; tandem prælio à Pompeio victus, castra transferre in Thessaliam cogeretur: ubi postquam seges maturaverat, re frumentariâ præparatâ, confirmatisque militibus, & satis longo spatio temporis intermisso à Dyrrachino prælio: & postquam conatus Pompeium ad pugnam allicere, nullâ ratione posse existimaret: tandem in campis Pharsalicis productis copiis acie cum eo congressus, æstate adultâ flagrante, æstu tanquam exorto sidere caniculæ, extremâ clade exercitum ejus cecidit, ipsumque in fugam conjecit. Qui quàm maximâ celeritate potuit fugiens in Ægyptum, antequam terram attingeret, jussu Ptolemæi regis juvenis in naviculâ obtruncatus est; circa diem natalem suum (inquit Velleius & Plutarchus in Pompeio & Camillo) quo de Mithridate & Tigrane regibus antea triumpharat, (uti refert Dion) nempe pridie Kal. Octobris. Diem Pharsalicæ victoriæ Julii Cæsaris incertum, neque Fastis Romanorum

Initium Monarchiæ Julii Cæsaris in excerptis statuitur. Olymp. 183. scil. ineunte.

Prælium Dyrrachinum.

Prælium Pharsalicum.

Pompeius obtruncatus.

ſignatum, ad ſuum uſque ſeculum, nempe imperium Neronis, ſignificat poeta Lucanus, ſeptimo libro Pharſaliæ ſuæ, his verſibus.

Cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Alia faſtis:
Tempora ſignavit leviorum Roma malorum,
Hunc voluit neſcire diem.

Unde videtur minus veriſimile, quod arbitratur Goltzius, illud in veteri Kalendario marmoreo ſignatum ad 13. Kalend. Sextilis, ſive viceſimum diem Julii, Victor. Cæſar. victoriam Pharſalicam intelligendam eſſe: Quæ potius, ſiquidem aliqua victoriarum Julii Cæſaris fuerit, videatur fuiſſe Pontica contra Pharnacem regem, præſertim ob miram celeritatem celeberrima. Præterea quum viceſimo diei Quinctilis ejus anni reſpondeat 17. dies Maii Juliani, pugnam autem Pharſalicam anteverterit meſſis in Theſſaliâ, & quidem compluribus diebus, ut appareat ex ipſius Cæſaris Commentario: omnino Quinctili ſive Julio menſe Juliano quam Maio commiſſam fuiſſe pugnam illam vero propius eſt. Quinetiam aperte ſignificatur eodem tertio Commentario collato cum Suetonii Julio Cæſare, minimum octimeſtre interveniſſe à Cæſaris trajectu in Macedoniam ad eandem pugnam: videlicet pauxillo minus quadrimeſtri ad trajectum Antonii; & aliquanto plus altero quadrimeſtri ad ipſam pugnam: ac proinde hanc neutiquam antevertiſſe Septembrem veterem, qui inivit viceſimo die proleptici Junii Juliani, eo anno. Atque equidem aliquando exiſtimavi, quum in alius veteris marmorei Kalendarii fragmento ſignatum ſit ad dies nonum & octavum Kalendas Octobris, ad nonum quidem Fer. B. id eſt, feriæ biduo, ad octavum autem & deinceps, ex S. C. id eſt, Senatus Conſulto, quod is dies Imp. Cæſ. Nat. eſt: in omnibus autem antiquis & monumentis & Hiſtoriis ad nonum Kal. Octobris referatur

Auguſti

Augusti dies natalis; quem Suetonius refert, non quidem universum Pop. Romanum ex Senatus Consulto, sed Equites Romanos sponte atque consensu, biduo semper celebrasse: existimavi equidem illud ad octavum Kal. quasi de industriâ ita ambigue signatum esse, ut legi posset, vel Imperatoris Cæsaris, vel Imperii Cæsarum natalis est: Imperii autem Cæsarum nati ex Pharsalicâ victoriâ; propter quam etiam potissimum Julius Cæsar postea in anni ordinatione autumnalis æquinoctii cardinem illo ipso die octavo Kalendas Octobris statuerit, qui anno victoriæ quum esset vicesimus tertius dies veteris Septembris, respondet decimo nono diei Julii Juliani: Quo mense prorsus apparet victoriam partam esse. Cæterum Pompeii cædem alii narrant contigisse pridie natalis sui, alii postridie: Lucanus vero Libro octavo ipsam refert ad æquinoctium Autumni, idque, ut videtur, ex ratione dierum anni Juliani, his versibus

Huius anni 8bus Cal. Oct respondet 19°. diei Julii Juliani.

Tempus erat quo Libra pares examinat horas,
Non uno plus æqua die, noctique rependit
Lux minor hybernæ, verni solatia damni.

Nihil interim innuens de concursu diei vel natalis vel triumphalis; quam materiam exornationi peropportunam à Poëta illo prætermissam mirari licet. Poterat vero Pompeius intra septem, adeoque intra quinque dies secundis Etesiis navigio vehi Lariss â Pelusium usque. Sed quia significat ipse Cæsar, & Plutarchus, eum pauculorum dierum moras egisse: videtur demum cædes ejus contigisse, vel non tam postridie natalis, quam post triduum aut quatriduum aut plusculos dies à natali, qui fuerit dies septimus à Victoriâ; vel septimo die ante natalem ipso Cæsareo cardine autumnalis æquinoctii, victoria autem decem vel duodecim vel plusculis diebus antea. Enimvero initium singularis Imperii Julii Cæsaris, adeoque Monarchiæ Cæsarum

Romanorum, vel à devicto, vel ab occiſo Pompeio
8^bus Cal Oct. Magno, convenire diei illi octavo Kal. Octobris incidentis in annum primum Olympiadis centeſimæ octogeſimæ tertiæ paulo ante inceptum; confirmant etiam quotquot ipſius Julii imperio aſcribunt tres annos & ſexto menſes; qui nec aliunde quam à poſteriore parte Septembris cenſeri poſſunt, nec ob aliam quam modo dictam cauſam: itemque Indictio Romana imperatoria in Occidentis partibus ab eodem die menſis uſurpata. Veruntamen quod Joſephus Scaliger in editione Chronici Euſebiani, poſt Arnoldum Pontacum, annorum Antiochinorum epocham ſtatuit eodem anno, & quidem ille Kalendis Octobris, una cum epochâ Indictionum, potiſſimâ autoritate Evagrii Antiochini hiſtorici, apud quem occurrit frequentior mentio illius epochæ: neque Evagrium illi hactenus ſuffragari declarabitur infra ſuis locis: & ipſum ſibi refragari iſtic manifeſtum eſt; quatenus nihilominus ſtatuit tercentum 60. annos præciſe completos inter eandem epocham & primam Indictionem Conſtantinianam, inceptam autumno vulgaris anni Dom. CCCXII; atque annum Antiochinum MDCLIII iniviſſe menſe Octobri anni Domini item vulgaris MDCIV, anno quarto Olympiadis DXCV quaſi ante trimeſtre incepto. Nam ſi annus MDCLIII cœpit autumno quarti anni Olympiadis DXCV; perinde etiam annus CCCLXI cœpit autumno anni quarti CCLXXII Olympiadis, atque primus itidem autumno quarti CLXXXII, neutiquam vero primi CLXXXIII Olympiadis. Porro Indictiones, apud Antiochinos, Syrogræcos, atque Græcos univerſos Romano imperio ſubditos, inceptas eſſe non à primo die menſis Octobris ſive Hyperberetæi, ut hic (vel aliquo die Maii ſive Artemiſii, ut alias) voluit Scaliger, ſed à primo Gorpiæi ſive Septembris, præter Evagrium quo de poſtea, aperte teſtantur Faſti Græci Iſaaci Caſauboni, etiam ab ipſo editi.

A. M.

A. M. 3958. Ol. 183. 2. vel 1. def. Julii Cæsaris Imp. 2.

R. C. 702. 705. C. Coss. { C. Julius Cæsar Dictator 2. / M. Antonius Magister Equitum. } in annum { 706. F. M / 707. V.

Sub mensem Novembrem. Coss. { Q. Fufius Calenus. / P. Vatinius.

Eo anno Kalendis Januarii convenit vicesimus tertius dies Octobris Juliani. Cæsar autem persecutus Pompeium in Ægyptum, ubi eum interfectum triduo ante adventum suum reperit, ac Ptolemæum cum sorore Cleopatrâ de regno armis decertantem: existimans ad se pertinere, quod Consul Romanus esset, de controversiis regum statuere: hanc contra fratrem insequente hyeme Alexandriæ bello adjuvit; quo illum pessum dedit, regnumque Cleopatræ ac minori fratri tanquam in conjugium assumpto tradidit. Inde vero vernâ tempestate profectus in Syriam, eam provinciam ordinavit, ipsique sextum Cæsarem necessarium suum præsidem, Judææ autem Antipatrum præfectum constituit. Atque eo tempore, nempe mense Artemisio conveniente Maio Juliano, videntur demum Syri Laodiceni instituisse annorum epocham, uno anno & octimestri, sive omnino viginti mensibus post illam Antiochinorum. Postea Cæsar expeditionem fecit contra Pharnacem Mithridatis filium Bospori regem: qui Colchidem, Armeniam, & Pontum, profligato Domitio Calvino Cæsaris legato, expugnataque Amiso occupaverat. Eumque primo die quo in conspectum venit, vicit, & fugâ se recipere in Bosporum coëgit: ubi mox ab Asandro interfectus est. Interea vero Romæ Antonius Magister Equitum tumultus non tam sedavit quam excitavit. Quo tandem reversus Cæsar circa finem Octobris, Consules creavit. Et M. Æmilio Lepido Prætori citerioris Hispaniæ, quod Hispanis, (qui propter Q. Cassii Longini Prætoris à Cæsare relicti avaritiam ad defectionem spectarant,) retinendis in fide utilem operam præstitisset, triumphum concessit, eundemque sibi

Bellum Alexandrinum

Bellum Ponticum

sibi in annum insequentem, & Dictatori Magistrum Equitum, & Consuli Collegam ascivit.

A. M. 3959. Ol. 183. 3. vel 2. def. Julii Cæsaris Imp. 3.

R. C. 703. 706. C. Coss. { C. Julius Cæsar Cons. 3. & Dictator 3. } 707. F. M.
{ M. Æmilius Lepidus Cons. & Mag. Eq. } 708. V.

Annus Confusionis. dierum 445.

Kalendis Januarii ejus anni respondet decimus-tertius dies Octobris Juliani. Quo quidem anno Cæsar Dictator 3. & Cons. 3. idemque Pontifex Maximus, adhibito animo ad anni Romani correctionem, edixit tres menses intercalarios, ordinarium dierum viginti trium adhibendum mense Februario ad Terminalia, & duos alios dierum omnino 67. interponendos inter Novembrem & Decembrem. Ideoque annus ille (propterea dictus annus confusionis) habuit menses 15, dies autem CDXLV. Sub initium vero ejus anni (quo decem Prætores primum constituti sunt) Cæsar suscepit expeditionem in Africam, contra Scipionem Pompeii socerum, & Catonem, & Afranium, & Petreium, & Faustum Syllæ filium duces Pompeianarum partium, atque Jubam Mauritaniæ regem iis conjunctum. Ubi demum quum ad Thapsum collatis signis Scipio imperator summo prælio devictus esset; Afraniique & Jubæ castra eodem impetu capta: primum Cato, Uticæ, deinde Scipio & Petreius & Juba necem sibi consciverunt: Afranius & Faustus redacti in potestatem interfecti sunt. Cæsar autem confecto bello Africano Romam reversus sub initium mensis Sextilis, quatuor triumphos magnificentissimos eodem mense egit; primum & excellentissimum de subactâ universâ Galliâ; secundum ex Ægypto de rege Ptolemæo; tertium ex Asiâ de Pharnace rege Pontico; quartum ex Africâ de rege Jubâ. Inde vero tot & tanta congiaria, epulas, ludos, & spectacula omnis generis, ædificia, judicia, leges instituit, præterquam quod Præfectus moribus Censoriâ potestate in triennium

Bellum Africanum.

Cæsaris 4 triumphi.

creatus

creatus sine collegâ, censum vicatim egit: quot & quanta eum semestri reliquo ejus anni egisse sane vix credibile est. Eodem tempore Cleopatra regina Ægypti cum fratre minore Ptolemæo eodemque marito appellato Romam venit, & in ædibus Cæsaris haud bonâ ejus famâ diversata est. *Cleopatra cum fratre Romam venit*

A. M. 3970. OI. 183. 4. vel 3. def. Julii Cæsaris Imp. 4. *An. Julian.* 1

R. C. 704. { C. Julius Cæsar Consul 4. sine Collegâ. } 708. F. M.
707. C. { Idem Dictator 4. M. Æmil. Lepid. Mag. Equ. 2. } 709. V.

Kalendis Januarii quibus Cæsar suscepit quartum Consulatum sine Collegâ, inivit primus annus Julianus, dierum CCCLXV. Tanta vero est confusio honorum Cæsaris & Magistratuum iis temporibus, tantaque inde Fastorum perturbatio, ut in Magistratuum consignatione neque fastis marmoreis cum Historiis vel Annalibus, neque his neque illis cum numismatibus conveniat. Ego historias sive Annales potissimum sequor. Sub initium itaque ejus anni Cæsar, Dictator tertium, designatus quartum, profectus est in Hispaniam, contra Cneium & Sextum Pompeii Magni filios, qui bellum ibi magnum redintegraverant. Quod Cæsar demum ad Mundam maximo & difficillimo prælio profligavit, festo Liberalibus XVI. Kal. April. eo ipso die quo Pompeius magnus ex Italia exivit quadriennium, uti refert Plutarchus in vita Cæsaris, atqui Appianus, libro sec. de bellis civil. sub illum Cæsaris adventum in Hispaniam, jam tum quartum annum à Pharsalico prælio partem copiarum filiorum Pompeii artibus militaribus exercitam manifeste significat: perinde ac Florus libro IV. cap. sec. post quatuordecim annos à primis Gallicis præliis Cæsaris probatam veteranorum manum gradum retro dedisse prælio Mundensi; quo prælio etiam diserte scribit Eutropius in fine libri sexti, adeo Cæsarem pæne victum esse, ut fugientibus suis se voluerit occidere, ne post tantam rei militaris gloriam, in potestatem *Bellum Hispanicum* *Prælium ad Mundam* *ex*

ſtatem adoleſcentium, natus annos ſex & quinquaginta veniret; quum tamen quinquageſimus ſextus ætatis Cæſaris annus, non ante nonas ſive IV. idus Quinctiles inſequentes demum initurus eſſet. Cn. vero Pompeius, major fratrum, paucis diebus poſtea interfectus eſt: Sextus, minor, fugâ evaſit. Porro Cæſar Romam reverſus menſe Octobri quintum triumphum ex Hiſpaniâ invidioſum egit tanquam de civibus cæſis: atque ipſius conceſſu legati ejus, item ex Hiſpaniâ Q. Fabius Maximus, tertio Idus Octobris, & Q. Pedius, Idibus Decembris. Cæterum menſe Octobri Cæſar ſibi ſuffecit Conſules Q. Fabium Maximum & C. Trebonium Aſperum: tuncque primum Conſules ſuffecti & honorarii creari cœpti ſunt. Quo tempore etiam Cæſar Imperatoris prænomen primum cum novâ ſupremæ poteſtatis ſignificatione accepit. Eodem anno Prætores XIV. primum conſtituti. Mortuo autem Fabio Conſule poſtremo die anni, in reliquum ejus diei ſuffectus eſt Conſul C. Caninius Rebilus. Porro autem eodem anno L. Statius Marcus (quem Joſephus Hiſtoricus Marcum appellat) & Q. Marcius Criſpus poſt Q. Cornificium in Syriâ rem geſſerunt contra Q. Cæcilium Baſſum Equitem Romanum Pompeianarum partium; qui legionem ſexti Cæſaris præſidis Syriæ, occiſo ipſo obtinuerat, ut equidem colligo è duodecimo Ciceronis Epiſtolaram libro, Epiſtolis ad Caſſium & ad Cornificium.

Ecl. Lunæ Ovid.

C. Caninius Rebilus unius diei Conſul.

A. M. 3961. Ol. 184. 1. vel 183. 4. def. Julii Cæſaris Imp. ult. *An. Jul.* 2.

R. C. 705. 708. C. Coſſ. { C. Julius Cæſar 5. idemque Dictator 5. } 709. F. M. { M. Antonius, at C. Octavius Mag. Equ. } 710. V.

Eo anno primum Prætores ſedecim facti atque Ædiles Ceriales creari cœpti ſunt. Cæſar vero, quum poſt ferias Latinas ovans ex monte Albano VII. Kal. Febr. Urbem ingrediens Rex ſalutatus eſſet; ac alioqui & regnum affectare & tyrannidem exercere videretur:

retur: conflatâ ei invidiâ, & conspiratione in eum factâ, cujus principes erant M. Brutus & C. Cassius, atque prius Cæsariani D. Brutus & C. Trebonius, Idibus Martiis, in curiâ Pompeii, viginti tribus vulneribus confossus & occisus est, imperii anno tertio & mense sexto à victoriâ Pharsalicâ; (pro quibus apparet corruptè legi apud Clementem Alexandrin. primo Stromat. annos III. menses IV. dies VI.) verum anno quarto & mense septimo juxta Chronicon Eusebianum, & receptissimum calculum Syrorum, Asianorum, & Græcorum, atque in universum regionum Orientis Romano Imperio subditarum, ex Epochâ Antiochinâ à primo die Gorpiæi sive Septembris; quanquam plura sunt argumenta quibus fiat prope dixerim plusquam probabile, non modo Pharsalicam victoriam statuendam esse una cum Antiochinâ Epochâ, quemadmodum ego dudum statui, ac nuper in Eusebiano Chronico post Arnoldum Pontacum statuit Josephus Scaliger; sed etiam utramque statuendam esse plusquam quatuor annis ante cædem Cæsaris; veluti quod ipse quoque Plutarchus in ejus vitâ scribens ipsum Pompeio supervixisse non multò plusquam quatuor annos, certe aliquanto plusquam quatuor annos manifeste significat. Quinetiam M. Cicero non modo octavâ Philippicâ, habitâ intra annum post interfectum Cæsarem, dicit populum Romanum sexennio ingressum esse libertatem, nimirum perditam prælio Pharsalico: sed & quinta dicit Tribunum Plebis legem tulisse contra sexennii acta Cæsaris, sexennii inquam, haud dubie putandi à Cæsaris adventu Romam post Consulum Marcelli & Lentuli ac Pompeii discessum ex Italiâ. Neque vero alibi quam Cæsaris imperio suspicari licet deesse annum, quem utique haud obscure innuere videtur idem Cicero in fine ejusdem secundæ Philippicæ, numerans annos prope viginti elapsos à quartâ Catilinariâ habitâ nonis Decembris consulatus sui, ad ipsam habitam postridie Ludorum Romanorum, XII. Kal. Octobris proximè con-

Cæsar trucidat. Idibus Martiis

Cl. Alexandr. emendatus.

ſecuti Cæſaris necem: itemque ſextâ Philippicâ, habitâ pridie nonas Januarii inſequentis, aſſerens ſe viginti jam annos bellum gerere cum improbis civibus, utique, à conſulatu ſuo. Sed ſcilicet omnes hæc huju ſmodi ſupputationes annorum factæ ſunt à numero Conſulatuum comprehenſorum utroque termino.

Cæterum Cæſaris interfecti loco, quem ille vivus ſibi Suffecturus erat, Conſulatum occupavit P. Cornelius Dolabella, natus annos xxv. necdum Prætorius. Pontificatum autem maximum intercepit M. Æmilius Lepidus. Dictaturam vero Antonius Conſul Lege in perpetuum ſuſtulit. Poſtea C. Octavius, Cæſaris ex Attiâ filiâ Juliæ ſororis ſuæ nepos, Magiſter Equitum ab illo deſignatus, ut quum Lepidus in provinciam Hiſpaniam, atque ipſe ad bellum Parthicum (quod eadem æſtate ſuſcepturus erat, eoque Octavium Apolloniam præmiſerat) exiviſſent; iniret; ab eodem hæres ex dodrante vel ſaltem ſemiſſe ſcriptus, & adoptatus in filium atque nomen, ut appellaretur C. Julius C. Filius Cæſar Octavianus: auditâ avunculi cæde, in Italiam redeuns atque Romam ſub Kalendas Maii, hæreditatem crevit adoptionemque ratam habuit; ac deinde menſe ſextili poſtea dicto Auguſto exercitum comparavit, undeviginti annos natus, id eſt, anno ætatis undeviceſimo prope completo: licet ambigua locutio etiam completum & tranſactum ſignificare poſſe videatur. Interea Cicero navigaturus in Græciam, ut civilibus turbis ſe ſubtraheret, vel ut quorundam ſuſpicio fuit (quemadmodum conſtat ex ejus ad Atticum epiſtolis viceſimâ quartâ libri xv. ſeptimâque & octavâ libri xvi. collatis cum primâ Philippicâ, tametſi longe aliter loca illa interpretetur Joſephus Scaliger) ad viſenda Olympia eadem ætate celebrata; ventis rejectus Romam rediit: ubi Kalendis Septembris primam Philippicam Orationem habuit contra M. Antonium Conſulem: qui provinciam ſibi Galliam citeriorem, antea D. Bruto à Cæſare, eoque interfecto, à Senatu conceſſam, populi beneficio impetravit;

impetravit: fratri autem C. Antonio Prætore Urbano Macedoniam, at Collegæ Dolabellæ Syriam; illam M. Bruto, hanc C. Cassio præcipuis Cæsaris percussoribus antea similiter concessas: ac demum sub anni finem D. Brutum Mutinæ obsidere instituit. *Antonius Mutinæ Brutum Mutinæ obsidet.*

A. M. 3962. Ol. 184. 2. vel 1. def. Cæsaris Octaviani potentiæ 1.

R. C. 708. 709. C. Coss. { C. Vibius Panesa. A. Hirtius. } 710. F. M. 711. V. *An. Jul. 3.*

Ejus anni initio M. Cicero Cæsarem Octavianum, Senatus consulto facto ad augendam ejus dignitatem, ut Senator esset, & loco Prætorio sententiam diceret, atque pro Prætore bellum gereret, authoritate armavit, opinione quidem suâ contra Antonium inimicum suum, reapse vero contra patriam atque suas ipsius cervices. Deinde Consules una cum Octaviano Antonium bello aggressi, eum scilicet sub Kalendas Maii obsidionem Mutinæ solvere coëgerunt, sed ipsi ambo interfecti sunt; ac D. Brutus obsidione liberatus, haud ita multo post ab exercitu suo partim ad Octavianum, partim ad Antonium transeunte desertus, & mox trucidatus est. Porro Octavianus junctâ societate & affinitate cum Antonio, invadens consulatum, mense utique Sextili XIV. Kal. Septembris, uno mense prius quam viginti annos impleret, juxta Dionem, neutiquam X. Kal. Octobr. pridie quam totidem annos impleret juxta Velleium, se & Q. Pedium Coss. fecit. Octavo autem Kalendas Decembris, idem Cæsar Octavianus, & M. Antonius & M. Lepidus initâ conspiratione, post triduum renunciarunt se Triumviros constituendæ Reip. cum summo imperio per quinquennium, nempe exante diem V. Kal. Decembris, ad pridie Kalendas Januarii sextas: Provincias Romanas inter se partiti sunt, ut Cæsar utramque Africam cum Siciliâ & Sardiniâ, Lepidus Hispanias & Galliam Narbonensem, Antonius reliquas haberet Gallias; Magistratus omnes nec senatu *Cal. Maii Mutinæ obsidio solvitur. Amoo Coss. interficiuntur. Octavianus Consulatum invadit. Octavianus Antonius & Lepidus, Triumviri.*

nec populo consulto quibus ipsi volebant mandarunt. Proscriptiones ac cædes inimicorum civium omnis ordinis, & quidem minimum CXXX. senatorum, jusserunt; inque eis M. Julii Ciceronis, qui occisus est VII. Idus Decembris, anno ætatis LXIV. fere completo. Denique Lepido in D. Bruti occisi locum designato Consuli in annum sequentem Roma ac reliqua Italia tuenda committitur, Antonio & Cæsari bellum suscipiendum contra M. Brutum & C. Cassium, qui C. Antonio & P. Dolabellâ oppressis Macedoniam & Syriam cum exercitibus occupaverant. Cæterum Consule Pedio mortuo, & Cæsare abdicante, in ejus anni quanquã prope desinentis reliquum, alii Coss. suffecti sunt C. Albius Carrinas & P. Ventidius Bassus, qui idem Prætor erat. Porro autem in ipso fine ejusdem anni duo designati consules, L. Munatius Plancus ex Galliâ ulteriore, IV. Kal. Januarii, & M. Æmilius Lepidus ex Hispania & Galliâ, pridie Kal. Januar. triumpharunt; verum ut militari joco usurpatum est, non de Gallis, sed de Germanis, scilicet fratribus suâ ipsorum operâ proscriptis.

A. M. 3963. Ol. 184. 3. vel. 2. def. Cæsaris Octav. Triumv. I.

R. C. 707. 710. C. Coss. { M. Æmilius Lepidus. } 711. F.M.
{ L. Munatius Plancus. } 712. V.

Iis Coss. Fasti Græci statuunt initium Imperii C. Julii Cæsaris; sed duplici errore, altero quasi esset patris à devicto Pompeio, quum fuerit filii adoptivi Octaviani ab inito Triumviratu: altero, quasi incidisset in annum secundum Olympiadis CLXXXIII. quum inciderit in eundem sequentis annum. Iisdem Coss. M. Brutus & C. Cassius ab Antonio & Cæsare bello devicti prope urbem Philippos Macedoniæ, necem sibi conscivere runt. Inde vero Cæsar Hispaniâ, Antonius Galliâ universâ sibi sumptis, ille in Italiam reversus, hic in Asiam profectus est. Porro iisdem Coss. P. Vatinius Procon-

sul

sul ex Illyrico triumphavit, Pridie Kal. Januar. Censores autem creati L. Antonius & P. Sulpicius Quirinus lustrum non fecerunt.

A. M. 3964. Ol. 184. 4. vel 3. def. Cæsaris Octav. Triumv. 2.

R. C. 708. 711. C. Coss. { P. Servilius Vatia Isauricus 2 } 712. F. M.
{ L. Antonius Pietas. } 713. V.

L. Antonius, Consulatus sui initio, Kalendis Januar. ex Alpibus triumphum egit, concessu Fulviæ M. Antonii Triumviri uxoris, quæ se pro Consulibus gessit. Eademque, ortâ discordiâ ob agrorum in Italiâ partitionem veteranis factam, contra Cæsarem, qui filiam ipsius Clodiam sibi desponsam sed intactam repudiavit, bellum movit. Cæsar autem L. Antonium in itinere interceptum Perusiæ in Etruriâ concluſit, atque variis operibus circumvallatum diuturnâ obsidione pressit.

A. M. 3965. Ol. 185. 1. vel 184. 4. def. Cæsaris Octav. Triumv. 3.

R. C. 709. 712. C. Coss. { Cn. Domitius Calvinus 2. } 713. F. M.
{ C Asinius Pollio. } 714. V.

Iis Coss. L. Antonio fame ad deditionem coacto Perusia à Cæsare capta, atque incensa est. Ipse L. Antonius postea per speciem honoris in Hispaniam ablegatus, cum Sex. Peduceio & C. Luceio Cæsaris legatis: M. autem Lepidus Triumvir in Africam. Interea M. Antonio, in Oriente, Cleopatræ reginæ Ægypti amore capto, Parthi duce Pacoro Orodis regis filio, & T. Labieno Romano, qui à Bruto & Cassio ad ineundam societatem cum Orodo ante bellum Philippense missus erat, Syriam invaserunt; victoque & occiso Decidio Saxâ Antonii Legato, eam provinciam universam occuparunt, & Phæniciam, & Judæam Palestinam cum urbe Hierosolymorum, captis Hyrcano & Phasaelo Antipatri filio, regeque constituto Antigono filio Aristobuli, ac Ciliciam. Contra quos vero

Octav. Vat. Julia.

Ventidius Bassus Parthos fugat Judæam recepit. Fulviâ mortuâ Antonius cum Octaviâ in gratiam redit.

vero P. Ventidius Bassus ab Antonio missus, uno atque altero prælio ferocientes fregit, occisisque Labieno, & Phranaspate præcipuis ducibus, Ciliciâ Syriâque expulit, ac Palestinam nec dum converso anno recepit. Antonius vero ab uxore Fulviâ in Italiam revocatus, & ad suscipiendum bellum contra Cæsarem excitatus; interveniente ejus morte Octaviam Cæsaris sororem in matrimonium accepit, pacemque cum eo redintegravit. Quo nomine uterque ovans Romam ingressus est. Porro iisdem Coss. abdicantibus circa Kal. Decemb. Coss. suffecti sunt L. Cornelius Balbus, Gadibus oriundus, primus externus, & P. Canidius Crassus. Q. Salvius Salvidienus Rufus, exercitui Gallico à Cæsare præfectus, & designatus Consul in annum deinde alterum, proditionis damnatus, interfectus est antequam iniret.

2. Salvius proditionis damnatus.

His Coss. Herodes Rex Judæorum factus est. Joseph. l. 14. c. 20.

A. M. 3966. Ol. 185. 2. vel 1. def. Cæsaris Octav. Tr. 4. An. Jul. 7.

R. C. 719. 713. C. Coss. { L. Marcius Censorinus } 714. F. M.
{ C. Calvisius Sabinus. } 715. V.

Censorinus consulatus sui initio, Kal. Jan. ex Macedoniâ triumphum egit juxta Fastos marmoreos, posteaque Sabinus de Parthinis in confinibus Macedoniæ Epiri & Illyrici, VII. Kal. Novembris. Iisdem Coss. Antonius & Cæsar cum Sexto Pompeio Pompeii Magni filio, qui Siciliam, Sardiniam, & Achaiam occupaverat, classeque maritimas Italiæ oras infestans commeatus Romæ intercluserat, magnaque annonæ difficultate & caritate urbem presserat; Plebis Romanæ violentis precibus coacti pacem fecerunt. Quo tempore Senatus Populusque Romanus Triumvirorum Reipublicæ constituendæ acta agendaque rata esse jussit. Inde vero Antonius cum uxore Octaviâ instituens profectionem in Orientem, Athenis literas accepit à Ventidio, eum in agro Cyrrhestico exercitum Parthorum fere ad internecionem cecidisse, occiso etiam Pacoro regis filio; eodem die quo ante annos quinde-

Cæsar & Antonius cum Sex. Pompeio pacem iniunt.

Parthi fere ad internecionem cæsi

cem

cem Crassiana clades accepta fuerat. Porro iisdem Coss. M. Agrippa Cæsaris legatus in Galliâ Aquitanos tumultuantes pacavit, indeque Romanorum secundus Rhenam transmisit. Proconsul autem Domitius Calvinus domitis Cæretanis, ultus cladem Peducæi legati Cæsaris pacavit Hispaniam: quæ inde prorsus cedens in potestatem ipsius Cæsaris Octaviani, inque provinciæ peculiaris ditionem, ipsi tanquam Imperatori & Domino suo factæ tributariæ formam redacta, videtur nova quædam & graviora æra vectigalia sive tributa imposita cœpisse eidem pendere; atque inde æra Hispanica dicta annorum epocha initio Consulum deinceps insequentium, per Hispaniam præsertim & Galliam atque Africam, & cæteras provincias occidentis instituta esse.

A. M. 3957. Ol. 185. 3. vel 2. def. Æra Cæsaris Octav. 1. *An. Jul.* 8.

R. C. 711. 714. C. Coss. { Agp. Claudius Pulcher. } 715. F. M. / { C. Norbanus Flaccus. } 716. V.

Pulchro & Flacco Coss. itidem Fasti Græci statuunt initium Imperii Octavii Cæsaris Augusti, nimirum propter Epocham qua de proxime dictum est. In eundem annum Consul honorarius designatus Sex. Tædius Afer, antequam iniret mortuus est. Iis vero Coss. Cæsar suscepto bello maritimo contra Sextum Pompeium, ingentem cladem partim ad hoste partim à tempestate accepit. Antonius autem in Syriâ Antiocho Comagenorum rege ad imperata faciendum compulso, Tarentum Italiæ reversus cum trecentis navibus, fœdus cum Cæsare renovavit. Porro P. Ventidius Bassus, qui olim bello sociali in triumpho ductus fuerat, primus Romanorum ex Tauro monte de bellicosissimâ Parthorum Gente triumphum egit, v. Kal. Decembris.

Ecl. Sol.

Æra Hispanica.

Bellum contra Sex. Pompeium.

Antonius Tarentum rediit, fœdus cum Cæs. renovat.

Bassus de Parthis triumphat.

A. M.

A. M. 3968. Ol. 185. 4. vel 3. def. Æra Cæsaris Octav. 2. *An. Jul.* 9.

R. C. 712. 715. C. Coss. { M. Vipsanius Agrippa. { 716. F. M.
L. Caninius Gallus. { 717. V.

Cæs. Ant. & Lep. Triumviri in alterum quinquennium renunciati.

Eodem anno Consul suffectus fuit T. Statilius Taurus. Iis Coss. Lepidus, Antonius, & Cæsar exacto quinquennio Triumviratus primo, Triumviros se renuntiarunt in alterum quinquennium. Cæsar autem Siculum bellum civile contra Sextum Pompeium redintegravit, eumque debellavit: potissimâ opera Agrippæ Consulis, postquam hic oblatum ex Galliâ triumphum recusasset. Interea C. Sosius Antonii legatus, *Bellum Siculum contra Sex. Pompeium redintegratum.* latis Herodi Antipatri filio, regi Judæorum appellato à senatu, suppetiis, denuo cepit Hierosolyma, simulque Antigonum; eodem die quo ante septem & viginti annos Pompeius Magnus illa ceperat, uti refert Josephus Historicus. Verum neque hi anni captorum Hierosolymorum plures quam viginti sex, neque illi paulo superius expositi victoriæ Parthicæ plures quam quatuordecim præcise completi revera fuerint, nisi ascribatur integrum quadriennium Imperio Julii Cæsaris post Pharsalicam victoriam.

Herodes Rex Hierosolyma capit. Anno Sabbatico. Joseph. l. 14. c. ult.

A. M. 3269. Ol. 186. 1. vel 185. 4. def. Æra Cæsaris Octav. 3. *An. Jul.* 10.

R. C. 713. 716. C. Coss. { L. Gellius Poplicola. { 717. F. M.
M. Cocceius Nerva. { 718. V.

Eodem anno Coss. suffecti fuerunt L. Munacius Plancus 2. & P. Sulpicius Quirinus. Iis Coss. Cæsar Octavianus, profligato sexto Pompeio, Collegarum in Triumviratu alterum M. Æmilium Lepidum, quem ex Africâ in auxilium evocarat, Messanæ superbientem viginti legionum fiduciâ, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu, ad se transeunte, & coegit abdicare Triumviratu: supplicemque concessâ vitâ Circeiis in perpetuum

Sol. Ecl. Fast.

Cæsar Sexto profligato Lepidum abdicare cogit, eique relegat.

perpetuum relegavit. Porro Domitius Calvinus proconsul ex Hispaniâ triumphum egit XVI. Kal. Sextilis. Ipse autem Cæsar Octavianus appellatus Imperator ex Siciliâ ovans iterum Urbem ingressus est, Idibus Novembris: donato M. Agrippâ rostratâ coronâ aureâ ob navalem victoriam.

A. M. 3970. Ol. 186. 2. vel 1. def. Æra Cæsaris Octav. 4. *An. Jul.* 11.

R. C. 714. 717. C. Coss. { L. Cornificius } 718. F. M.
{ Sex. Pompeius Sex. f. } 719. V.

Iis Coss. Pompeius, filius Cn. Pompeii Magni, fugâ delatus in Asiam, circa Samum aut Lesbum insulam per M. Titium Antonii legatum interfectus est. Circa idem tempus ipse M. Antonius factâ parum prosperâ expeditione in Mediam & Parthiam, in reditu Artuasdem Armeniæ majoris regem ambiguâ fide captum, aureis compedibus vinxit, demumque redacto ipsius regno in formam provinciæ in Ægyptum deportavit, ac Alexandriæ scilicet coram Cleopatrâ regina in triumpho duxit. Interea Cæsar in Illyrico Jàpudes subegit, Pannoniam vastatam ad pacem petendam adegit, bellum Dalmaticum susceptum per Agrippam legatum, ipse maxima ex parte confecit, reliquum Statilio Tauro commisit, Romamque profectus oblatum ob ea gesta triumphum in aliud tempus distulit. Eodem tempore bellum Marsicum refert Lapideum fragmentum Fastorum Municipalium.

Sextus Pompeius Antonii jussu interfectus.

Artuasdes Armeniæ rex dolo captus, ac in Ægyptum deportatus.

A. M. 3971. Ol. 186. 3. vel 2. def. Æra Cæsaris Octav. 5. *An. Jul.* 12.

R. C. 715. 718. C. Coss. { M. Antonius 2. } 719. F. M.
{ L. Scribonius Libo. } 720. V.

Antonio confestim abdicanti eodem die Kal. Januarii Consul suffectus est L. Sempronius Atratinus; Scribonio autem & Sempronio Kal. Jul. Paulus Æmilius, Lepidus & C. Memmius: eorumque alteri Kal.

Octavia despectui habita ab Antonio Athenis Romam redit

Novembr. C. Herennius. Iis vero Coss. Octavia despectui habita à marito Antonio ob ejus consuetudinem cum Cleopatrâ, Athenis Romam reversa est. Iisdem Coss. triumpharunt, ex Africâ T. Statilius Taurus Proconsul, pridie Kal. Jul. ex Judæa C. Sosius III. Non. Septem. atque ex Hispania C. Norbanus Flaccus Proconsul, IV. id. Octob.

A. M. 3872. Ol. 186. 4. vel 3. def. Æra Cæsaris Octav. 6. An. Jul. 13.

R. C. 716. 719. C. Coss. { Imperator Cæsar Octav. 2. / L. Volcatius Tullus. } 720. F. M. 721. V.

Cæsari ita confestim abdicanti eodem die Kal. Jan. Consul suffectus est L. Autronius Pætus. Volcatio autem (creato in locum Sexti Pompeii Magni filii, qui in eundem annum cum Cæsare designatus erat) Kal. Maii L. Flavius Sævinus: ejus & Autronio Kal. Jul. Man. Acilius & C. Fonteius Capito; Kal. Sept. L. Vinicius; Kal. Octo. L. Lænonius. Per ea tempora Cæsarem inter ac Antonium, qui in regem Barbarum & Cleopatræ mancipium degenerasse ferebatur, simultates denuo gliscere cœperunt.

Simultates Cæsarem inter & Antonium.

A. M. 3973. Ol. 187. 1. vel 186. 4. def. Æra Cæsaris Octav. 7. An. Jul. 14.

R. C. 717. 720. C. Coss. { Cn. Domitius Ahenobarbus. / C. Sosius. } 721. F. M. 722. V.

Iis Coss. suffecti sunt Kal. Jul. Paulus Æmilius Lepidus & L. Cornelius, & eorum alteri Kal. Novemb. Numerius Valerius Messalla. Iis autem Coss. transacto altero Triumviratus quinquennio, simultates inter Cæsarem & Antonium extremæ exarserunt: Antonioque hosti judicato à senatu, Consulatus quem anno deinceps insequente, cum Cæsare gesturus erat, atque imperium abrogatum est: Cleopatræ etiam reginæ quasi Romanum imperium affectanti bellum indictum. Unde Cæsar Occidentem, Antonius Orientem fere totum ad

Antonius hostis judicatus, ac bellum Cleopatræ indictum.

bellum

bellum armare instituit. Cæterum eodem anno Domitius Ahenobarbus Consul vel proconsul ex Hispaniâ triumphasse existimatur.

A. M. 3974. Ol. 187. 2. vel 1. def. Æra Cæsaris Octa. 8. *An. Jul. 15.*

R. C. 718 721. C. Coss. { Imp. Cæsar Octavianus 3. } 722. F. M.
{ M. Valerius Messalla Corvinus. } 723. V.

Messalla Corvinus ab Antonio olim proscriptus, jam in ejus locum Consul factus est. Suffecti autem sunt Kal. Maii M. Titius Rufus; Kal. Octobris Cn. Pompeius Rufus. Eo anno C. Cæsar Octavianus, devictis navali prælio ad Actium Epiri promontorium (ubi postea Nicopolim urbem ædificavit) M. Antonio reliquo Triumviratus Collegâ, & Cleopatrâ Ægypti reginâ, die quarto nonas, sive secundo Septembris: etiam ipse demum Imperium Romanum singulare obtinuit. Ecl. Sol. *Prælium Actiacum.*

A. M. 3975. Ol. 187. 3. vel 2. def. Cæsaris Octav. Monarchiæ 1. *An. Jul. 15.*

R. C 719. 722. C. Coss. { Imp. Cæsar Octavianus 4. } 723. F. M.
{ M. Licinius Crassus. } 724. V.

Crasso Consuli suffecti sunt Kal. Jul. C. Antistius, Kal. vel Id. Septem. M. Tullius Ciceronis filius, Kal. Novemb. L. Sævius Rufus. Eo anno Imperator Cæsar Octavianus, facta in Ægyptum expeditione, Antonium ad Hippodromum prope Alexandriam denuo victum, rerum desperatione ad conscifcendam sibi necem adegit; itemque paulo postea Cleopatram reginam, de stirpe Ptolomæorum sive Lagidarum postremam: Alexandriamque cepit, ac Ægyptum Romani imperii provinciam fecit, mense sextili: media Olympiade clxxxvii. juxta Dionysium Halicarnasseum, proœmio Historiæ; anno autem Nabonazari ab Alexandri morte ccxcv. at ab ipsa epocha sive initio regni Nabonazari dccxix. quasi ineunte juxta Ptolo- *Cæsaris in Ægyptum expeditio.* *Ægyptus in formam provinciæ redacta.*

mæum Aſtronomum. Atque ibi Alexandrini ſtatuerunt Epocham annorum Auguſtanorum.

A. M. 3976. Ol. 187. 4. vel 3. def. Cæſaris Octav. Monarch. 2.

An. Jul. 17.

R C. 720. 723. C. Coſſ. { Imp. Cæſar Octavianus 5. } 724. F. M.
{ Sextus Apuleius. } 725. V.

Apuleio Conſuli ſuffectus eſt Kal. Jul. Potitus Valerius Meſſalla: Cæſarique & ei Kal. Novembris C. Furnius & C. Cluvius. Eo anno Imperator Cæſar Octavianus ſub mediam æſtatem reverſus in Italiam; menſe ſextili cum triplici triumpho Romam ingreſſus eſt: primo de Pannoniis, Dalmatis, Japudibus, & Gallis, VIII. Idus Sextil. quo ipſo die etiam C. Albius Carrinas Proconſul & legatus ejus triumphavit de Gallis, Morinis, & Suevis: ſecundo ex Macedonia & Actio, VII. Idus: tertio de Regina Cleopatra ex Ægypto VI. Idus ejuſdem menſis. Eodemque anno L. Autronium Pætum proconſulem triumphaſſe ex Africa, XVII. Kal. Septembris, colligitur ex Faſtorum marmoreorum fragmentis. Itaque ita pace terra marique parta Janus tertium ab urbe condita clauſus eſt: Salutis etiam augurium denuo factum: impoſito fine bellis civilibus altero & viceſimo anno, juxta abbreviatorem Livij; qui tamen annus fuiſſe videatur tantummodo viceſimus primus, niſi amplius quadriennio aſcribatur imperio Julii Cæſaris poſt Pharſalicam victoriam. Porro autem eodem anno Imperator Cæſar Octavianus, Senatus populique Romani mandato per Valerium Meſſallam, ſalutatus & cognominatus eſt pater patriæ; idemque morum legumque regimine in decennium accepto, ſine Cenſuræ honore cenſum egit, annoque inſequente, Collega M. Agrippa Luſtrum fecit (an LXXI?) poſt annum alterum & quadrageſimum quam proximum conditum erat: ut ipſe in monumento Ancyrano de ſe teſtatur.

Cæſaris triumphi.

Janus tertium clauſus.

A. M.

A. M. 3977. Ol. 188. 1. vel 187. 4. def. Cæsaris Octaviani Monar. 3. An. Jul. 18.

R. C. 721. 724. C. Coss. { Imp. Cæsar Octavianus 6. } 725. F. M.
{ M. Vipsanius Agrippa. 2. } 726. V.

Iis Coss. M. Licinius Crassus Proconsul ex Thraciâ de devictis ante annum Bastarnis, rege eorum Deldone suâ manu occiso, atque Getis, eorum quoque rege Dapyge ad necem adacto, triumphum egit III. nonas Jul. Circa finem vero ejus anni, condito lustro, Cæsar Octavianus lectus etiam princeps senatus; adhibitis in consilium duobus amicorum præcipuis, Agrippâ collegâ & C. Cilnio Mæcenate præfecto Urbis, de reddendâ Republicâ: suadente Agrippâ, dissuadente autem Mæcenate, hujus sententiam amplexatus, Reipublicæ constituendæ potestatem, senatus consulto confirmatam cum Imperio accepit in decennium. Lustrum

A. M. 3978. Ol. 188. 2. vel 1. def. Cæsaris Octav. Aug. Monarch. 4. An. Jul. 19.

R. C. 722. 725. C. Coss. { Imperator Cæsar Octav. Aug. 7. } 726. F. M.
{ M. Vipsanius Agrippa. 3. } 727. V.

Ejus anni initio, Idibus Januarii vel triduo post, Senatusconsulto facto in sententiam L. Munatii Planci, Imperator Cæsar Octavianus novo & amplissimo cognomine sive titulo majestatis appellatus est Augustus: indeque Romanis putari cœpti sunt anni Augustorum. Eodem anno M. Valerius Messalla Corvinus proconsul ex Galliâ triumphum egit, VII. Kal. Octobris. Idemque à Cæsare in Galliam profecturo creatus præfectus Urbis', intra sextum diem hoc honore se abdicavit, inque ejus locum creatus est M. Agrippa. Cæsar Augustus appellatus.

A. M. 3979. Ol. 188. 3. vel 2. def. Cæsaris Aug. Monarch. 5. An. Jul. 20.

R. C. 723. 726. C. Coss.. { Imp. Cæsar Augustus 8. } 727. F. M.
{ Titus Statilius Taurus 2. } 728. V.

Octavum Consulatum Cæsar Augustus inivit Tarracone Hispaniæ, bellum illaturus Cantabris & Astu- Cæsar Aug. in Hispania totum obrit.

ribus, qui non modo imperata facere recusabant, sed etiam vicina loca latrociniis & populationibus infestabant. Ac eousque Indorum ac Scytharum legationes ad Augustum venisse, ab extremo Oriente & Septentrione, perhibentur. Ex Hispaniâ autem Sex. Apuleius Proconsul triumphum egit, VII. Kal. Februarii. Iisdem Coss. Cornelius Gallus primus Romanorum Ægypti præfectus, majestatis & affectati regni damnatus, ad conscisendam sibi necem adactus est. Polemo autem rex Ponti in amicitiam receptus est.

Corn. Gallus primus Ægypti præfectus affectati regni damnatus.

A. M. 3980. Ol. 188. 4. vel 3. def. Cæsaris Augusti Monarch. 6. *An. Jul. 21.*

R. C. 724. 727. C. Coss. { Imp. Cæsar Augustus 9. } 728. F. M.
{ M. Junius Silanus. } 729 V.

Novum quoque Consulatum Augustus inivit in Hispaniâ, ubi circa hæc tempota Cæsarea Augusta, in Lusitania Emerita Augusta, alibique aliæ complures Augustæ coloniæ conditæ sunt. Iisdem Coss. mortuo rege Amynta, Galatia cum Lycaonia facta est provincia. Jubæ vero, filio Jubæ regis ad necem adacti bello Julii Cæsaris Africano, partem Getuliæ pro regno paterno permisit Augustus. Pace autem terra marique denuo parta Janus quartum clausus est, iterum à Cæsare Augusto.

Janus 4^m. clausus.

A. M. 3981. Ol. 189. 1. vel 188. 4 def. Cæsaris Augusti Monarch. 7. *An. Jul. 22.*

R. C. 725. 728. C. Coss. { Imp. Cæsar Augustus 10. } 729. F. M.
{ C Norbanus Flaccus. } 730. V.

Primo ejus anni die Senatus in acta Augusti juravit, & absolutam imperii potestatem ipsi tribuit, soluto legibus. Eodem annò Cantabri & Astures Augusti discessu rebellantes ab Aelio Lamiâ perdomiti sunt. Circa idem tempus Aelius Gallus Ægypti Præfectus Romanorum primus suscepit expeditionem in Arabiam Felicem, sed parum felici successu perfidia Syllæi Ducis.

A. M.

A. M. 3982. Ol. 189. 2. vel 1. def. Aug. Trib. Potestat. 1. ex 27. die Junii.

An. Jul. 23.

R. C. 726. 729. C. Coss. { Imp. Augustus Cæsar xi. } 730. F. M.
{ A. Terentius Varro Murena. } 731. V.

Varroni pestilentia, qua ex gravi cœlo funestus is annus erat, mortuo, Cn. Calpurnium Pisonem, posteaque sibi abdicanti L. Cestium, ambos olim Pompeianarum Brutique & Cassii partium, Coss. suffecit Augustus; etiam ipse morbo ancipiti Antonii Musæ medici opera liberatus; interim mortuo quoque M. Marcello Ædili Curuli sororis suæ filio suoque genero, ac destinato imperii hærede. Eodem autem anno repudiata quā magna vi offerebat populus perpetua dictatura, vicesimo septimo die Junii, sive v. Kal. Julii accepit Augustus Tribunitiam Potestatem, supremam & sacrosanctam illam, qua cætera imperia præeminebat, ipseque deinceps, ac successores ipsius Imperii sui annos numerabant.

M. Marcellus moritur.

A. M. 3983. Ol. 189. 3. vel 2. def. Augusti Trib. Pot. 2. ex 27. die Junii.

An. Jul. 24.

R. C. 727. 730. C. Coss. { M. Claudius Marcellus Æserninus. } 731. F. M.
{ L. Arruntius. } 732. V.

Iis Coss. creati postremi privati Censores L. Munatius Plancus & Paulus Æmilius Lepidus, partim discordia, partim suis ipsorum vitiis, partim prodigio tribunalis repente collapsi ac dissipati, ascendentibus ipsis, moti abdicarunt, nec lustrum fecerunt. Circa idem tempus P. Petronius Ægypti Præfectus, suscepta expeditione in Æthiopiam, Candacem ejus Reginam adegit ad petendam per legatos pacem ab Augusto.

P. Petronii Expeditio in Æthiopiam.

A. M. 3984. Ol. 189. 4. vel 3. def. Aug. Tribun. Pot. 3. ex 27. die Junii.

An. Jul. 25.

R. C. 728. 731. C. Coss. { M. Lollius. } 732. F. M.
{ Q. Æmilius Lepidus. } 733. V.

His Coss. Horatius Poëmata sua edidit, ut ipse testatur Epist. Lib. 1. Epist. 20.

Lepidus Consulatum tardius inivit, quod ejus locus reservandus erat Augusto, (qui erat in Sicilia instituens profectionem

profectionem in Orientem;) ac deinde acerrimum competitorem habuit L. Silanum. Iis Coſſ. Auguſtus M. Agrippæ Juliam filiam Marcelli viduam nuptui dedit. Iiiſdem Coſſ. L. Sempronius Atratinus Proconſul ex Africa triumphum egit IV. id. Octobris.

Auguſtus Juliam filiam Marcelli viduam M. Agrippæ nuptui dat.

A. M. 3985. Ol. 190. 1. vel 1894. Aug. Tribun. Pot. 4. ex 27. die Junii.

An. Jul. 26.

R. C. 729. 732. C. Coſſ. { M. Apuleius. } 733. F. M.
{ P. Silius Nerva. } 734. V.

Iis Coſſ. Auguſtus cum Tiberio Claudio Nerone, privigno ex Livia uxore, in Oriente verſatus, ejus provincias & regna conſtituit; recepta Armenia, factaque cum Phraate Parthorum Rege pace, captivos ex Craſſiano & Antoniano exercitu, ſignaque reddente, non tamen (ut quidam tradiderunt) adhuc obſides aliquos è filiis dante. Samum autem reverſus legatos cum literis à Poro & Pandione Indiæ Regibus, legatos etiam à Candace Regina Æthiopiæ accepit; interimque Roma optatum nuncium de Caio nepote ſibi ex Agrippa & Julia nato.

Caius ex Agrippâ & Julia naſcitur.

A. M. 3986. Ol. 190. 2. vel 1. def. Aug. Tribun. Pot. 5, ex 27. die Junii.

An. Jul. 27.

R. C. 730. 733. C. Coſſ. { C. Sentius Saturninus. } 734. F. M.
{ Q. Lucretius Veſpillo. } 735. V.

Veſpillo item Conſulatum Auguſto deſtinatum ferius inivit, propter M. Egnatii Rufi competitoris contentionem. Kalendis autem Julii ambobus ſuffecti ſunt Coſſ. M. Agrippa IV. & M. Vinicius: vel hic ſaltem Sentio. Eo anno L. Cornelius Balbus Procon. ſul ex Africa, ſolus alienigena utpote Gadibus oriundus, Romæ triumphum egit, VI. Kal. Aprilis. Ac T. Statilius Taurus Urbi præfectus eſt. Agrippa vero rebellantes denuo Cantabros prope univerſos concidit, atque Pannones repreſſit. Porro eodem anno Auguſtus morum legumque regimen iterum accepit, cum poteſtate

poteſtate Cenſoriâ in quinquennium, ac Conſulari in perpetuum. *His Coss. mortuus est Virgilius Poeta 10° Cal. Octobr. Item Tibullus poeta.* *vel Septemb. 22*

A. M. 3987. Ol. 190. 3. vel 4. def. Aug. Tribun. Pot. 6. ex 27. die Junii. *An. Jul. 28.*

R. C. 731. 734. C. Coss. { P. Cornelius Lentulus Marcellinus. } 735. F. M.
{ Cn. Cornelius Lentulus. } 736. V.

Iis Coſſ. Auguſtus Reip. conſtituendæ poteſtatem iterum accepit in quinquennium: ejuſque pariter ac Tribunitiæ poteſtatis Collegam item in quinquennium aſſumpſit M. Agrippam generum ſuum. Deinde autem ſenatum ſevere legit.

A. M. 3988. Ol. 190. 4. vel 3. def. Auguſti Tribun. Pot. 7. ex 27. die Junii. *An. Jul. 29.*

R. C. 732. 735. C. Coss. { C. Furnius. } 736. F. M.
{ C. Junius Silanus. } 737. V.

Iis Coſſ. à Cæſare Auguſto magnificentiſſime celebrati ſunt Ludi Seculares quinti juxta rationem Quindecim virorum; & quidem poſt decies undenos, ſive centum ac decem annos revolutos à proxime præcedentibus, celebratis Conſulatu Lepidi & Oreſtis, ut apparet ex Horatii Poëtæ carmine ſeculari, collato cum Cenſorini capite XVII. de die Natali, & carminibus Sibyllinis initio ſecundi libri hiſtoriæ Zozimi; ſicuti ſinguli præcedentes ex eorundem Quindecim virorum relatione: quum tamen revoluti ſint anni tantummodo centum ac novem, niſi Julius Cæſar poſt Pharſalicam victoriam imperarit annos quatuor ac dimidium. Soliti autem ſunt Ludi Seculares celebrari circa mediam æſtatem ac finem meſſis, ut clare ſignificat Zoſimus. Confectis vero Ludis, Auguſtus Caium & Lucium Agrippæ ex filia ſua Julia filios à patre emptos domi adoptavit. Iiſdem Coſſ. M. Lollius Galliæ Proconſul à Germanis Rhenum trajicientibus magnam cladem accepit.

Ludi Seculares quinti.

Augustus Caium & Lucium Agrippæ ex Julia filios adoptat.

Lollius à Germanis cladem accipit.

A. M. 3989. Ol. 191. 1. vel 190. 4. def. Aug. Trib. Pot. 8. ex 27. die Junii.

An. Jul. 30.

R. C. 733. 736. C. Coſſ. { L. Domitius Ahenobarbus } 737. F. M.
{ P. Cornelius Scipio. } 738. V.

Alteri Conſulum Kal. Jul. ſuffectus eſt L. Tarius Rufus. Eo anno Pannonios cum Noricis Iſtriam populantes, aliquot præliis fregit P. Silius. Beſſos Thraciam laceſſentes domuit: Scordiſcos cum Sauromatis Macedoniam invadentes, ultra Iſtrum repulit L. Aſinius.

A. M. 3990. Ol. 191. 2. vel 1. def. Auguſti Tribun. Pot. 9. ex 27. die Junii.

An. Jul. 31.

R. C. 734. 737. C. Coſſ. { M. Livius Druſus Libo. } 738. F. M.
{ L. Calpurnius Piſo Cæſoninus. } 739. V.

Druſus & Tib. Auguſti privigni Inalpinos populos imperata facere coegerunt.

Iis Coſſ. Druſus & Tiberius Nerones fratres Auguſti privigni, Rhetos circa Alpes Tridentinas, alioſque vicinos Inalpinos populos pleramque partem deleverunt, reliquos imperata facere coegerunt. Noricos autem repreſſit P. Silius Proconſul; forte alterius illorum legatus, qui iiſdem Coſſ. ex Alpibus & Pannoniis triumphum egit; ſicut etiam L. Aſinius Proconſul de Sauromatis.

A. M. 3991. Ol. 191. 3. vel 2. def. Aug. Tribun. Pot. 10. ex 27. die Junii.

An. Jul. 32.

R. C. 735. 738. C. Coſſ. { M. Licinius Craſſus. } 739. F. M.
{ Cn. Cornelius Lentulus Augur. } 740. V.

Iis Coſſ. M. Agrippa Boſporanos ſubactos Polemoni Regi Ponti ſubjecit. Triumphum autem propterea oblatum neglexit, aliiſque legatis Imperatoriis ſive Præfectis & Præſidibus provinciarum deinceps negligendi Auctor fuit, primus pro triumpho triumphalia ornamenta conſequi contentus. Sub idem vero tempus idem Agrippa Berytum, urbem maritimam Phœniciæ, coloniam deduxit. Porro iiſdem Coſſ. reliqui populi

Alpini,

Alpini, à Mari ſupero ſive Adriatico ad inferum ſive Liguſticum uſque, perdomiti, & ſub imperii Romani ditionem redacti ſunt; quemadmodum teſtatur Tropæum ſequente vere in Alpibus erectum: cujus meminit Plinius libro III. capite XX.

A. M. 3992. Ol. 191. 4. vel 3. def. Auguſti Trib. Pot. 11. ex 27. die Junii.

An. Jul. 33.

R. C. 736. 739. C. Coſſ. { Tiberius Claudius Nero. } 740. F. M.
{ P. Quinctilius Varus. } 741. V.

Iis Coſſ. in locum M. Æmilii Lepidi quondam Triumviri nuper demortui, demum etiam Pontifex Maximus factus eſt Cæſar Auguſtus, pridie nonas Martii; ex quo tempore Pontificatum Maximum Romæ Imperatores ſoli geſſerunt. Inde vero Auguſtus, contractis undique & concrematis amplius duobus millibus librorum fatidicorũ, qui vulgo ferebantur parum idoneis auctoribus, Græcis vel Latinis; ſolos Sibyllinos, (habito etiam eorum delectu) reſervatos, duobus forulis inauratis ſub Palatini Apollinis baſi recondidit. Iiſdem Coſſ. Vigintiviratus novus Magiſtratus ex Equitibus Romanis inſtitutus eſt; ex quo numero erant Triumviri Capitales, Triumviri Monetales, Quatuorviri Curatores viarum Urbanarum, Decemviri qui haſtam Centumviralem cogerent.

Auguſtus Pontificatum Max. gerit.

A. M. 3993. Ol. 192. 1. vel 191. 4. def. Aug. Trib. Pot. 12. ex 27. die Junii.

An. Jul. 34.

R. C. 737. 740. C. Coſſ. { M. Valerius Meſſalla Barbatus Æmilianus. } 741. F. M.
{ P. Sulpicius Quirinus. } 742. V.

Iis Coſſ. (quorum alteri Meſſallæ mortuo ſuffectus eſt C. Valgius Saturninus Rufus; & ei abdicanti, C. Caninius Rebilus, etiam ipſe in Magiſtratu mortuus:) mortuo M. Vipſanio Agrippâ, Tiberius Nero privignus Auguſti ductâ Juliâ gener factus; confecto bello Pannonico, ut quidam tradiderunt, primus, ſaltem ſecundus, pro triumpho triumphalibus ornamentis decoratus

Tiberius mortuo Agrippâ Juliam ducit.

coratus est. Interim vero Drusus ejus frater Germanos Rhenum denuo trajicientes repressit, primusque Romanorum Oceanum septentrionalem Germanicum classe ingressus exploravit; Frisios autem in amicitiam populi Rom. accepit.

Drusi gesta.

A. M. 3994. Ol. 192. 2. vel 1. def. Augusti Tribun. Pot. 13. ex 27. die Jun.

An. Jul. 35.

R. C. 738. 741 C. Coss. { Paullus Fabius Maximus } 742. F. M.
{ Q. Ælius Tubero. } 743. V.

His Coss. Drusus superato Rheno complures Germaniæ populos subegit: indeque per Mosam flumen, & Visurgim, ac Rheni ripam, amplius quinquaginta castella arcendis hostium incursionibus condidit. Tiberius autem Dalmatas ac Pannonios arma moventes denuo subegit. Interea maximum in Thraciâ exortum bellum, Bulogæso Thrace Bessorum Rege devicto, confecit L. Piso Pamphyliæ Præses. Qui omnes triumphalia ornamenta, Tiberius quidem jam iterum, adepti sunt.

A. M. 3995. Ol. 192. 3. vel 2. def. Augusti Tribun. Pot. 14. ex 27. die Jun.

An. Jul. 36.

R. C. 739. 742. C. Coss. { Julius Antonius, filius Triumviri. } 743. F. M.
{ Q. Fabius Maximus Africanus. } 744. V.

His Coss. Drusus Suevis devictis Vannium Regem dedit. Marcomannos magnâ strage cæsos imperata facere coegit. Tiberius autem Dacos Pannoniam incurrentes partim cecidit, partim ultra Danubium repulit, ripasque Cisdanubianas præsidiis & castellis contra hostium incursiones munivit. Piso etiam in Thraciâ Mæsios & Bastarnas magno prælio vicit.

Iisdem Coss. natus est Tib. Claudius Caesar Lugduni Cal. Augustis. Sueton. in Claudio.

A. M.

A. M. 3996. Ol. 192. 4. vel 3. def. Auguſti Trib. Pot. 15. ex 27. die Junii.

An. Jul. 37.

R. C. 740. 743. C. Coſſ. { Nero Claudius Druſus Germanicus. } 744. F. M.
{ T. Quinctius Criſpinus Sulpicianus } 745. V.

Iis Coſſ. vel ſequentibus, Tiberius ex Dalmatiâ ovans Urbem ingreſſus eſt. Druſus vero ejus frater, jam Conſul, bellum adverſus Germanos trans Rhenum gerens, ex fracturâ, equo ſuper crus ejus collapſo, mortuus eſt, uti refert abbreviator Livii; cujus hiſtoria quatuordecim decadibus voluminum ſive centum quadraginta, inſuperque duobus quorum etiam epitomæ interciderunt, ut quidam cenſent, libris comprehenſa, in illius morte terminata eſt. *Druſi mors.*

A. M. 3997. Ol. 193. 1. vel 192. 4. def. Aug. Trib. Pot. 16. ex 27. die Junii.

An. Jul. 38.

R. C. 741. 744. C. Coſſ. { C. Marcius Cenſorinus. } 745. F. M.
{ C. Aſinius Gallus. } 746. V.

Iis Coſſ. quum Auguſtus edixiſſet, ut triduum plus juſto intercalatum per triginta ſex annos Julianos, decurſu duodecim annorum ſine intercalatione emendaretur; menſis ſextilis, quo multa ei proſpera evenerant, in ipſius honorem, ex Senatuſconſulto appellatus eſt Auguſtus. Iiſdem Coſſ. Auguſtus Urbis Romæ pomœrium ampliavit. *Mecenas hoc anno moritur*

Eiſdem Coſſ. Horatius poeta moritur 5°. Cal. Decembris.

A. M. 3998. Ol. 193. 2. vel 1. def. Aug. Trib. Pot. 17. ex 27. die Junii. *Author vitæ Horatij.*

An. Jul. 39.

R. C. 742. 745. C. Coſſ. { Tiberius Claudius Nero II. } 746. F. M.
{ Cn. Calpurnius Piſo. II. } 747. V.

Iis Coſſ. Dionyſius Halicarnaſſeus hiſtoriam ſuam edidit, anno (ut ipſe in ejus proœmio teſtatur) Romæ Conditæ DC CXLV. nempe juxta Catonianum calculum; atque anno primo Olympiadis CXC III. juxta Græcum morem applicandi Conſules ad Olympiades. Tiberius vero Conſulatum eum (cujus initio Kal. *Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit.*

Januarii triumphum egit de Germanis) per tres solùm menses gessit. Fertur autem Caius Augusti nepos & adoptivus filius, nondum annum ætatis agens decimumquartum, per adulationem populi Consul designatus esse. Porro circa finem ejusdem anni, Augustus Tiberium Tribunitiæ potestatis Collegam assumpsit in quinquennium.

A. M. 3999. Ol. 193. 3. vel 2. def. Aug. Trib. Pot. 18. ex 27. die Junii.

An. Jul. 40.

R. C. 743. 746. C. Coss. { Dec. Lælius Balbus. } 747. F. M.
{ C. Antistius Vetus. } 748. V.

Iis Coss. Kal. Jul. suffecti sunt L. Manilius & Q. Nonius Asprenas Torquatus. Circa ejus vero anni initium Tiberius Augusti privignus & gener, & nuper consors factus Tribunitiæ potestatis, repente secessit Rhodum, ibique tanquam exul septennium peregit. Eodem anno Augustus Italiam in undecim regiones adjectâ Istricâ distribuit, ac nova administrandæ Reip. munia excogitavit; veluti curationes operum publicorum, Triumviratus legendi senatus, & recognoscendi turmas Equitum, & alia ejusmodi.

Tiberius Rodum secedit.

A. M. 4000. Ol. 193. 4. vel 3. def. Augusti Trib. Pot. 19. ex 27. die Junii.

An. Jul. 41.

R. C. 744. 747. C. Coss. { Imp. Cæsar Augustus XII. } 748. F. M.
{ L. Cornelius Sulla. } 749. V.

Augustus Consulatum XII. post annum XVII. suscepit, ut magistratu amplissimo præditus Caium filium tyrocinio suo in forum deduceret; qui positâ ibi ex more prætextâ, sumptâque virili togâ, clypeis hastisque puris aureis ab Equestri ordine donatus, ac princeps Juventutis appellatus, moxque Consul in quintum postea annum designatus est. Eodem anno, ut nonnulli putant, Augustus magno apparatu Athletas in Campo Martio, ac Navale prælium in Tiberi, ac aquâ in circum Flaminium inductâ Crocodilorum venationem exhibuit.

Caius virilem togam sumit.

A. M.

A. M. 4001. Ol. 194. 1. vel 193. 4. def. Aug. Trib. Pot. 20. ex 27. die Junii.

An. Jul. 42.

R. C. 745. 748. C. Coss. { C. Calvisius Sabinus. } 749. F. M. { L. Passienus Crispinus Rufus. } 750. V.

Iis Coss. Augustus Romæ forum à se extructum publicavit; Tiberius vero tantummodo inter Sophistas Rhodi Tribun. Potestatem exercuit. Tunc autem Lucius alter Augusti nepos, & ipse studio sine adulatione populi, Consul designatus esse fertur. *His Coss: Herodes Judaa rex mortuus est. anno regni 34. vel 37. Joseph.*

A. M. 4002. Ol. 194. 2. vel 1. def. Augusti Trib. Pot. 21. ex 27. die Junii.

An. Jul. 43.

R. C. 746. 749. C. Coss. { L. Cornelius Lentulus. } 750. F. M. { M. Valerius Messalla Cotta. } 751. V.

Iis Coss. natus est Galba, cui postea Augustus inter alios pueros se salutanti prædixisse fertur, *Et tu fili aliquando imperium degustabis.* *Galba natus.*

A. M. 4003. Ol. 194. 3. vel 2. def. Augusti Trib. Pot. 22. ex 27. die Junii.

An. Jul. 44.

R. C. 747. 750. C. Coss. { Imp. Cæsar Augustus XIII. } 751. F. M. { M. Plautius Silvanus. } 752. V.

Plautio Kal. Jul. suffectus est Consul C. Caninius Gallus. Kal. autem Septembris Cæsari Q. Fabricius, ut quidem apparet ex monumento Vaticano. Eum autem Consulatum postremum accepit Augustus, ut Lucium Caii fratrem, alterum suum nepotem & adoptivum filium, egressum ex ephebis itidem in forum deduceret: eodemque anno, dedicato Martis Ultoris templo votivo, atque exhibitis magnificentissimis gladiatorii muneris & Naumachiæ spectaculis, Juliam filiam, Caii & Lucii Cæsarum matrem, ob famosa & probrosa adulteria, relegavit in insulam Pandateriam. Deinde vero Caium, agentem ætatis annum undevicesimum, imperio Proconsulari misit in Syriam & Orientem, adjuncto ei moderatore juventutis ipsius M. Lollio, *Lucius viri lem rogam sumit.* *Julia relegata.*

lio, ad recipiendam Armeniam, quam Phraates Rex Parthorum desciscens à societate Romanâ occupaverat.

Period. Jul. 4713. Ante verm A.D.1. A. M. 4004. Ol. 194. 4. vel 3. def. Augusti Tribun. Pot. 23. ex 27. die Junii.

Cn. Lentulus Cossus Getulicus, An. Jul. 45.

R.C.748. 751.C. Coss. { Cossus Cornelius Lentulus. } 752. F.M. { L. Calpurnius Piso Augur. } 753. V.

Piso Consul ex Thracibus rebellantibus bello triennali sub imperium redactis, ornamenta triumphalia nuper consecutus erat: & circa idem tempus L. Domitius Nero ex Germaniâ altius quam à quoquam antea penetratâ; itemque L. Passienus Consularis ex Africâ, Getulis & Musulamiis repressis. Interea vero Tiberius, exacto Tribunitiæ potestatis quinquennio, magnâ animi anxietate Rhodi egit; postquam Caium, proficiscentem in Orientem, invisens Sami sive Chii, criminationibus Lollii alieniorem sibi factum comperit. Cæterum Phraates Parthorum Rex acceptâ famâ adventus Caii, non tam Caii vel Augusti metu, quam seditionis & insidiarum à domesticis, vocato in colloquium (uti refert Strabo libro XVI.) Titio tunc Præside Syriæ, (nempe Caii decessore) quatuor ei filios legitimos obsides tradidit, Saraspadem, Cerospadem, Phraanem, & Voonem sive Vononem, atque duas eorum Uxores, & filios quatuor; ita amovens à medio filios & nepotes ex Arsacio genere, à quibus ipse metuebat. Veruntamen Saraspades natu maximus non tanquam Obses, sed tanquam legatus ad redintegrandum fœdus, videtur à patre missus esse.

Per. Jul. 4714. Verus A. D. 1. A. M. 4005. Ol. 195. 1. vel 194. 4. def. Augusti Tribun. Pot. 24. ex 27. die Junii.

An. Jul. 46

R. C. 749. 752. C. Coss. { C. Julius Cæsar Vipsanianus. } 753. F. M. { L. Æmilius Paullus. } 754. V.

Caius Cæsar Augusti filius Consul, & Saraspades Phraatis Regis primogenitus, regnique Pharthici hæres,

res, patrum & suis nominibus convenientes in insulâ Euphratis, fœdus, & pacem, & amicitiam redintegrarunt: alterque alterum epulatus est. Quo tempore M. Lollii rectoris Caii perfidia & subdola consilia per Parthum Caio indicata, & fama vulgata sunt: cujus mors intra paucos dies (incertum fortuita an voluntaria) secuta est, ut refert Velleius, qui rebus gestis tunc præsens aderat: atque jam tunc concessa Tiberio venia redeundi Romam, uti refert Suetonius: unde redarguitur error Huberti Goltzii in Augusti vitâ, & aliorum statuentium fœdus à Caio cum Parthis renovatum sexennio ante mortem Lollii. Ea vero pace redintegratâ cum Parthis videtur Janus esse clausus tertium ab Augusto, quintum ab urbe Cond. utpote anno DCCLII. juxta Catonem, Dionysium, Livium atque Orosium.

Lollius Caius, moritur.

Janus 5^m. clausus.

A. M. 4006. Ol. 195. 2. vel 1. def. Augusti Trib. Pot. 25. ex 27. die Junii.

An. Jul. 47.

R. C. 750. 753. C. Coss. { P. Vinicius. } 754. F. M. { P. Alfinius Varus. } 755. V. 2.

Iis Coss. Tiberius Rhodo Romam rediit, uti refert Velleius; sexennio postquam illo profectus erat, ac biennio postquam Tribunitiâ potestate exierat, juxtà eundem & Suetonium. Tunc autem mortuo Lollio, ut apparet ex iisdem collatis cum Tacito, P. Sulpicius Quirinus sive Quirinius Ciliciæ Præses (ubi expugnatis Homonadensium castellis triumphalia ornamenta adeptus est) datus est ab Augusto rector Caio Cæsari Armeniam obtinenti: quam ingressus Caius post redintegratum fœdus Parthicum, prima parte introitus prospere gessit; mox accepto vulnere in colloquio cui se temere crediderat, factus est Reip. inutilis, ita ut Syriæ & Orientis Præfecturam omnino administraret Quirinius. Circa idem tempus Lucius ejus frater, cum imperio item Proconsulari missus in Hispaniam, mortuus est Massiliæ. Iisdem vero Coss. Augustus morum legumque

Tib. Romam Rhodum redit.

Quirinius Syriæ præfecturam obtinet.

An. Ch. Vulgaris. gumque regimen quintum accepit cum potestate Censoriâ in decennium: quo quidem tempore videtur cœpisse agere secundum suum Censum universalem sine Collegâ; quem ex Dione quanquam mutilo apparet finitum esse tertiis inde Coss. nempe Ælio Cato & Sentio Saturnino, & lustro quidem facto, numero (an LXXII?) contra quam Sigonius, Onuphrius, Goltzius, aliique Fastorum conditores retulerunt.

Census universalis.

Lustrum conditum

A. M. 4007. Ol. 195. 3. vel 2. def. Augusti Trib. Pot. 26. ex 27 die Junii.

An. Jul. 48.

R. C. 751. 754. C. Coss. { L. Ælius Lamia. } 755. F. M.
{ M. Servilius Geminus. } 756. V.

3 Iis Coss. (quibus Dominum Jesum Christum natum esse nostra fert sententia, & quidem modo anno DCC LI. Romæ conditæ quasi ineunte) apparet Quirinio Præsidi Syriæ, sub mortem Caii Cæsaris, qui eodem anno rediturus in Italiam in Lyciâ diem obiit, ut ex Velleio constat, successorem ab Augusto missum esse C. Sentium Saturninum virum utique Consularem; qui Census in Syriâ & Palæstinâ sive Judæâ jussu Augusti à Quirinio cœptos peregerit. Iisdem vero Coss. ut ex Dione, Suetonio, & Tacito colligit Goltzius, Cæsar Augustus imperium Romanum viginti quinque legionibus provinciatim distributis, præter auxilia & cohortes alasque Equitum plurimas; Italiæ autem Galliæque litora tribus classibus munivit: ac propterea ut perpetuo sine difficultate sumptus tot tantisque exercitibus alendis suppeterent, centesimæ & vicesimæ vectigalia instituit, cum tribus Præfectis ærarii: quod secundo & medio Augusti Censui ad hunc potissimum annum meâ Chronologiâ relato apprime convenit. Iisdem Coss. M. Vinicius de Germanis devictis triumphalia ornamenta adeptus est.

C. Sentius Saturninus Syriæ &c. præficitur.

A. M.

An. C.

A. M. 4008. Ol. 195. 4. vel 3. def. Augusti Trib. Pot. 27. ex 27. die Junii.

An. Jul. 49.

R. C. 752. 755. C. Coss. { Sex. Ælius Catus. } 756. F. M. / { C. Sentius Saturninus. } 757. V. 4.

Iis Coss. peracto Censu, Augustus, quod post Lucii mortem, adhuc Caio Cæsare vivo facere voluerat, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit; (uti refert Velleius, suffragantibus Tacito, Suetonio, & Dione: unde constat Caium paulo antea mortuum esse;) ut & Tribunitiæ potestatis consortionem Tiberio Claudio Neroni constitueret, quinto Kal. Julii, sive ipso XXVII. die Junii (nempe iterum, jamque in decennium; unde idem annus Fastorum marmoreorum calculo habetur sextus Tribunitiæ Pot. Tiberii, habitâ nimirum ratione prioris quinquennii, ante quadriennium fere exacti) atque eum adoptaret. Adoptavit vero eum una cum Agrippa Postumo Agrippæ & Juliæ filio; coactum prius ut ipse Germanicum Drusi fratris sui filium adoptaret. Porro iisdem Coss. Census Senatorius ab Augusto ampliatus: & ab iisdem Lex Ælia Sentia de modo & ratione manumissionum lata est. Sub id tempus Asinius Pollio orator moritur.

Augustus Tiberium & Agrippam Postumum adoptat; coactum ut Germanicum adoptaret 5.

A. M. 4009. Ol. 196. 1. vel 195. 4. def. Aug. Trib. Pot. 28. ex 27. die Junii.

M. An. Jul. 50.

R. C. 753. 756. C. Coss. { L. Valerius Messalla Volusus. } 757. F. M. / { Cn. Cornelius Cinna Magnus. } 758. V.

Cinna Pompeii Magni ex filia nepos, quum Augusti vitæ insidias struxisse convictus esset, consilio Liviæ ab Augusto liberatus, & Consul factus est. Iis Coss. Cossus Cornelius de Getulis devictis ornamenta triumphalia, & Getulici cognomen adeptus. Iis Coss. natus est Ser. Sulpicius Galba Imp. 9° Cal. Jan. Sueton. in Galbâ.

Ecl. Sol. Dion. Dion an. sequ.

Cinna Pompeii M. nepos Augusti vitæ insidias struxit.

An: Ch.

A. M. 4010. Ol. 196. 2. vel 1 def. Augusti Trib. Pot. 29. ex 27. die Junii.

An. Jul. 51.

6. R. C. 754. 757. C. Coss. { M. Æmilius Lepidus. 758. F. M. / L. Arruntius. 759. V.

Iis Coss. (quibus Kal. Jul. suffecti sunt Caius Ateius Capito, & C. Vibius Postumus) bella per pleraſque imperii Romani provincias commota sunt. Germanicum gessit Tiberius, cum legato C. Sentio Saturnino, qui inde ornamenta triumphalia consecutus est: sicut ex Isauria Cossus, sive Cn. Lentulus, una cum cognomento Isaurici. His Cos. Archelaus trans Alpes relegatus est anno reg. 10. Dio l. 55

Ecl. Sol.

A. M. 4011. Ol. 196. 3. vel 2. def. Augusti Trib. Pot. 30. ex 27. die Junii.

7. R. C. 755. 758. C. Coss. { A. Licinius Nerva Silianus. 759. F. M. / Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus. 760. V.

Iis Coss. (quibus utique Kal. Jul. suffecti sunt. P. Cornelius Lentulus Scipio, & T. Quinctius Crispinus Valerianus) M. Valerius Messalinus Illyricorum rebellantium, & inopinato se adorientium amplius viginti millia una legione eâque semiplenâ fudit fugavitque; ac triumphalibus ornamentis propterea donatus est. Inde vero ortum in Illyrico Pannonicum Dalmaticumque bellum, post Punica gravissimum Tiberius, factâ pace cum Maroboduo Marcomannorum Duce, quindecim legionibus, paribusque auxiliorum copiis, triennio gessit.

Ecl. Lun. Joseph.

Bellum Pannonicum Dalmaticumque.

A. M. 4012. Ol. 196. 4. vel 3. def. Augusti Trib. Pot. 31. ex 27. die Junii.

8. R. C. 756. 759. C. Coss. { M. Furius Camillus. 760. F. M. / Sex. Nonius Quinctilianus. 761. V.

Iis Coss. (quibus Kal. Jul. suffecti sunt, L. Apronius & A. Vibius Habitus) A. Cæcina & Plautius Silvanus legati bello Pannonico magnam acceptam cladem, legionariorum virtute resarciverunt: Plautius deinde

deinde ornamenta triumphalia adeptus est. Augustus vero suspectum habens Tiberium, tanquam ultro protrahentem bellum; Germanicum Drusi filium, quem is adoptare coactus erat, Quæstorem cum Proconsulari Imperio, novoque exercitu in Illyricum misit. Veruntamen Agrippâ Postumo quasi ob stolidam ferocitatem familia & gentilitate Augusti abdicato, primumque Surrenti in clauso, deinde autem in Planasiam insulam relegato: Tiberius veluti manifestus Augusti non modo hæres sed & Collega, lege per Consules latâ, imperium in omnes exercitus & provincias obtinuit.

A. M. 4013. Ol. 197. 1. vel 196. 4. def. Aug. Trib. Pot. 32. ex. 27. die Junii.

R. C. 757 760. C. Coss. { C. Poppæus Sabinus. } 761. P. M.
{ Q. Sulpicius Camerinus. } 762. V.

Iis Coss. (quibus suffecti sunt, Kal. Jul. M. Papius Mutilus, & Q. Poppæus Secundinus) M. Æmilius Lepidus, incensis Dalmatarum opidis, vastatis agris, cæsisque hostium copiis, triumphalia ornamenta consequutus est: itemque C. Vibius Postumus, cujus operâ & consilio usus est Germanicus; qui etiam ipse præter triumphalia ornamenta donata postea, pariter ac prætoria insignia, appellatus est Imperator. Tiberius vero demum bellum Illyricum confecit, rege Batone ad petendam pacem adacto. Iisdem Coss. magna clades in Germaniâ accepta est: tribus legionibus paribusque auxiliis Romanorum, cum Proconsule Quinctilio Varo, ab Arminio circumventis & deletis, quarto nonas Quinctiles: eodem die quo clades Cannensis, ante annos CCXXIV. cujus occasione Tiberius triumphum ex Illyrico decretum distulit. Denique iisdem Coss. lex Papia Poppæa de maritandis ordinibus lata est. Florus 7.

His Coss. Vespasianus Imp. in Iudæa editus est 15°. Cal. Decemb. Suetonius in Vespas.

An. Ch. A. M. 4014. Ol. 197. 2. vel 1. def. Augusti Trib. Pot. 33. ex 27. die Junii.

10. R. C. 758. 761. C. Coss. { P. Cornelius Dolobella. } 762. F. M.
{ C. Junius Silanus. } 763. V.

Kal. Jul. suffectus est Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis. Iisdem Coss. Tiberius suscepit expeditionem in Germaniam, ad ulciscendam cladem Varianam. Interea tumultus quidam excitati sunt circa liberationem Juliæ Augusti filiæ, & ejus filii Agrippæ Postumi. Germanos vero & Gallos in urbe peregrinantes, Augustus excedere ante certum diem edicto jussit.

A. M. 4015. Ol. 197. 3. vel 2. def. Augusti Trib. Pot. 34. ex 27. die Junii.

11. R. C. 759. 762. C. Coss. { M. Æmilius Lepidus. } 763. F. M.
{ T. Statilius Taurus. } 764. V.

Lepido suffectus est, Kal. Jul. L. Cassius Longinus. Iis Coss. Tiberius Germaniam, satis inter ejus principes per Maroboduum & Segesten discordiis, quarum peritus erat artifex, longe lateque vastavit. Romæ de lege Papiâ Poppæâ aliquid remissum est Equitum precibus, perrogatâ Juliâ sumptuariâ. Mathematicis etiam interdictum respondere de alicujus vitæ longitudine consulentibus.

A. M. 4016. Ol. 197. 4. vel 3. def. Augusti Trib. Pot. 35. ex 27. die Junii.

12. R. C. 760. 763. C. Coss. { Germanicus Cæsar. } 764. F. M.
{ C. Fonteius. Capito. } 765. V.

Fonteio Kal. Jul. suffectus est Consul C. Visellius Varro. Eo anno Tiberius Romam reversus, secundum triumphum, ob cladem Varianam dilatum, egit de Illyriis, Pannoniis, Dalmatis, ac Germanis, VI. idus Maii. Deinde dedicavit ædem Concordiæ: itemque Castoris & Pollucis, suo ac Drusi fratris mortui nomine. Sub anni exitum Germanicus profectus est in Galliam

An. Ch.

liam inteſtinis ſeditionibus laborantem, quam pacavit: indeque cum 8. legionibus contra Germanos; quibuſcum ſolis tunc bellum gerebatur, idque magis abolendæ infamiæ cladis Varianæ cauſâ, quam imperii proferendi cupidine. Circa id tempus L. Piſo factus eſt Præfectus Urbis. Iisdem Coss. n. est C. Cæsar prid. Cal. Sept. Sueton. in Calig.

A. M. 4017. Ol. 198. 1. vel 197. 4. deſ. Aug. Trib. Pot. 36. ex 27. die Junii.

R. C. 761. 764. C. Coſſ. { C. Silius. / L. Munatius Plancus. } 765. F. M. / 766. V. 13.

Iis Coſſ. Auguſtus teſtamentum condidit, & apud Veſtales virgines depoſuit: ac tertium eumque poſtremum ſuum cenſum cum Tiberio collegâ inſtituit; quo tandem totius Senatus conſenſu viceſimæ hæreditatum vectigal receptum eſt, conferendum in ærarium militare.

A. M. 4018. Ol. 198. 2. vel 1. deſ. Auguſti Trib. Pot. 37. ex 27. die Junii.

R. C. 762. 765. C. Coſſ. { Sex. Pompeius. / Sex. Appuleius. } 766. F. M. / 767. V. 14.

Iis Coſſ. ab Auguſto & Tiberio conditum eſt luſtrum LXXIII. centum autem plus minus diebus poſtea Auguſtus, quum rumor eſſet, eum ſelectis aliquot conſciis, inviſiſſe Agrippam Poſtumum, multiſque editis charitatis ſignis feciſſe ſpem revocandi ejus; ut plurimorum fuit ſuſpicio, Liviæ uxoris matris Tiberii dolo, quæ medicatas ficus ipſi edendas obtuliſſet, mortuus eſt Nolæ in Campaniâ XIV. Kal. Septemb. ſive die XIX. Auguſti: ferme completo ætatis ſuæ anno LXXVI. vel ut nonnulli retulerunt LXXVII. imperii vero à Triumviratu LXVI. æra Hiſpanicâ LII. Actiaca victoria XLIV. Itaque ex illo die XIX Auguſti, (unde annales ſuos exorſus eſt & Cornelius Tacitus) conſurgit initium imperii Tiberii Cæſaris Auguſti. Qnod quidem ipſe auſpicatus eſt imperatâ cæde Agrippæ Poſtumi; ac mox nece Juliæ ejus matris filiæ,

Sol. Ecl.

Lustrum 73 conditum

Augustus Nolæ moritur 19°. Augusti 14°. Cal. Sept. d. X.

Tiberii Imp. jussu Agrippa posthumus & Julia necati.

filiæ, uxoris ſuæ. Deinde gliſcentes ſeditiones militares in Pannoniâ compeſcuit Druſus Tiberii filius, cum Ælio Sejano, occaſione Eclipſis Lunæ: Ecl. L.

Germanicus. in Germania autem inferiore Germanicus, imperium à veteranis oblatum reſpuens, & exercitum contra hoſtes ducens: è quibus Marſos, Bructeros, Tubantes, & Uſipetes cecidit.

A. M. 4019. Ol. 198. 3. vel 2. deſ. Imperii Tiberii 2. ex 19. die Auguſti.

15. R. C. 763. 766. C. Coſſ. { Druſus Cæſar Tib. Aug. filius. } 767. F. M. / { C. Norbanus Flaccus. } 768. V.

Iis Coſſ. Germanicus Chattos & Cheruſcos, alioſque Germaniæ populos, quorum præcipui duces erant Arminius & Inguiomerus, devicit: Quintilii Vari ejuſque legionum cæſarum reliquiis lectis ſuprema ſolvit. Germanico, ejus belli initio triumphus; deinde ejus legatis A. Cæcinæ, L. Apronio, & C. Silio, triumphalia ornamenta decreta ſunt. Interea cognitio Romæ de famoſis libellis, & ſiniſtris de principe ſive imperatore ſermonibus, ad legem majeſtatis revocata eſt. Coerciti ſunt etiam Hiſtriones.

A. M. 4020. Ol. 198. 4. vel 3. deſ. Imperii Tiberii 3. ex 19. die Auguſti.

16 R. C. 764. 767. C. Coſſ. { T. Statilius Siſenna Taurus. } 768. F. M. / { L. Scribonius Libo. } 769. V.

Iis Coſſ. mota ſunt Orientis regna provinciæque Romanæ, initio apud Parthos orto: qui petitum Româ acceptumque regem Vononem obſidem Auguſto à Phraate datum, quamvis gentis Arſacidarum, ut externum aſpernabantur: ejuſque loco acceptabant Artabanum, à quo Vonones pulſus eſt in Armeniam. Quod haud ingratum accidit Tiberio cupienti Germanicum ſuetis legionibus abſtrahere, noviſque provinciis impoſitum, dolo ſimul & caſibus objectare. Is vero altero prælio magno Arminium & Cheruſcos vicit. Sed claſ-

Artabanus Parthorum regnum obtinet.

ſis

An: Ch.

sis ædificatæ & Oceano commissæ, maximam partem naufragio amisit. Iisdem Coss. Postumi Agrippæ servus, nomine Clemens, heri speciem & nomen ementitus, novas res molitus, à Sallustio Crispo oppressus est. Eodem anno facta sunt & de Mathematicis Magisque Italiâ pellendis, Senatus consulta.

A. M. 4021. Ol. 199. 1. vel 198. 4. def. Imperii Tiberii 4. ex 19. die Aug.

17.

R. C. 765. 768. C. Coss. { C. Cœlius Rufus. } 769. F. M.
{ L. Pomponius Flaccus. } 770. V.

Iis Coss. Germanicus Cæsar ad VII. Kalend. Junias triumphavit de Cheruscis, Chattisque & Angrivariis, quæque aliæ nationes Germanorum usque ad Albim fluvium coluerunt. Archelao rege Cappadociæ (quum Comam Tiberii artibus attractus esset) mortuo, ejus regnum in provinciam redactum est. Per idem tempus etiam Antiocho Comagenorum, & Philopatore Cilicum regibus defunctis, turbatisque eorum regionibus, insuperque provinciis Syriâ & Judæâ sub oneribus tributorum gementibus, Tiberius Germanicum componendo Orienti præfecit, ac Cn. Pisonem Syriæ, cum occultis ut creditum est contra illum mandatis. Drusus autem Tiberii filius in Illyricum missus est, opem laturus Suevis contra Cheruscos Longobardosque. Eodem anno cœptum in Africa bellum, duce hostium Tacfarinate Numidâ, repressit Furius Camillus Proconsul, & ob id donatus est triumphalibus ornamentis.

Archelaus Cappadociæ rex moritur.

Iis Coss. Livius Patavinus mortuus est. Ætat. 75 Hieronym. in Chron. Item Ovidius Poeta apud Tomos ætatis anno 60.

A. M. 4022. Ol. 199. 2. vel 1. def. Imperii Tiberii 5. ex 19. die Aug.

18.

R. C. 766. 769. C. Coss. { Tiberius Cæsar Augustus III. } 770. F. M.
{ Germanicus Cæsar II. } 771. V.

Iis Coss. abdicantibus suffecti sunt L. Sejus Tubero, & Rubellius Blandus. Germanicus profectus in Orientem, Armenis regem dedit Zenonem cognomina-

An: Ch. tum Artaxiam, amoto Vonone. Cappadociæ provinciæ factæ legatum præfecit Q. Veranium: Comagenis ad jus Prætoris translatis præposuit Q. Servæum.

A. M. 4023. Ol. 199. 3. vel 2. def. Imperii Tiberii 6. ex 19. die Aug.

19. R. C. 767. 770. C. Coss. { M. Junius Silanus. 771. F. M. / L. Norbanus Flaccus Balbus. 772. V.

Iis Coss. Germanicus Ægyptum profectus est, cognoscendæ antiquitatis: sed cura Provinciæ prætendebatur. Alexandriam autem introiit, non sponte principis, contra instituta Augusti: quod Tiberius acerrime increpuit. Interea Drusus haud leve decus acquisivit illiciens Germanos ad intestinas discordias: quibus Maroboduus & mox Catualda ad Tiberium confugere coacti sunt. Arminius vero paulo postea dolo propinquorum interfectus est. Similibus artibus Rhescuporis rex Thraciæ, prodito & interfecto Cotye, etiam ipse captus & Romam pertractus est. Cæterum Germanicus in Syriam rediens, dolo Pisonis, ut creditum, veneno extinctus est. Iisdem Coss. actum est de Sacris Ægyptiis, Judaicisque Italiâ pellendis: utque eâ superstitione infecti partim in Sardiniam amandarentur, cæteri discederent, nisi certum ante diem, profanos (ut apellebantur) ritus exuissent.

Germanicus dolo Pisonis extinctus.

A. M. 4024. Ol. 199. 4. vel 3. def. Imperii Tiberii 7. ex 19. die Augusti.

20. R. C. 768. 771. C. Coss. { M. Valerius Messalla. 772. F. M. / M. Aurelius Cotta. 773. V.

Iis Cos. ex Germaniâ Drusus ovans urbem ingressus est. Germanici autem (cui etiam ovatio ex Armeniâ decreta erat) funus Comæ magno luctu ductum est. Piso Romam reversus veneficii, in Germanicum exerciti postulatus se interemit. In Africâ vero Tacfarinas bellum renovavit: quem iterum prælio, sed non bello vicit L. Apronius. Iisdem Coss. P. Quinctinius uxorem

Piso veneficii postulatus seipso interimit.

uxorem Æmiliam Lepidam, quam cum ante annos viginti duxerat & repudiaverat, novis criminibus oneratam, ut aquâ & igni arceretur effecit. *Eisdem Coss.* An: Ch.

Ser. Sulpicius Galba Imperator n. Oss. Suet. in Galba.

A. M. 4025. Ol. 200. 1. vel 199. 4. def. Imperii Tiberii 8. ex 19. die Augusti.

R. C. 769. 772. C. Coss. { Tiberius Cæsar Augustus IV. } 773. F. M. { Drusus Cæsar Tib. Aug. filius. } 774. V. 21.

Tiberius Kal. Aprilis abdicavit: eoque in Campaniam concedente, Drusus munia Consulatus solus implevit: contra Tacfarinatem denuo turbantem Africam mittendus Proconsul favore Sejani avunculi delectus est Junius Blæsus. Thraces, sub Rhœmetalce & Trebellieno Rufo tutore liberorum Cotyis, tumultuantes compescuit P. Velleius. Gallos ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptantes, exstimulatoribus Julio Floro, & Julio Sacrovire, illis ad inferendam sibi necem adactis, coercuerunt Acilius Aviola & C. Silius, potissimis legionum Germanicarum auxiliis. Iisdem Coss. mortuus est P. Sulpicius Quirinius qui bis censum in Syriâ & Judæâ, nempe secundo & tertio Augusti censum egerat. *Quirinius moritur.*

A. M. 4026. Ol. 200. 2. vel 1. def. Imperii Tiberii 9. ex 19. die Augusti.

R. C. 770. 773. C. Coss. { Dec. Haterius Agrippa. } 774. F. M. { C. Sulpicius Galba. } 775. V. 22.

Iis Coss. (quibus Kal. Jul. suffecti sunt M. Cocceius Nerva, & C. Vibius Rufinus) Tiberius Augustus Druso Cæsari filio Tribunitiam potestatem concessit; qua occasione M. Silanus ineptæ & contumeliosæ Consulatui notatus est adulationis, quod in Senatu pro sententiâ dixisset, ut publicis privatisque monumentis, ad memoriam temporum, non Consulum nomina præscriberentur, sed eorum qui Tribunitiam potestatem gererent. Asylorum Græcanicorum facta est lustratio. Junius Blæsus proturbato Tacfarinate Imperator à militibus *M. Silani adulatio.*

litibus prisco more & intellectu, & quidem omnium postremus consalutatus est: atque etiam triumphi insignibus decoratus.

A. M. 4027. Ol. 200. 3. vel 2. def. Imperii Tiberii 10. ex 19. die Augusti.

23. R. C. 771. 774. C. Coss. { C. Asinius Pollio. } 775. F. M.
{ C. Antistius Vetus. } 776. V.

Drusus Tib. f. veneno extinctus.

Iis Coss. Drusus Cæsar Tiberii filius, veneno extinctus est, scelere uxoris suæ adulteratæ, & Sejani adulteri. Histriones Senatusconsulto pulsi sunt Italiâ.

A. M. 4028. Ol. 200. 4. vel 3. def. Imperii Tiberii 11. ex 19. die Augusti.

24. R. C. 772. 775. C. Coss. { Ser. Cornelius Cethegus. } 776. F. M.
{ L. Visellius Varro. } 777. V.

Iis Coss. demum bello Africano Tacfarinatis, cæso ipso, finem posuit P. Cornelius Dolobella: cui ob id petenti triumphalia abnuit Tiberius: sed regi Ptolemæo Jubæ filio qui opem tulerat, ex vetusto more munera missa sunt. In Italiâ servilem tumultum T. Curtisio quodam autore, glisscentem oppressit Curtius Lupus atque Statius tribunus.

A. M. 4029. Ol. 201. 1. 204. 4. def. Imperii Tiberii 12. ex 19. die Augusti.

25. R. C. 773. 776. C. Coss. { Cossus Cornelius Lentulus. } 777. F. M.
{ M. Asinius Agrippa. } 778. V.

Cremutius Cordus historicus.

Iis Coss. Cremutius Cordus Historicus, ob laudatos scriptis M. Brutum & C. Cassium quem Romanorum ultimum dixerat, libris ejus igni adjudicatis, ipse ad vitam abstinentiâ finiendam adactus est. Cyziceni ob injuriam cæremoniarum Augusti, & violentiam adversum quosdam Romanorum civium amiserunt libertatem. Sejanus licentiam ducendi uxorem Liviam, primum Caii Cæsaris, deinde Drusi à se adulteratam, petens à Tiberio, repulsam passus est. Indeque augen-

Sejanus Liviæ nuptias ambit.

dæ

dæ potentiæ suæ Tiberium occultis artibus ad Romam relinquendam pellicere instituit. *An. Ch.*

A. M. 4030. Ol. 201. vel 1. def. Imperii Tiberii 13. ex 19. die Augusti.

R. C. 774. 777. C. Coss. { C. Calvisius Sabinus. } 778. F. M. / Cn. Cornelius Lentulus Getulicus. } 779. V. 26.

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. Q. Marcius Barea & T. Rustius Nummius Gallus. Iis Coss. decreta sunt triumphi insignia C. Poppæo Sabino, contusis Thracum gentibus qui montium editis inclusi, atque eo ferocius agitarunt. Undecim civitatibus certantibus de prærogativâ statuendi Templi Augusto, Smyrna Senatusconsulto prælata est. Tiberius sive Sejani artibus, sive sævitiæ ac libidinis suæ occultandæ causâ, sive deformi corporis habitu & facici, sive matris nimis potentis impotentiâ extrusus, Româ excessit, nunquam in urbem rediturus: quod quum tanquam fatale à peritis cœlestium prædictum ferretur, exitii causa multis fuit, properum vitæ finem conjectantibus. *Tib. Româ discedit.*

A. M. 4031. Ol. 201. 3. vel 2. def. Imperii Tiberii 14. ex 19. die Augusti.

R. C. 775. 778. C. Coss. { M. Licinius Crassus. } 779. F. M. / L. Calpurnius Piso. } 780. V. 27.

Iis Coss. cœpti apud Fidenam amphitheatri lapsu quinquaginta millia hominum debilitata vel obtrita sunt. Romæ quoque mons Cælius ignis violentiâ deustus est. Interea Tiberius, Capreis, insulâ in orâ Campaniæ, infando ipsius luxus & arcanis libidinibus, opportunâ, se abdidit. *Tib. Caprois se abdit.*

Ann. Chr. A. M. 4032. Ol. 201. 4. vel 3. def. Imperii Tiberii 15. ex 19. die Augusti.

28. R. C. 776. 779. C. Coss. { Ap. Junius Silanus. 780. P. M. / P. Silius Nerva. 781. V.

Iis Coss. Titius Sabinus amicus domui Germanici, à Sejani asseclis miserabili fraude circumventus interiit. Julia Juliæ filia, Augusti neptis in diuturno exilio mortua est. Frisios Transrhenanum populum Romanâ avaritiâ pacem exuentes, L. Apronius inferioris Germaniæ Proprætor reprimere tentavit parum prospere. Cn. Domitius aviam Octaviam & per eam Augustum avunculum præferens, uxorem à Tiberio traditam accepit Agrippinam Germanici & Agrippinæ filiam.

Julia Julia f. Augusti neptis in exilio moritur

Cn. Domitius Agrippinam jun. ducit.

A. M. 4033. Ol. 202. 1. vel 4. def. Imperii Tiberii 16. ex 19. die Augusti.

29. Ev. 1. R. C. 777. 780. C. Coss. { C. Rubellius Geminus. 781. F. M. / C. Fusius Geminus. 782. V.

Fusius apud Dionem appellatur Fufius per f medio dictionis pariter ac initio. Kal. Jul. suffecti sunt Coss. Q. Pomponius Secundus & M. Sanguinius Maximus. Iis Coss. Livia Julia Augusta, Tiberii Imperatoris mater, mortem obiit, ætate extremâ: nobilitatis per Claudiam familiam, & adoptione Liviorum Juliorumque clarissimæ. Ex eo autem prærupta & vergens dominatio Tiberii & Sejani velut frenis exolutorum: è vestigio Agrippinâ & Nerone Germanici viduâ & filio natu maximo in crimen & discrimen capitum tractis operâ Sejani; cujus inde immane crevit potentia. Porro iisdem Coss. factum est principium Evangelii, cœpti promulgari in Judæâ à Joanne Baptistâ Zachariæ Sacerdotis filio, præcursore Domini Jesu Christi, Pontio Pilato Judææ Præside; Herode autem Antipâ, Herodis magni filio, Antipatri nepote, Tetrarchâ Galilææ;

Livia Augusta Tib. mater mortem obit.

Agrippina Germanici vidua, & Nero f. natu m. in discrimen capitum trahuntur.

ac

ac Philippo ejus fratre, Tetrarchâ Iturææ, è Trachonitidis regionis, & Abilenæ quæ dicta est Lysaniæ.

An: Ch. Principium Evangelii.

A. M 4034. Ol. 202. 2. vel 1. des. Imperii Tiberii 17. ex 19. die Augusti.

Ev. 2. R. C. 778. 781. C. Coss. { M. Vinicius Quartinus. } 782. F. M. / { C. Cassius Longinus. } 783. V. 30.

Iis Coss. quantum colligere licet ex Tacito deinceps per biennium mutilo, Agrippina & Nero Germanici, artibus Sejani damnati sunt. Cæterum ad eosdem usque Consules perscripsit, & Vinicio Consuli inscripsit perelegans Romanæ historiæ compendium, quanquam & ipsum magnâ sui parte mutilum, C. Velleius Paterculus.

Agrippina & Nero damnati. vel. Paterculus scripsit.

A. M. 4035. Ol. 202. 3. vel 2. des. Imperii Tiberii 18. ex 19. die Augusti.

Ev. 3. R. C. 779. 782. C. Coss. { Tiberius Cæsar Augustus V. } 783. F. M. / { L. Ælius Sejanus. } 784. V. 31.

Tiberius Sejanum altero anni mense collegam sibi assumsit. Idibus autem Maiis suffecti sunt Coss. C. Memmius Regulus & Fulcinius Trio. Iis vero Coss. ille idem Sejanus, qui multis annis pronum ministrum & instigatorem sævitiæ libidinis Tiberii se præbuerat, quum pessimis artibus ad tantæ altitudinis fastigium ascendisset, ut summi imperii neutiquam potestas, sed tantummodo titulus ei deesse videretur: inopinato gravissimoque lapsu præcipitatus, ingentem necessitudinum stragem secum trahens, in miserrimum exitium ruit.

Sejanus in exitium ruit.

A. M. 4036. Ol. 202. 4. vel 3. des. Imperii Tiberii 19. ex 19. die Augusti.

Ev. 4. R. C. 780. 783. C. Coss. { Cn. Domitius Ahenobarbus. } 784. F. M. / { A. Vitellius. } 785. V. 32.

In Vitellii, circa initium magistratus mortui, locum Consul factus est M. Furius Camillus Scribonianus.

Iis

Iis Coss. Tiberius Sejani metu liberatus, in secessu Capreensi monstrosis libidinibus & sceleribus se prorsus mancipavit: neque modum statuens sævitiæ in reos majestatis, præsertim ob amicitiam Sejani; quam nihilominus liberâ & disertâ oratione, culpâ oblique in ipsum Imperatorem translatâ, excusavit Eques M. Terentius. L. Piso præfectus urbis mortuus est, postquam munus illud sustinuisset viginti annis. Liber Sibyllinorum oraculorum nove repertus, à Quindecimviris in veterum Canonem relatus est. Gravitate annonæ Romæ juxta seditionem ventum.

Cæterum iisdem Coss. incepto XIX. anno imperii, Tiberii, autumni tempestate, juxta Cronologiam nostram, Jesus Christus Dei filius & Dominus noster, transacto majori ex parte anno ætatis suæ tricesimo, à Joanne Baptistâ in Jordanę fluvio Judææ, baptizatus, suscepit triplex illud ministerium officium & munus, nempe Propheticum, Sacerdotale, ac Regium; cui fungendo ante mundi initium, à Deo destinatus erat, & in plenitudine temporum humanam carnem assumserat.

Jesus Xtus baptizatus.

A.M. 4037. Ol. 203 1. vel 202 4. del. Imperii Tiberii 20. ex 19. die Augusti.

Ev. 5. R. C. 781. 784. C. Coss. { Ser. Sulpicius Galba. } 785. F. M. / { L. Cornelius Sulla. } 786. V.

33.

Galbæ, Kal. Jul. suffectus est Consul L. Salvius Otho. Iis Coss. usuræ Tiberii ope aliquantum re pressæ. Inde jussu ejusdem cuncti qui carcere attinebantur, accusati societatis cum Sejano, necati. Jacuit immensa strages: omnis sexus, omnis ætas; illustres, ignobiles. C. Cæsar filius Germanici uxorem accepit Claudiam M. Silani filiam, demissime adulatus Tiberio, tantoque optimum servum se exhibuit, quanto pessimus dominus postea evasit. Etiam Tiberius, uti refert Tacitus, prædixit Galbam eo anno consulem quandoque degustaturum imperium. Iisdem Coss. Drusus Germanici filius inediâ extinctus est: itemque Agrippina

C. Cæsar f. Germanici ducit Claudiã M. Silani f.

Drusus Germanici f. & Agrippina ejus mater inedia extincti.

Agrippina ejus mater. Ælius Lamia urbis præfectus mortuus est. *An: Ch?*

A. M. 4038. Ol. 203. 2. vel 1. def. Imperii Tiberii 21. ex 19. die Augusti.

Ev. 6. R. C. 782. 785. C. Coss. { L. Vitellius. / Paullus Fabius Persicus. } 785. F. M. / 787. V. 34.

Iis Coss. uti refert Tacitus, post longum seculorum ambitum, Phœnix avis in Ægyptum venit; præbuitque materiam doctissimis indigenarum & Græcorum, multa super eo miraculo differendi. Lentulus Getulicus, qui superioris Germaniæ legiones curabat, postulatus majestatis, quod Sejani filium generum destinasset; literis ad Tiberium datis fiduciæ plenis, quibus aiebat se successorem non aliter quam indicium mortis accepturum; ideoque petivit ut firmarent fœdus, quo princeps ceterarum rerum potiretur, ipse provinciam retineret; unus omnium Sejani affinium mansit incolumis. *Phœnix visum in Ægypt* *Lentulus Getulicus.*

A. M. 4039. Ol. 203. 3. vel 2. def. Imperii Tiberii 22. ex 19. die Augusti.

Ev. 7. R. C. 783. 786. C. Coss. { C. Cestius Gallus Camerinus. / M. Servilius Rufus Novianus. } 787. F. M. / 788. V. 35.

Iiis Coss. nobilibus Parthis Romam venientibus, regemque contra Artabanum petentibus, dedit Tiberius primum Phraaten Phraatis filium; deinde, eo in Syriâ absumpto morbo, Teridatem sanguinis ejusdem; delecto etiam Mithridate Hibero recuperandæ Armeniæ, quam Artabanus occuparat: ac cunctis quæ apud Orientem parabantur præfecto L. Vitellio. Inde Orodes Artabani filius ab Hiberis bello victus, & Parthi Armeniam omittere coacti. Postea etiam ipse Artabanus regno suo pulsus, & Teridates in regnum Parthicum à Vitellio inductus est. *Artabano pulso Teridates in regnum Parthicum inductus est.*

A. M. 4040. Ol. 203. 4. vel 3. def. Imperii Tiberii 23. ex 19. die Augusti.

36. Ev. 8. R. C. 784. 787. C. Coss. { Q. Plautius Lælianus. } 788. F. M. { Sex. Papinius Galienus. } 789. V.

Kal. Jul. suffectus est Consul P. Petronius. Iis Coss. (quibus juxta Chronologiam nostram, Dominus Jesus Christus crucifixus, è mortuis resurrexit redivivus ipsis Kalend. Aprilis) Clitas Cappadoces, qui Archelao regi deferre census & tributa Romanum in modum adigenti rebellantes, in juga Tauri montis abscesserant, duosque colles insederant, M. Trebellius legatus Vitellii præsidis Syriæ ferro & siti ad deditionem coegit. Artabanus regnum Parthicum recuperavit, repulso Teridate. Româ gravi igne adfectâ, Tiberius suis impensis magnifice damnum resarcivit. Cæterum Dion eo anno Phœnicem avem in Ægypto conspectam esse refert. Fortasse vero quum primum visa esset ante biennium, tunc conspici desiit: nempe eodem ipso anno quo verus Phœnix ille unicus Dei filius Jesus Christus relictis terris, de devictis Diabolo, peccato, & morte triumphans, cœlestem patriam repetiit.

A. M. 4041. Ol. 204. 1. vel 203. 4. def. Imperii Tiberii 23. & ultim.

37. Ev. 9. R. C. 785. 788. C. Coss. { Cn. Acerronius Proculus: } 789. F. M. { C. Pontius Nigrinus. } 790. V.

Iis Coss. Tiberius consilium de successore, cui impar erat, fato permittens, jactis tamen vocibus per quas intelligeretur providus futurorum; & quamlibet gravescente valetudine, nihil è libidinibus aut sævitiâ omittens: apud Promontorium Miseni in villâ quondam L. Luculli, die XVI. Martii sive XVII. Kal. Aprilis, quum defeciisset; mox redeunte animâ, jussu Macronis, qui Sejani loco erat præfectus prætorio, multæ vestis injectu oppressus & derelictus, vitam finivit; anno ætatis septuagesimo octavo, imperii vicesimo tertio paulo plus quam medio. Tiberio autem in imperio

perio succeſſit eodem die XVI. Martii Cajus Cæſar è caſtrenſi caligâ cognominatus Caligula, Germanici filius: moxque irritam fecit ſupremam Tiberii voluntatem, qui teſtamento alterum nepotem ſuum ex filio Druſo, & ipſum dictum Tiberium, prætextatum adhuc imperii cohæredem ei dederat; & hiſtriones reduxit. Agrippam autem Herodis ex Ariſtobulo filio nepotem, à Tiberio moriente in vinculis relictum, mox regem appellavit. Kal. autem Julii ejuſdem anni, uti refert Dion, non Januarii ut Suetonius, inivit conſulatum Collegâ Tiberio Claudio Druſo, Druſi majoris filio, patruo ſuo. Inde vero Tiberium egreſſum ex Ephebis, principem juventutis appellavit, ac in filium adoptavit; atque mox, quaſi mortem ſuam optaſſet, interfecit.

Ar: Ch.

C. Cæſar Caligula.

Agrippam Herodis ex Ariſtobulo f. nepotem regem appellat.

Tiberium Druſi f. Tib. Imperatoris nepotem adopt. mox interfic.

A. M. 4042. Ol. 204. 2. vel 1. def. Imperii Caii 2. ex 16. die Martii.

Ev. 10. R. C. 786. 789. C. Coſſ. {M. Aquillius Julianus. 796. F. M. / P. Nonius Aſprenas. 791. V.

38.

Iis Coſſ. quos alii poſtponunt conſulibus anni ſequentis, Caius centeſimæ vectigal ſuſtulit. Macronem cujus potiſſima operâ imperium conſecutus erat, ejuſque uxorem Enniam ab ipſo, poſt mortem Claudiæ traditam ſibi uſu/ariam ad mortem adegit. Soæmo Arabum Ituræorum regnum; Cotyi Armeniam minorem, ac deinde nonnullas Arabiæ partes, Rhymetalci Cotyis ditionem, Polemoni Polemonis filio paternum regnum tribuit.

A. M. 4043. Ol. 204. 3. vel 2. def. Imperii Caii 3. ex 16. die Martii.

Ev. 11. R. C. 787. 790. C. Coſſ. {Caius Cæſar Auguſtus II. 791. F. M. / L. Apronius Cæſianus. 792. V.

39.

Caio abdicanti pridie Kal. Feb. ſuffectus eſt Sabinius Maximus, præfectus urbis; Apronio, Kal. Jul. Cn. Domitius Corbulo. Atque iis ambobus, nonis

Septemb. Sex. Domitius Afer, & Q. Curtius Rufus. Iis Coss. Caius iratus populo R. unicam omnibus cervicem optavit: ac velut imperio ebrius, cuidam equo suo aureis vasibus cibato consulatum promisit. Majestatis legem initio principatus sui sublatam restituit. Ponte injecto mari inter Puteolos & Baulos, ovavit per mare equo vectus, paratoque in noctem insequentem epulo, multos ignes incendit in ponte & vicinis montibus, ut sicut mare in terram, ita noctem in diem convertisse videretur. Africam metu L. Pisonis præsidis in duas provincias divisit. Inanem nisi ad corrodendas pecunias expeditionē in Galliam suscepit, in Britanniam simulavit. Agrippam Judæum & Antiochum Comagenum reges circum se habere ferebatur, qui ipsum ad tyrannidem instruerent. Circa idem vero tempus Herodis Antipæ Galilæi in Galliam relegati tetrarchiam adjecit regno Agrippæ.

Caius ovat p mare equo vectus.

Caii inanis in Galliam expeditio.

Herodis Antipa in Galliam relegati tetrarchiam adjicit Agrippæ.

A. M. 4044. Ol. 204. 4. vel 3. def. Imperii Caii 4. ex 16. die Martii.

40. Ev. 12. R. C. 788. 791. C. Coss. { Caius Cæsar Augustus III. / Sine Collega. } 792. F. M. 793. V.

Caio sine collegâ abdicanti pridie idus Januar. suffecti sunt Coss. L. Gellius Poplicola, & M. Cocceius Nerva. Iisque Kal. Jul. Sex. Junius Celer, & Sex. Nonius Quinctilianus. Iis Coss. Caius regem Ptolemæum Jubæ filium, cognatum suum necavit. Profectus ad Oceanum Germanicum, tanquam bellum in Britanniam translaturus, quum signum pugnæ militibus dedisset, classicumque canere jussisset, confestim mandavit ut conchylia legerent: iisque velut spoliis elatus, ovans urbem, natali suo, pridie Kal. Septembris ingressus est. Inde autem pro Deo se gerens, adeoque omnia transformans se in miracula Divum, non modò statuam in Templo Hierosolymitano sibi erigi jussit; sed etiam Jovis Olympii simulacrum mutato capite, atque Capitolini Templum usurpare instituit.

Caius Ptolomæum Jubæ fil. necat.

Atque

An: Ch.

Atque ita vehementi insaniâ correptus est, ut & se sui sacerdotem constitueret, & equum suum collegam in eodem sacerdotio adsciscceret.

A. M. 4045. Ol. 205. 1. vel 204. 4. def. Imperii Caii 4. & ultimi.

41.

Ev. 13. R. C. 789. 792. C. Coss. { Caius Cæsar Augustus IV. } 793. F. M. { Cn. Sentius Saturninus. } 794. V.

Caio abdicanti ad septimas Idus Januarii suffectus est Consul Q. Pomponius Secundus II. Iis Consulibus sub initium propositi anni naturalis mundi & Evangelii, die 24. Januarii, sive 9. Kal. Februarii, Caius Caligula Imperator à Cassio Chæreâ interfectus, postquam imperaverat annos fere quatuor, reipsâ comperit se non esse Deum. Caio autem in imperio successit eodem die XXIV. Januarii Tib. Claudius Drusi filius, Caii Patruus. Kal. autem Julii creditur suffectus esse Consul Venustus. Cæterum initio Imperii Claudius Judæos, quorum magnus numerus Romæ denuo creverat, non quidem exegit urbe; verum patriis ritibus utentes non passus est convenire. Antiocho Comagenem à Caio ablatam restituit. Mithridatem Iberum in regnum remisit. Mithridati alii è posteris illius magni, Bosporum largitus est, Polemoni, pro eo, parte Ciliciæ datâ. Agrippæ Palæstino sive Judæo, qui se in potiundo Principatu adjuverat, regnum auxit, nimirum concesso ei quantum erat Herodis magni avi ejus; ac Herodi ipsius fratri Prætoriam dignitatem, & Dynastiam quandam, nempe Chalcidis Syriæ regnum, dedit. Circa id tempus propter Chattos à Ser. Sulpicio Galbâ, & Maurusios à P. Gabinio secundo devictos, Claudius bis Imperator antiquo more salutatus est. Sed & Triumphales ei honores decreti propter res prospere gestas à legatis suis C. Suetonio Paulino, & Cn. Sidio Geta in Mauritania; quam subactam in duas provincias Tingitanam & Cæsariensem divisit. Circa idem tempus, præter dictos quatuor legatos M. Licinius Crassus Frugi triumphalia ornamenta adeptus est.

Caius Imp. à Cassio Char. interfectus, Jan. 24.

Tib. Claudi Drusi f. Caii patruus imperare capi

Agrippæ Palæstino regnum aug it.

An: Ch. A. M. 4046. Ol. 205. 2. vel 1. def. Imperii Claudii ſecundi, ex 24. die Jan.

42. Ev. 14. R. C. 790. 793. C. Coſſ. { Tiberius Claudius Auguſtus II. 794. F. M. / C. Licinius Cæcina Largus. 795. V.

Claudio pridie Kal. Martii abdicanti ſuffectus eſt Coſſ. C. Vibius Criſpus. His Coſſ. exortæ ingentis famis occaſione Claudius portum in oſtiis Tiberis commeatibus opportunum, Romanâque potentiâ & Imperatoriâ magnificentiâ dignum conſtrui curavit. Interim natus eſt ei ex Meſſallina uxore filius poſtea dictus Britannicus. Muneribus gladiatoriis immaniter delectatus eſt. Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ Præfectus, ab Annio Viniciano inſtigatus, ad affectandum Imperium, intra paucos dies ad necem adactus eſt.

Dira fames. Claudius portum in oſtiis Tiberis ſtruit. Britannicus ex Meſſalina naſcitur.

A. M. 4047. Ol. 205. 3. vel 2. def. Imperii Claudii tertii, ex 24. die Jan.

43. Ev. 15. R. C. 791. 794 C. Coſſ. { Tiberius Claudius Auguſtus III. 794. F. M. / L. Vitellius II. 796 V.

Claudio rurſus abdicanti pridie Kal. Martii ſuffectus eſt Coſſ. P. Valerius Aſiaticus. His Coſſ. Claudius multas ferias abrogavit. Lycios, ob cædem quorundam civium Romanorum in tumultu, ademptâ libertate, Pamphyliæ provinciæ adjecit. Inde præmiſſo A. Plautio, mox ipſe Imperator Claudius ſuſcepit expeditionem in Britanniam. Ubi devictis Catarataco & Togodumno Regulis, partem Inſulæ, cum Camaloduno Cynobellini regia, redactam in poteſtatem provinciæ forma regendam, & reliquam ſubigendam, Plautio mandavit; actiſque in Inſula diebus omnino ſedecem Romam reverſus eſt.

Claudii expeditio in Britanniam.

A. M.

An: Ch:

A. M. 4048. Ol. 205. 4. vel 3. def. Imperii Claudii quarti, ex 24. die Jan.

Ev. 16. R. C. 792. 795. C. Coss. { C. Vibius Crispus II. 796. F. M. / T. Statilius Taurus. } 797. V. 44.

His Coss. Claudius Imperator ex Britannia Romam reversus triumphum egit de subjugatis Britannis, & rege Catarataco. Idemque triumphalia ornamenta concessit legatis suis qui eodem bello Britannico prospere res gesserant, M. Licinio Crasso Frugi iterum & C. Valerio Asiatico, & L. Junio Silano, & T. Flavio Vespasiano, & C. Sidio Getæ; atque Rufrio Pollioni Propretori & Cornelio Laconi Præfecto Prætorio; his autem duobus insuper imagines, ac sedes inter Senatores concessit; sed & ludos triumphales edidit. Deinde M. Julium Cottium, paterno principatu Alpium cognominum adaucto, regem appellavit. Rhodios vero libertate privavit, quod quosdam cives Romanos in crucem sustulissent. *Rhodii libor. tulo privati.*

A. M. 4049. Ol. 206. 1. vel 205. 4. def. Imperii Claudii 5. ex 24. die Jan.

Ev. 17. R. C. 793. 796. C. Coss. { M. Vicinius Quartinus II. 797. F. M. / T. Statilius Messalla Corvinus. } 798. V. 45.

Kal. Julii suffecti sunt Coss. M. Cluvius Rufus, & Pompeius Silvanus. His Coss. Claudius solis defectum, Kalendis Augusti, natali suo futurum, edicto præmonuit; additâ ejus magnitudine, causisque naturalibus ob quas necessario eventurus esset; ne ominosus videretur, & alicujus tumultus occasio existeret. *Solis defectus Cal. Augusti natali suo futurum præmonuit.*

A. M. 4050. Ol. 206. 2. vel 1. def. Imperii Claudii sexto, ex 24. die Jan.

Ev. 18. R. C. 794. 797. C. Coss. { P. Valerius Asiaticus II. 798. F. M. / M. Junius Silanus. } 799. V. 46.

Kal. Junii suffecti sunt Coss. Velleius Rufus & P. Ostorius Scapula. Claudius Imperator alioqui compluru

An: Ch: ra non modo boni ſed & prudentis Principis ſpecimina edens, in eo maxime ab aliis ludibrio, aliis commiſerationi habitus eſt, quod mancipium fieret libertorum ſuorum, ac præſertim uxoris ſuæ famoſiſſimæ & impudentiſſimæ adulteræ Meſſallinæ: quæ adeo aperte & in os ei illuderet, ut Mneſterem hiſtrionem & alios quos cuperet adulteros, quaſi ipſius juſſu, in omnibus, ideoque etiam in adulterio veluti conſcio & permittente ipſo, morem ſibi gerentes haberet.

Meſſalina adultoria.

A. M. 4051. Ol. 206. 3. vel 2. def. Imperii Claudii ſeptimo, ex 24. die Jan.

47. Ev. 19. R. C. 795. 798. C. Coſſ. { Tib. Claudius Auguſtus IV. / L. Vitellius III. } 799. F. M. 800. V.

Claudio Kal. Martii ſuffectus eſt Conſul Tib. Plautius Silvanus Aelianus. Iis Coſſ. parva inſula in mari apud Theram enata eſt. In Britannia Flavium Veſpaſianum patrem ab hoſtibus circumventum Titus filius præſentiſſimo periculo eripuit. A. Plautius Silvanus ex Britannia ovans urbem ingreſſus eſt: cui obviam progreſſus Imperator Claudius, in Capitolium aſcendenti, indeque revertenti latus texit. Dion Libro LX. eum triumphaſſe refert. Qui hinc mutilus, in exceſſu Claudii prorſus deficit. Viciſſim vero Tacitus ab exceſſu Tiberii deficiens, hinc rurſus extat. Iiſdem Coſſ. Cn. Domitius Corbulo de Chaucis Germanis, & Q. *2. Curtius Ruf.* Curtius Rufus triumphalia ornamenta adepti ſunt. Cheruſcis regem Româ petentibus datus eſt Italus oriundus fratre Arminii. Mithridates Iberus Armeniæ regnum recepit, Parthis Gotarze, qui necem fratri Artabano præparaverat, & Bardane de regno decertantibus. Mortuo autem Bardane, contra Gotarzem à pleriſque receptum, quidam Parthorum Meherdatem prolem Phraatis, obſidem Româ petiverunt. Porro eodem anno urbis conditæ octingenteſimo juxta calcu-

Ludi Seculares. lum Varronianum, Ludos ſeculares celebravit Claudius. Ac circa idem tempus tanquam Cenſor cum L. Vitel-

lio

lio collegâ, censum egit, Lustrumque fecit LXXIV. idemque tres novas literas Latino Alphabeto addidit: quæ usui imperitante eo, post obliteratæ sunt. *An: Ch. Lustrum.*

A. M. 4052. Ol. 206. 4. vel 3. def. Imperii Claudii 8. ex 24. die Jan.

Ev. 20. R. C. 796. 799. C. Coss. { A Vitellius. 800. F. M. / L. Viplanius Poplicola. 801. V. } 48.

Kal. Januarii suffecti sunt Coss. L. Vitellius & C. Calpurnius Piso. Iis Coss. Primores Galliæ Comatæ jus adipiscendorum in urbe honorum expetiverunt: primique Edui Senatorum jus adepti sunt. Etiam in numerum Patriciorum à Claudio Imperatore ac Censore asciti vetustissimus quisque è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Peracto vero Censu, conditoque Lustro, Claudius adactus est noscere ac punire flagitia uxoris suæ Messalinæ: quæ (vix dictu credibile) Romæ C. Silio adultero designato Consuli, palam nubere ausa erat: ac potissima Narcissi liberti operâ, vix demum cum adulterorum grege interfecta est. *Messalina cum C. Silio &c. interficitur.*

A. M. 4053. Ol. 207. 1. vel 206. 4. def. Imperii Claudii nono, ex 24. die Jan.

Ev. 21. R. C. 797. 800. C. Coss. { C. Pompeius Longinus Gallus. 801. F. M. / Q. Verannius. 802. V. } 49.

Kal. Julii suffectus est Consul Memmius Pollio. Iis Coss. testatur Solinus, capite secundo Polyhistoris, anno urbis 801. (nimirum juxta Fastos Marmoreos) Olymp. 207. actis publicis notatam esse. His Coss. Claudius Juliam Agrippinam fratris Germanici filiam incestis nuptiis uxorem sibi exitialem duxit; quæ mox Annæum Senecam ab exilio revocatum, studiis literarum clarum, dedit Magistrum filio suo Domitio; huic quoque desponsatâ Octaviâ Claudii filiâ. Meherdates Claudii jussu à C. Cassio Syriæ Præside in regnum Parthicum inductus; ab Ezate Adiabeno & Abbaro Arabum Rege desertus, à Gotarze victus captus- *Claudius Juliam Agrippinam fratris Germanici f. ducit.*

que & auribus mutilatus est. Mithradates Bosphoranus rebellis, regnum quod amiserat recuperare tentans denuo victus, & ad deditionem coactus est. Iisdem vero Coss. ut refert Tacitus Annalium duodecimo, Ituræi & Judæi, defunctis regibus Sohemo atque Agrippâ, provinciæ Syriæ additi. Pomœrium urbis Romæ à Claudio auctum est.

A. M. 4054. Ol. 207. 2. vel 1. def. Imperii Claudii decimo, ex 24. die Jan.

50. Ev. 22. R. C. 798. 801. C. Coss. { C. Antistius Vetus. } 802. F. M. { M. Suilius Nerulinus. } 803. V.

Iis Coss. Claudius contra gentis suæ Claudiæ morem, in qua nulla antea reperta erat adoptio, adoptavit Domitium Agrippinæ filium in Claudiam familiam, & nomen Neronis. Agrippina autem in oppidum Ubiorum (ubigenita erat) deduci imperavit Coloniam Agrippinam. De Cattis devictis & ad obsides dandos coactis triumphalia ornamenta adeptus est L. Pomponius secundus, Poeta eximius. Vannio rege Suevis à Druso Cæsare olim posito, jam pulso, regnum ejus partito occuparunt Vangio ac Sido. Ob Britannos devictos, regemque Cataratacum, sive Caractacum victum captumque, & in vinculis Romam missum, postquam ad nonum usque annum bello Romanis restiterat; triumphi insignia decreta sunt P. Ostorio Scapulæ Britanniæ Proprætori: qui deinde minus prosperis successibus usus, tædio curarum in provinciâ mortuus est.

Claudius Domitium Agrippina f. adoptat.

P. Ostorio Scapula Britanniæ proprætori triumphalia insignia decreta.

A. M. 4055. Ol. 207. 3. vel 2. def. Imperii Claudii 11. ex 24. die Jan.

51. Ev. 23. R. C. 799. 802. C. Coss. { Tib. Claudius Augustus V. } 803. F. M. { Ser. Cornelius Scipio Orfitus. } 804. V.

Kal. Julii suffecti sunt C. Minutius Fundanus, & C. Vet ennius Severus. Iis Coss. Domitio Neroni viriis t ga maturata est, & Consulatus designatus in vicesimum

Dominus Nero virilem togam sumit.

simum ætatis annum, interimque imperium Proconsulare extra Urbem, posthabito naturali Claudii filio Britannico. Cujus amicis amotis, Burrhus Agrippinæ operâ præficitur cohortibus Prætoriis. Frugum egestate & fame prodigiosa Romæ, Claudius jura reddens, turbidis plebis clamoribus foro pulsus est. Rhadamistum Pharasmanis regis Iberorum filium pulso captoque perfidiâ Romanorum, & occiso Mithradate patruo & fororis marito, regnum Armeniæ occupantem; vicissim, immisso fratre Teridate, pepulit Vologeses rex Parthorum.

A. M. 4056. Ol. 207. 4. vel 3. def. Imperii Claudii 12. ex 24. die Jan.

Ev. 24. R. C. 800. 803. C. Coss. { P. Cornelius Sylla Faustus. } 804. P. M.
{ L. Salvius Otho. } 805. V.

Kal. Julii suffecti sunt Coss. Servilius Barea Soranus, & M. Licinius Crassus Mucianus. Kal. Novembris L. Cornelius Sylla, & T. Flavius Sabinus Vespasianus. His Coss. de Mathematicis Italia pellendis factum est Senatusconsultum atrox & irritum. Forte & de Judæis eodem tempore, quo etiam in Judæâ motam seditionem occasione simultatum inter Ventidium Cumanum ei præpositum, & Antonium Felicem fratrem Pallantis præpotentis liberti in aula Claudii, Præfectum Samariæ, compescuit Imperatoris jussu Numidius (sive T. Vinidius) Quadratus Syriæ Præses, damnati Cumani præfecturam concedens Felici. Clitarum agrestium Cilicum motum composuit rex ejus oræ Antiochus, scilicet Comagenus. Claudius magnificum Naumachiæ spectaculum edidit in lacu Fucino, deinde emisso.

An: Ch

A. M. 4057. Ol. 208. 1. vel 207. 4. def. Imperii Claudii 13. ex 14. die Jan.

53. Ev. 25. R. C. 801. 804. C. Coss. { Dec. Junius Silanus. 805. P. M. / Q. Haterius Antoninus. 806. V.

Nero 16 annos natus Octaviam Claudii f. ducit.

His Coss. Nero XVI. annos natus Octaviam Claudii filiam in matrimonium accepit. Et ostentandæ eloquentiæ causâ suscepit causam Ilienſium omni publico munere solvendorum, utpote quibus oriundi fuerant Romani; aliasque populares. Rhodiis libertas denuo reddita est. Judicia Procuratorum provinciarum rata habita. Byzantinis magnitudinem onerum deprecantibus, & merita erga populum Romanum memorantibus, tributa in quinquennium remissa.

A. M. 4058. Ol. 208. 2. vel 1. def. Imperii Claudii 14. ex 24. die Jan.

54. Ev. 26. R. C. 802. 805. C. Coss. { M. Asinius Marcellus. 806. F. M. / Man. Acilius Aviola. 807. V.

Agrippina Locustæ veneficâ opâ Claudium Maritum & Patruum tollit, 13° Octobris.

His Coss. Agrippina, Locustæ mulieris Veneficæ operâ, per infusum delectabili cibo boletorum veneno, Claudium Imperatorem, maritum & patruum suum, adjuvante quoq; Xenophonte Coo, medico ejus, sustu'it, die XIII. sive III. idus Octobris; postquam imperaverat fere XIV. annos, posteaque scilicet in Divorum numerum curavit eum referri. Claudio autem eodem die XIII. Octobris in Imperio successit Nero Claudius Domitius, Cn. Domitio Ahenobarbo & Agrippinâ Germanici filiâ genitus, Claudii privignus & adoptivus filius & gener; excluso naturali illius filio Britannico. Eodem autem anno, neque ante mortem Claudii, vel in alterius Consulum ordinariorum demortui, uti significant Dion & Tacitus, vel alioqui Kal. Novembris sicut biennio antea, videtur suffectus esse Consul L. Anneus sive Junius Gallio: indeque initio sequentis anni missus Proconsul ad Achaiam provinciam administrandam. Neque enim ita favit Claudius

Nero Claudius Domitius Agrippinâ Germanici F. genitus Claudii privignus & adoptivus fil. & gener in Imperio succedit.

ejus

ejus fatri Senecæ, quanquam ad Agrippinæ petitionem revocato ab exilio, & dicaciora fuerunt utriusque in Claudium mortuum scommata, quam ut probabile sit alterutrum ullo alicujus momenti beneficio ab illo affectum esse. Gallio dixit Claudium quasi unco tractum esse in cœlum: Seneca vero scripsit de ejus Apotheosi librum, cui titulum fecit ἀποκολοκύντωσιν, quasi diceretur de immortalitate fungo partâ. An: Ch.

A. M. 4059. Ol. 208. 3. vel 2. def. Imperii Neronis 2. ex 13. die Octobris.

Ev. 27. R. C. 803. 806. C. Coss. { Imperator Nero Claudius Domitius } 807. F. M. / { L. Antistius Vetus. } 808. V. 55.

His Coss. Nero Imperator de Volegeso Parthorum rege, Armeniâ rursum abscedere, & obsides dare, à Domitio Corbulone Armeniæ, & Vinidio Quadrato Syriæ Præsidibus æmulis coacto, ovans urbem ingressus est. Idem ab uxore Octaviâ abhorrens, in amorem Actæ libertæ dilapsus, obsequium in matrem exuit, Senecæque scilicet Præceptori permisit. Pallantem, qui Agrippinæ nuptias Claudio conciliaverat, curâ rerum dimovit. Britannicum excedentem ex Ephebis prius construpatum veneno sustulit, Matris etiam interficiendæ avidus.

A. M. 4060. Ol. 208. 4. vel 3. def. Imperii Neronis 3. ex 13. die Octobris.

Ev. 28. R. C. 804. 807. C. Coss. { Q. Volusius Saturninus. } 808. F. M. / { P. Cornelius Scipio. } 809. V. 56.

His Coss. Nero fœdâ lasciviâ itinera urbis, & lupanaria, & diverticula, veste servili, noctu pererrabat, comitantibus qui raperent ad venditionem exposita, & obviis vulnera inferrent. Libertorum insolentia perstricta: Tribunorum plebis atque Ædilium potestas cohibita. Immutatâ Præfectorum ærarii, ut antea varie, forma. L. Volusius nonaginta tres annos natus egregiâ famâ decessit.

A. C. 57. A. M. 4061. Ol. 209. 1. vel 208. 4. def. Imperii Neronis 4. ex 13. die Octob.

Ev. 29. R. C. 805. 808. C. Coſſ. { Imperator Nero Domitius II. 809. F. M. / L. Calpurnius Piſo. 819. V.

Kal. Julii ſuffecti ſunt Coſſ. Ducennius Geminus & Pompeius Paulinus. His Coſſ. edixit Nero nequis Præfectus provinciæ ſpectaculum gladiatorum aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet. Pomponia Græcina inſignis femina, Plautio, qui de Britanniâ ovaverat, nupta, ſuperſtitionis externæ rea, mariti judicio permiſſa, & ab eo coram propinquis inſons nuntiata.

A. C. 58. A. M. 4062. Ol. 209. 2. vel 1. def. Imperii Neronis 5. ex 13. die Octobris.

Ev. 30. R. C. 806. 809. C. Coſſ. { Imperator Nero Domitius III. 810. F. M. / M. Valerius Meſſalla. 811. V.

His Coſſ. Domitius Corbulo ſuſceptis armis ad depellendum Armeniæ poſſeſſione Teridatem Vologeſi fratrem, poſt expugnata aliquot caſtella, aliaque dedita; urbem etiam Artaxata caput gentis deditione captam immiſſo igne delevit, & ſolo æquavit. Romæ P. Suilius imperitante Claudio terribilis ac venalis, opera Senecæ in exilium, tanquam clavus clavo pellitur. Nero captus eſt amore Poppeæ Sabinæ; cui mulieri cuncta alia fuiſſe dicuntur præter honeſtum animum. Publicanorum immodeſtia & cupiditates temperatæ ſunt. Juhono Urbe Germaniæ Romanis ſociâ, prope Coloniam nuper conditam, ignes prodigioſi terrâ editi, qui nec imbribus nec fluvialibus aquis extingui poſſent, villas, varba vicos paſſim corripiebant, ferebanturque in ipſa Coloniæ mœnia. Iiſdem Coſſ. pace terrâ marique pactâ Janus VI. clauſus eſſe fertur.

Janus 6m. clauſus.

A. M.

A. M. 4063. Ol. 209. 3. vel 2. def. Imperii Neronis 6. ex 13. die Octobris.

Ev. 31. R. C. 807. 810. C Coss. {C. Vipsanius Poplicola Apronianus. 811. F.M. / C. Fonteius Capito. 812. V.} Chr. 59.

His Coss. Nero Agrippinam matrem suam incestam, Burrho & Seneca scilicet Philosopho consciis, interfecit: ac deinde apud Senatum accusavit, literarum oratione etiam à Seneca scriptâ, quæ tanquam confessio sceleris visa sit. Circa quod tempus præter alia prodigia intercedentia sol repente obscuratus est; interim omnia adulationibus plena, tanquam re præclare gestâ: patiente, non (ut Tacito visum) negligente Numine. Enimvero deinde Nero se in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscunque Matris reverentia tardaverat. Intentius vero deinceps Aurigam & Histrionem egit.

Nero Agrippinam matrem interficit.

A. M. 4064. Ol. 209. 4. vel 3. def. Imperii Neronis 7. ex 13. die Octobris.

Ev. 32. R. C. 808. 811. C. Coss. {Imperator Nero Domitius IV. 812. F. M. / Cossus Cornelius Lentulus. 813. V.} A. C. 60.

His Coss. quinquennale ludicrum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis, variâ famâ. Parthis Hyrcano bello distentis Corbulo Tigrano certa etiam deditione recepit: Teridatem extrema Armeniæ denuo intrantem, abire procul ac spem belli omittere subegit. Tigranem regis Archelai Cappadocis nepotem Româ à Nerone missum in regni Armeniæ possessionem immisit; concessis tamen partibus ejus finitimis regibus & dynastis: ipseque mortuo Vinidio Quadrato Syriæ Præfecturam accepit.

A. M.

A. M. 4065. Ol. 210. vel 209. 4. def. Imperii Neronis 8. ex 13. die Octob.

61. Ev. 33. R. C. 809 812. C. Coſſ. C. Cæſonius Pætus. 813. F. M. C. Petronius Salinus Turpilianus. 814. V.

His Coſſ. gravis clades in Britanniâ accepta, Suetonio Paulino, Præfecto poſt Didium & Avitum & Verannium, Monam inſulam ingreſſo, defecit Provincia, duce feminâ Bondiceâ Praſutagi Icenorum regis viduâ. Romanorũ & Sociorum cæſa ad ſeptuaginta millia, maxima pars circa Camalodunum, & Londinium, & Verulamium ab hoſtibus capta & direpta. Suetonius tamen reverſus, mirâque conſtantiâ inter medios hoſtes iter faciens, demum acie paulo minus quam octoginta millibus Britannorum cæſis hoſtes profligavit, Bondiceam rerum deſperatione ad vitam veneno finiendam adegit, ac provinciam recepit. Nec multo poſtea accepit ſucceſſorem (præter Polycletum Neronis libertum cum ingenti agmine miſſum ad ſpectandum Britanniæ ſtatum) Petronium Turpilianum, qui jam conſulatu abierat. Iiſdem Coſſ. Romæ Pedanio Secundo Præfecto Urbis interfecto ab uno ſervorum ſuorum ex vetere more omnis familia, quanquam non ſine ſeditione plebis, morte multata eſt.

Suetonius Paulinus in Britannia profligatur duce Boadiceâ.

A. M. 4066. Ol. 210. 2. vel 1. def. Imperii Neronis 9. ex 13. die Octobris.

62. Ev. 34 R. C 810. 813. C. Coſſ. P. Marius Celſus. 814. F. M. L. Afinius Gallus. 815. V.

Kal. Julii ſuffecti ſunt Coſſ. L. Annæus Seneca, & Trebellius Maximus. His Coſſ. Burrhus Præfectus Prætorio vitâ conceſſit; incertum valetudine, an veneno. Quare perculſus Seneca à Nerone commeatum petit, ſed non accepit. Inſtituta tamen prioris potentiæ nonnihil commutat, Prætorio cum Fenio Rufo Præfectus Sophonius Tigellinus homo flagitioſiſſimus, & validior indies. Nero demum exturbatâ Octaviâ tanquam

Burrhus Profectus Prætorio moritur.

quam sterili, Poppææ matrimonio conjunctus est. Pauloque post, Octavia ficto adulterii crimine in insulam Pandateriam relegata, atque interfecta est. Pallas etiam è libertorum potissimis veneno, ut creditum, interfectus, quod immensam pecuniam longâ senectâ detineret. Vologeses Armeniam, denuo constituto ejus rege Teridate fratre, bello repetens, à Corbulone repressus, Cæsonium Pætum Præfectum Armeniæ, obsessis etiam castris, turpi fœdere provinciam Parthis tradere coëgit: mox tamen ipse iterum Corbulone illam sui juris relinquere vicissim coactus.

An. Ch. Nero dextrogata Octaviâ Poppæam ducit

A. M. 4067. Ol. 210. 3. vel 2. des. Imperii Neronis 10. ex 13. die Octobr.

Ev. 35. R. C. 811. 814. C. Coss. { L. Memmius Regulus. / Paullus Virginius Rufus. } 815. F. M. / 816. V. 63.

His Coss. redintegratum bellum Parthicum & Corbuloni mandatum, ejus fortitudine & prudentia ita compositum est; ut Teridates à fratre Vologeso creatus Armeniæ rex, diadema regium in Corbulonis castris imagini Neronis subjiceret, idque Romæ manu Neronis resumeret. Interim Syriæ executio Cintio permissa est. His Coss. Lucanus Poeta mori jussus est.

A. M. 4068. Ol. 210 4. vel 3. des. Imperii Neronis 11. ex 13. die Octobr.

Ev. 36. R. C. 812. 815. C. Coss. { C. Lecanius Bassus. / M. Licinius Crassus Frugi. } 816. F. M. / 817. V. 64.

His Coss. Nero, quum nefandis libidinibus se fœdavisset, demum uni ex contaminatorum grege in modum solennium conjugiorum denupsit: cunctaque spectata quæ etiam in femina nox operit. Secuta clades, omnibus quæ Romæ per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior: cujus initium die XIV. Kal. Sextiles, quo Senones captam urbem inflammaverunt; quum autem nullo modo decederet infamia, quin jussum ab Imperatore incendium crederetur:

Roma inflamata. 14. cal. Aug.

An: Ch. Nero pœnis afficit xtianos.

abolendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit Christianos.

A. M. 4069. Ol. 211. 1. vel 210. 4. def. Imperii Neronis 12. ex 13. die Oct.

65. Ev. 37. R. C. 813. 816. C. Coss. { P. Silius Nerva. / C. Julius Atticus Vestinus. } 817. F. M. 818. V.

Kal. Julii suffecti Coss. Plautius Lateranus, qui antequam iniret, occisus est, & Aricius Cerealis. His Coss. cœpta simul & aucta conjuratio contra Neronem; quâ detectâ, caput ejus C. Calpurnius Piso, adveniente manu militum ad apprehendendum ipsum, necem sibi conscivit. Plautius designatus Consul trucidatus, Seneca Philosophus & Præceptor Neronis etiam ad conciscendam sibi necem adactus; Fenius quoque Rufus alter Præfectorum Prætorio; & M. Annæus Lucanus Poeta; ac demum Vestinus Consul, aliique multi. Nero vanâ spe inventi in Africa Thesauri elusus; quinquennale ludicrum secundo lustro celebrans, citharœdum in scena egit. Poppæam uxorem gravidam ictu calcis, iracundiâ quasi fortuitâ interfecit. Vastata Campania turbine ventorum. In urbe omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur.

C. Calpurnius Piso sibi mendum conficit.

Seneca Neronis præceptor Lucanus Poeta.

Nero Citharœdus Poppeam ictu calcis occidit.

Pestilentia in Urbe.

A. M. 4070. Ol. 211. 2. vel 1. def. Imperii Neronis 13. ex 13. die Octob.

66. Ev. 38. R. C. 814. 817. C. Coss. { C. Suetonius Paullinus. / L. Pontius Telesinus. } 818. F. M. 819. V.

His Coss. post trucidatos multos insignes viros, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Bareâ Sorano, & Thraseâ Pœto: uti refert Tacitus libro Annalium XVI. mutilo; deficiente reliquâ eorum parte ad Neronis exitum. Eodem tempore Teridates Arsacides Vologesi Parthorum & Pacori Medorum regum frater Romam adventavit magna pompa, magnificeque à Nerone acceptus. Atque

Barea Sorano & Thrasea Pæto pompti.

Teridates Romam adventat.

ab

ab illo rex Armeniæ diademate ejus capiti impoſito creatus eſt: permiſſumque ei Artaxata inſtaurare; quæ dem poſtea inſtaurata appellavit Neronia. Iiſdem Coſſ. Geſſio Floro Judææ Procuratore, bellum ibi or-:um: quod comprimere cœptans Ceſtius Gallus, va-iis præliis ac ſæpe adverſis, fato aut tædio occidit. Circa idem tempus P. Petronius Sabinus Turpilianus le Britannis: M. Cocceius Nerva, & P. Sophonius ive Oſſonius Tigellinus Præfectus Prætorio, triumpha-ia ornamenta adepti ſunt.

An. Ch.

Bellum in Judæa Geſſio Floro Procuratore.

M. 4071. Ol. 211. 3. vel 2. def. Imperii Neronis 14. ex 13. die Octob.

v. 39. R. C. 815. 818. C. Coſſ. { L. Fonteius Capito. } 819. F. M. { C. Julius Rufus. } 820. V.

67.

Kal. Julii ſuffectus eſt Conſul Imperator Nero Clau-lius Domitius v. ſolus ſine Collegâ. Iis Coſſ. Nero in Græciam trajiciens omnium Græcanorum ludicro-um certaminum victoriam affectavit; Pythici, Olym-pici, &c. omnis etiam generis perſonas in ſcena egit: ac præter Pythagoram maritum cui antea nupſerat, Spo-um quoque exectum appellatam Sabinam (quod Poppæam Sabinam forma referret) ſolenni itidem ritu luctam uxorem habuit. Præterea Iſthmum Pelopo-neſi perfodere molitus eſt. Ac præter alios ad ſe accer-itos, Domitium Corbulonem præclarum illum belli lucem interfecit. Flavium autem Veſpaſianum, Bri-annicâ militiâ clarum, legatum ad bellum Judaicum conficiendum miſit. Demum reverſus in Italiam de victoriis Græcanicis ovabundus ac triumphabundus urbem introiit.

Nero in Græciam trajicit.

Iſthmum Pelopo-neſi molitur.

Veſpaſianus in Judæam miſſus.

Nero ad urbem redit.

An: Ch: A. M. 4072. Ol. 211. 4. vel 3. def. Imperii Neronis decimo quarto & ult.

68. Ev. 40. R. C. 816. 819. C. Coss. { C. Silius Italicus. M. Galer. Trachalus Turpilian. } 820. F. M. 821. V.

His Coss. Neronem talem Principem tamdiu perpessus terrarum orbis tandem destituit: initium facientibus Gallis duce Julio Vindice, qui tum eam provinciam pro Prætore obtinebat. Sed Vindex accepta clade à militibus Virginii Rufi Germaniæ Præfecti, ad Vesontionem ipse sibi violentas manus intulit. Rufo autem oblatum à militibus imperium recusavit, Galba Hispaniæ Præses, conspirante Rufo, idem à militibus suis quoque oblatum accepit. Quod postquam cognovit Nero, plane collapsus fractusque animo, haud ita multo postea, quatuor solis comitantibus inter quos & Sporus erat, fugiens, in villâ Phaontis liberti, appropinquante manu equitum missâ à Senatu ad apprehendendum eum jam hostem judicatum; ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito à libellis: itaque demum monstrum Imperatoris exuit, die IV. Idus sive X. Junii, postquam imperaverat item fere quatuordecim annos, atque in eo defecit progenies Cæsaris Augusti. Itaque eodem die X. Junii Imperio potitus est Servius Sulpicius Galba. Kal. Julii suffecti sunt Coss. M. Plautius Silvanus, & M. Salvius Otho. Kal. Septembris C. Bellicius Natalis & P. Cornelius Scipio Asiaticus. Initio Imperii Galbæ, Romæ Nymphidius Sabinus Præfectus Prætorio, in Africa Clodius Macer, in Germania Fonteius Capito legati Imperium sibi molientes interfecti sunt. Galba vero Imperator in Hispaniâ, & quidem omnium primus alibi quam Romæ factus, eo postquam advenit, verum expertus est illud, *Minuit præsentia famam*: antea enim visus Imperio dignus, tunc non fuit.

Nero moritur 10.° die Junii.

Ser. Sulp. Galba Imperio potitur Kal. Jul.

A. M.

An: Ch:

A. M. 4073. Ol. 212. 1. vel 211. 4. def. Imp. Galbæ, &c. & Vespas. Kal. Jul.

Ev. 41. R. C. 817 820 C. Coss. { Imperator Ser. Sulpicius Galba. T. Vinius Rufinus. } 821. F. M. 822. V.

69.

His Coss. paucis post Kalendas Januarii diebus, uti refert Tacitus initio Historiarum ab excessu Neronis ante initium propositi naturalis anni M. & Ev. allatis literis, superioris Germaniæ legiones Imperatorem alium flagitare. Galba Imperator ad sui confirmationem adoptavit L. Calpurnium Pisonem Frugi Licinianum. Ejus adoptionis spe frustratus M. Salvius Otho; confestim seditionem molitus, ac die xv. Januarii sive xviii. Kal. Februarii trucidato Galbâ postquam imperaverat septimestre, pariter ac Pisone, Imperium ipse adeptus est. xvii. Kal. Feb. suffecti sunt Coss. Imperator M. Salvius Otho ii. & L. Salvius Titianus. Kal. Martii T. Virginius Rufus, & Vopiscus Pompeius Silvanus.

M. Salvius Otho 18. Cal Februarii trucidato Galbâ imperat.

Interea A. Vitellius à Germanicis legionibus salutatus est Imperator, ac Othone, post devictas ejus copias ad Bedriacum, exactis tribus Imperii mensibus, necem sibi inferente die xx. Aprilis sive xii. Kal. Maii Imperium obtinuit. Kal. Maii suffecti sunt Coss. M. Cælius Sabinus, & T. Flavius Sabinus. Kal. Julii T. Arrius Antoninus & P. Marius Celsus II. Deinde T. Flavius Sabinus Vespasianus, dux belli adversus Judæos, omnium primus trans mare Imperator creatus est ipsis Kal. Jul. Tiberio Alexandro Præside Ægypti legiones in ejus verba adigente, annitente etiam M. Licinio Muciano Syriæ Præfecto. Kal. autem Septembris suffecti sunt Coss. C. Fabius Valens, & A. Licinius Cæcina, quo abdicante ex Senatusconsulto Prid. Kal. Novembr. in ejus locum suffectus est Roscius Regulus. Kal. Novemb. suffecti sunt Coss. C. Quinctius Atticus & Cn. Cæcilius Simplex. Die autem xxiv. Decembris sive ix. Kal. Januar. (post victoriam Antonii primi

Othone necem sibi inferente 20. Aprilis Imperium obtinet.

Tit. Flavius Sabinus Vespasianus Imperator creatur Cal. Jul.

 legati

Primi legati Vespasiani ad Cremonam) debellato, capto, atque occiso (quo tempore Capitolium quoque conflagravit) Vitellio, post octimestre Imperii, Vespasianus Imperium solus obtinuit, Senatu cuncta principibus solita ei decernente.

A. M. 4074. Ol. 212. 2. vel 1. def. Imperii Vespasiani 2. ex Kal. Jul.

70. Ev. 42. R. C. 818. 821. C. Coss. { Imp. T. Fl. Sabinus Vespas. II. } 822. F. M. { T. Flavius (Vesp. Imp. fil.) } 823. V.

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. T. Flavius (Vespasiani Imp. fil.) Domitianus, & M. Licinius Crassus Mucianus II. Kal. Septembris P. Valerius Asiaticus. Kal. Novemb. L. Annius Bassus & C. Cæcina Pœtus. Iis Coss. cum aliæ nationes, tum præcipue Galli & Germani, contra Imperium Romanum se moverant, rati jam tum sibi imperium portendi, Civili & Classico & Tutore ducibus, adeo ut legiones Romanas coegerint jurare pro Imperio Galliarum sed Cerealis eos repressit. Vespasianus Imperator Romanus Alexandriâ Ægypti (ubi 70: miraculosis quibusdam sanationibus magnam sibi famam, & humana augustiorem existimationem comparaverat) classe transmissâ Mari Mediterraneo Romam pervenit. Interea vero Romana urbs incendio Neroniano deformata, & Capitolium XXI. die Junii restaurari cœpta sunt: dum Titus Imp. fil. Hierosolymitanam Urbem & Templum Dei in Judæâ funditus evertit, uti refert Tacitus Historiarum libro IV. & V. eoque postremo & quidem mutilo. Muciano de bello civili triumphalia ornamenta data; sed expeditio in Sarmatas ingebatur; qui etiam ipsi pariter ac Daci atque Ponti accolæ, se contra Imperium Romanum commoverunt.

Hierosolyma capta & Templum fundibus deorsum.

A. M.

A. M. 4075. Ol. 212. 3. vel 2. def. Imp. Vesp. 3. ex Kal. Jul.

Ev. 43. R. C. 819. 822. C. Coss. { Imp. Flavius Vesp. III. / M. Cocceius Nerva. } 823. F. M. / 824. V. 71.

Iis Coss. Imp. Vesp. ac Titus ejus fil. una, quod nunquam antea visum, Romæ triumphum egerunt de Judæâ subactâ, captâque & excisis Hierosolymis Kal. Jul. quando etiam Titus Tribunitiam potestatem accepit. Eodemque tempore pace terrâ marique populo Romano partâ, Janus VII. clausus est.

Vespasianus Imp. & Titus ana triumphant de Judæa capta, &c. Janus 7m clausus

A. M. 4076. Ol. 212. 4. vel 3. def. Imp. Vespas. IV. ex Kal. Jul.

E. 44. R. C. 820. 823. C. Coss. { Imp. Fl. Vesp. IV. / Titus Fl. Vesp. Imp. filius II. } 824. F. M. / 825. V. 72.

Eo anno Coss. Vespasianum Imperatorem tantummodo III. & Titum II. putat Cæsar Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ceu potius Pontificiis; nisus mendoso loco Plinii lib. II. cap. XIII. ac falsâ interpretatione loci Dionis lib. XLVI. loquentis de primo Cæsaris Octaviani, postea Augusti, Consulatu; utpote ornamentorum Consularium adeptionem cum Consulatu suffecto & honorario perperam confundens, quo pacto seriem Consulatuum per tota Vespasiani ejusque filiorum Titi ac Domitiani imperia perturbat.

Baronius castigatus.

A. M. 4077. Ol. 213. 1. vel 212. 4. def. Imp. Vesp. 5. ex Kal. Jul.

Ev. 45. R. C. 821. 824. C. Coss. { T. Fl. (Vesp. Imp. fil.) Domit. II. / M. Valerius Messalinus. } 825. F. M. / 826. V. 73.

Pro Domitiano iterum Consule (omisso apud Frontinum lib. sec. de aquæ ductibus) eo anno Baronius perperam ponit Vesp. Imperatorem IV. Iis Coss. Vespasianus Philosophos omnes præter Musonium Româ expulit. Circa idem tempus Petilius Cerealis Brigantes in Britanniâ subegit: ac Cæsennius Pœtus Syriæ

Baronius illorum.

legatus

An: Ch. legatus Antiocho rege Comageno, postremo Seleucidarum vetustis opibus vigente, capto Romamque misso, ejus regnum in provinciæ formam redegit.

A. M. 4078. Ol. 213. 2. vel. 1. def. Imp. Vesp. 6. ex Kal. Jul.

74. Ev. 46. R. C. 822. 825. C. Coss. { Imp. Fl. Vespasianus V. 826. F. M. / Titus Fl. Vesp. Imp. fil. III. 827. V.

Kal. Jul. suffectus est Coss. T. Flavius Domitianus III. Iis Coss. Vespasianus Imperator ac Titus ejus fil. Censores etiam creati lustrum fecerunt LXXV. atque omnium postremum, inde enim fieri omnino desierunt. Eo censu refert Plinius lib. VII. cap. XLIX. in Octavâ Italiæ regione compertum, complures homines vitam produxisse ultra centenos ac vicenos, quosdam ultra centenos ac tricenos, nonnullos ultra centenos & quadragenos annos.

Lustrum 75 ac postremum

A. M. 4079. Ol. 213. 3. vel 2 def. Imp. Vesp. 7. ex Kal. Jul.

75. Ev. 47. R. C. 823. 826. C. Coss. { Imp. Fl. Vespasianus VI. 827. F. M. / T. Fl. Vesp. Imp. fil. IV. 828. C.

Templum Pacis dedicatum.

Iis Coss. Romæ templum Pacis augustissime ædificatum, absolutum, & exquisitissimis toto orbe monumentis, imprimis vero templi Hierosolymitani aureis instrumentis exornatum, dedicatum est. Kal. Jul. suffecti sunt Coss. T. Fl. Domitianus IV. & M. Licinius Mucianus III.

A. M. 4080. Ol. 213. 4. vel 3 def. Imp. Vesp. 8. ex Kal. Jul.

76. Ev. 48. R. C. 824. 827. C. Coss. { Imp. Fl. Vesp. VII. 828. F. M. / T. Fl. Vesp. Imp. fil. V. 829. V.

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. T. Fl. Domitianus V. & T. Plautius Silvanus Ælianus II. Plautius ille circa idem tempus ex Mœsia & Oriente triumphalia ornamenta

menta adeptus est, ac sub idem tempus Julius Frontinus in Britanniâ Silures domuit. His Coss. 9°. Cal. Febr. Roma natus est Imp. Hadrianus. v. Æl. Spart. in Adriano. c. 1.

An: Ch. Jul. Frontinus Silures in Wallia domat.

A. M. 4081. Ol. 214. 1. vel 213. 4. des. Imp. Vesp. 9. ex Kal. Jul.

Ev. 49. R. C. 825. 828. C. Coss. { Imp. Fl. Vesp. VIII. / T. Fl. Vesp. Imp. fil. VI. } 829. F. M. 830. V.

77.

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. T. Fl. Domitiánus VI. & Cn. Julius Agricola. Frustra enim & sibi ipsi contrárius contendit Baronius, eo anno Domitianum gessisse primum Consulatum ordinarium & solum ante Imperium suum, Titum vero vicissim suffectum porro eodem anno Plinius libros Naturalis historiæ editos, nuncupavit Tito Cæterum Julius Agricola confestim post consulatum missus in Britanniam, eam fere totam Romanis subegit uti refert Tacitus in illius vitâ.

Plinius libros Nat. Hist. edit. Jul. Agricola in Britanniam missus.

A. M. 4082. Ol. 214. 2. vel 1. des. Imp. Vesp. 10. ex Kal. Jul.

Ev. 50. R. C. 826. 829. C. Coss. { L. Ceionius Commodus Verus / C. Cornelius Priscus. } 830. F. M. 831. V.

78.

Iis Coss. lues ingens Romæ fuit, & tres urbes Cypri terræ motu corruerunt.

Dira lues Romæ grassatur.

A. M. 4083. Ol. 214. 3. vel 2. des. Imp. Vesp. 10. & ultimo.

Ev. 51. R. C. 827. 830. C. Coss. { Imp. Flavius Vesp. IX. / Titus Fl. Vesp. Imp. fil. VII. } 831. F. M. 832. V.

79.

Iis Coss. mortuo Imperatore Flavio Vespasiano die XXIV. Junii sive VIII. Kal. Jul. postquam imperaverat proxime decennium, in Imperium successit ejus filius Titus Flavius Vespasianus. Eodem anno Kal. Novembris rupto vertice montis Vesuvii, tantum incendium eructatum est, ut vicinæ regiones urbesque cum hominibus combustæ sint, quo etiam Plinius se-

Mortuo Vespasiano successit ejus f. T. Flavius Vespasianus 24°. Junii.

nior qui edidit naturalem Historiam, accedens, ut rem propius conspiceret, causamque cognosceret, periit.

A. M. 4084. Ol. 214. 4. vel 3. def. Imp. Titi 2. ex 24. die Jan.

80. Ev. 52. R. C. 828. 831. C. Coss. { Imp. Titus Fl. Vesp. fil. VIII. } 832. F. M. { T. Flavius Domitianus VII. } 833. V.

Iis Coss. Roma incendio gravissimo (quod malum cœlius potius, quam exterrâ extitisse, divinum potius quam humanum, creditum est) tribus diebus noctibusque arsit, iterumque Capitolium.

A. M. 4085. Ol. 215. 1. vel 214. 4. def. Imp. Titi 3. ex 24. Junii.

81. Ev. 53. R. C. 829. 832. C. Coss. { M. Plautius Silvanus. } 833. F. M. { M. Annius Verus Pollio. } 834. V.

Pro Plautio legitur Flavius in Epitome Dionis. Iis Coss. Idibus sive XIII. die Septembris extincto Tito Imperatore, postquam imperaverat paulo amplius biennio, ejus frater (cujus fraude ipsum veneno sublatum fama fuit) T. Flavius Domitianus (alter Nero & Calvus Nero dictus) imperio potitus est; inceptâ paulo ante Olymp. CCXV. atque anno Nabonazari 829. juxta Ptolemæi rationem.

A. M. 4086. Ol. 215. 2. vel 1. def. Imp. Domitiani 2. ex 13. Sept.

82. Ev. 54. R. C. 830. 833. C. Coss. { Im. T. Fl. Domitianus VIII. } 834. F. M. { T. Flavius Sabinus. } 835. V.

Circa id tempus M. Ulpium Trajanum Crinitum Trajani postea Imperatoris patrem, alicunde ornamenta triumphalia adeptum esse colligitur è Plinii Junioris Panegyrico. Intelligendum vero Domitianum Imp. nullum deinceps Consulatum gessisse ultra Kalend. Majas. Etsi suffecti plerisque annis desiderentur.

A. M.

An: Ch:

A. M. 4087. Ol. 215. 3. vel 2. def. Imp. Domitiani 3. ex 13. die. Sep.

Ev. 55. R. C. 831. 834. C. Coss. { Imp. T. Flavius Domitianus IX. 835. F. M. / T. Virginius Rufus II. 836. V. } 83

Sub id tempus Domitianus minaciter interdixit, ne quis intra terminos Jurisdictionis Romanæ Eunuchos faceret.

A. M. 4088. Ol. 215. 4. vel 3. def. Imp. Dom. 4. ex 13. Sept.

Ev. 56. R. C. 832. 835. C. Coss. { Imp. T. Fl. Domitianus X. 836. F. M. / Ap. Junius Sabinus. 837. V. } 84

Circa id tempus Domitianus (Cognominatus Germanicus) tum alia delubra Romæ, tum Capitolium iterum concrematum intra annos duodecim maximis impensis restauravit. Tres Virgines vestales ob stuprum damnatas, & tanquam Sibyllinorum librorum inspectorum monitu, alios duos viros totidemque feminas, alteros Græcos, alteros Gallos vivos humari jussit. Circa idem tempus etiam ipse Philosophos Italiâ expulit.

A. M. 4089. Ol. 216. 1. vel 215. 4. def. Imp. Domitiani 5. ex Id. Sept.

Ev. 57. R. C. 833. 836. C. Coss. { Imp. T. Fl. Domit. XI. 837. F. M. { Agon. / Capit. / T. Aurelius Fulvus. 838. V. } 85.

Iis Coss. Domit. Imp. triumphum egit de Quadis, Dacis, Getis, Sarmatisque & Germanis. Eodemque anno, transactis CXIV. annis Augustorum juxta Alexandrinos Ægyptios, nostra sententia, Idibus Septembris initio quinti anni Imperii sui, Inceptæque paulo ante CCXVI. Olympiadis Domitianus instituit Romæ Agonem Capitolinum quinquennalem Olympico respondentem, sub suum duodecimum & Dolabellæ Consulatum, ad quem ejus institutionem retulisse videtur Censorinus cap. XIV. quia ipse plerâque ex parte anno

Roma Agonem Capitolinum instituit Domitianus Idibus Sept.

no ejusdem primo congruit. Per Agones vero Capitolinos Romæ tanquam per Olympiades in Græciâ anni numerati sunt inde usque ad Constantinianarum Indictionum Epocham.

A. M. 4090. Ol. 216. 3. vel 1. def. Imp. Domitiani 6. ex 13. die Sept.

86. Ev. 58. R. C. 834. 837. C. Coss. {Imp. T. Fl. Domit. XII. / Ser. Cornelius Dolabella.} 838. F.M. 839. V. {Ag. 1. 1.

Baronius & alii primum Agonem Capitolinum institutum putant Kal. Januarii ejus anni, sed Id. Sept. institutum fuisse manifestum fiet ex sequentibus.

Agon Capitolinus 1. 13° Cal. Oct. His Coss. natus est Antonius Pius Imp. Capitol.

A. M. 4091. Ol. 216. 3. vel 2. def. Imp. Domitiani 7. ex 13. die Sept.

87. Ev. 59. R. C. 835. 838. C. Coss. {Imp. T. Fl. Dom. XIII. / A. Volusius Saturninus.} 839. F.M. 840. V. {Ag. 1. 2.

Circa id tempus Domitianus se Dominum Deumq; se appellari jussit, & haberi voluit filius Palladis, sc. Divæ Virginis.

A. M. 4092. Ol. 216. 4. vel 3. def. Imp. Domitiani 8. ex 13. die Septemb.

88. Ev. 60. R. C. 836. 839. C. Coss. {Imp. T. Fl. Dom. XIV. / L. Minutius Rufus.} 840. F.M. 841. V. {Ag. 1. 3.

Iis Coss. ludos seculares centum paulo plus annis (nempe quatuor) post Augustinos fecit Domitianus. Indeque suscepit expeditionem in Daciam.

Ludi Seculares.

A. M. 4093. Ol. 217. 1. vel 216. 4. def. Imp. Dom. 9. ex 13. Septemb.

89. Ev. 61. R. C. 837. 840. C. Coss. {T. Aurelius Fulvus II. / A. Sempronius Atratinus.} 841. F.M. 842. V. {Ag. 1. 4.

Iis Coss. Domitianus è Dacicâ expeditione parum prospera reversus, civium multos occidit, plures in exilium pepulit, in his Cocceium Nervam, mox tamen revocatum, & Consulem designatum. Interim Apollonio Tyanæo

Tyanæo Mago, quod imperium Nervæ vaticinandi causâ puerum occidisset, comam & barbam ludibrio amputari jussit. Circa idem vero tempus Cn. Julius Agricola triumphalia ornamenta adeptus est.

A. M. 404. Ol. 217. 2. vel 1. def. Imp. Domitiani 10. ex 13. die Septemb.

Ev. 62. R. C. 838. 841. C. Coss. {Imp. T. Fl. Domit. XV. / M. Cocceius Nerva II.} 842. F. M. 843. V. {Ag. 2. 1.} 90.

Circa hæc tempora Domitianus cum in alios tum in Christianos tanquam Judaicæ impietatis reos maxime sæviisse fertur.

A. M. 4095. Ol. 217. 3. vel 2. def. Imp. Domitiani 11. ex 13. die Septem.

Ev. 63. R. C. 839. 842. C. Coss. {M. Ulpius Trajanus. / Man. Acillus Glabrio.} 843. F. M. 844. V. {Ag. 2. 2.} 91.

Iis Coss. prodigia evenerunt, ex quibus Glabrioni interitus eodem anno, Trajano postea Imperium prædictum est. Glabrionem ex Dionis Epitomâ constat fuisse Christianum,

A. M. 4096. Ol. 217. 4. vel 3. def. Imp. Domitiani 12. ex 13. die Septemb.

Ev. 64. R. C. 840. 843. C. Coss. {T. Fl. Domit. XVI. / A. Volusius Saturn. II.} 844. F. M. 845. V. {Ag. 2. 3.} 92.

Iis Coss. Domitianus Imp. iterum triumphavit de Quadis, Dacis, Getis, Sarmatisque & Germanis. Eodem anno vicesimo nono die Novembris ac secundo die Tybi anni octingentesimi quadragesimi Nabonazari duodecimo autem anno Imperii Domitiani (quem calculus Baronii perperam facit DCCCXLII. Nabonazari tertiâ horâ noctis in Bythiniâ observata est Luna, tribus noctibus ante plenilunium conjuncta cum medio Pleiadum, uti refert Ptolemæus Astronomus l. VII. c. III.

An: Ch:

A. M. 4097. Ol. 218. 1. vel 217. 4. defl. Imp. Dom. 13. ex 13. die Septemb.

93. Ev. 65. R. C. 841. 844. C. Coſſ. { Sex. Pompeius Collega. / Cornelius Priſcus. } 845. F. M. / 846. V. { Ag. 2. 4.

Kal. Jul. ſuffecti ſunt Coſſ. M. Lollius Paullinus & Valerius Aſiaticus Saturninus Kal. deinde (incertum quibus) C. Antius & A. Julius Quadratus. Circa id tempus Flavius Joſephus Hiſtoricus conſummavit vigeſimum librum antiquitatum Judaicarum.

A. M. 4098. Ol. 218. 2. vel 1. def. Imp. Domitiani 14. ex 13. die Sept.

94. Ev. 66. R. C. 842. 845. C. Coſſ. { L. Non. Aſpr. Torquat. / M. Aricinius Clemens. } 846. F. M. / 847. V. { Ag. 3. 1.

Kal. Jul. ſuffecti ſunt Coſſ. Sextilius Lateranus & C. Cilius Italicus III. Iis temporibus Domitianus ita fæviit, ut ab omnibus metueretur & omnes metucret.

A. M. 4099. Ol. 218. 3. vel 2. def. Imp. Domitiani 15. ex 13. die Sept.

95. Ev. 67. R. C. 843. 846. C. Coſſ. { Im. T. Fl. Dom. XVII. / T. Flavius Clemens. } 847. F. M. / 848. V. { Ag. 3. 2.

Clemens ille Conſul, Domitiani Imp. patruelis, cum Flaviâ Domitillâ uxore, ejuſdem conſanguineâ, Judaicæ impietatis ſive Chriſtianiſmi reus peractus, occiſus eſt.

A. M. 4100. Ol. 218. 4. vel 3. def. Imp. Domitiani 16. ex 13. die Sept.

96. Ev. 68. R. C. 844. 847. C. Coſſ. { C. Fulvius Valens. / C. Antiſtius Vetus. } 848. F. M. / 849. V. { Ag. 3. 3.

Iis Coſſ. obtruncato ſuorum inſidiis Imperatore Domitiano die XVIII. Septemb. ſive 14 Kal. Octobris poſtquam imperaverat annos quindecim ac dies quinque

Ann. Ch.

que juxta Suetonium & alios (integro anno plus quam concesserit Josephus Scaliger) M. Cocceius Nervâ imperium adeptus est. Fulvio autem Consule mortuo in Magistratu Kal. Novemb. suffecti sunt Coss. T. Flavius Sabinus & T. Arrius Antonius.

A. M. 4101. Ol. 219. 1. vel 218. 4. def. Imp. Nervæ 2. ex 18. die Septemb.

Ev. 69. R. C. 845. 848. C. Coss. { Imp. Coc. Nerva III. / T. Virginius Rufus III. } 849. F. M. / 850. V. { Ag. 3. 4. 97.

Rufo mortuo in Magistratu suffectus est Consul Pub. Cornelius Tacitus Historicus. Kal. Jul. suffecti Coss. Domitius Apollinaris & Q. Fabius Vejento Kal. Jul. M. Cornelius Fronto & Fabius Postumus. Eodem anno exante diem XIV. Kal. Octob. transacto anno uno integro Imperii Nervæ adoptatus ab eo M. Ulpius Trajanus Crinitus Cæsar appellatus est, & tribunitiam potestatem accepit Kal. Novemb. suffecti sunt Coss. C. Publicius Certus (quanquam ejus damnati antequam iniret loco factus est Sex. Pompeius Collega II.) & Vettius Proculus.

A. M. 4102. Ol. 219. 2. vel 1. def. Imp. Nervæ 2. & ultimo.

Ev. 70. R. C. 848. 849. C. Coss. { Imp. Coc. Nerva IV. / Nerva Trajan. Cæs. II. } 850. F. M. / 851. V. { Ag. 4. 1. 98.

Iis Coss. sub initium propositi naturalis anni M. & Ev. mortuo Imperatore Nervâ XXVII. die Januarii sive VI. Kal. Febr. postquam imperaverat annum & quadrimestre, Trajanus primus Alienigena, nempe Italicâ Hispaniæ civitate oriundus, solus imperio potitus est, alioquin jam antea Imperator habitus, ut apparet ex observatione Astronomicâ Lunæ conjunctæ cum spicâ Virginis nocte quinta post plenilunium sequente diem X. Januarii anno DCCCXLV. Nabonazari relata ad primum annum Imperii Trajani apud Ptolemæum c. III. lib. VII. Kal. Jul. suffecti sunt Coss. C. Socius Senecio

An. Ch.

Senecio & L. Licinius Sura. Kal. Oct. Afranius Dexter in Magistratu occisus est.

A. M. 4103. Ol. 219. 3. vel 2. des. Imp. Trajani 2. ex 27. die Januarii.

99. Ev. 71. R. C. 847. 850. C. Coss. { C. Sosius Senecio II. / A. Cornelius Palma. } 851. F. M. / 852. V. { Ag. 4. 2.

Eo anno Trajanus tertium Consulatum, qui ei ut novo Imperatori debebatur, recusavit, quemadmodum scribit Plinius Junior in Panegyrico.

A. M. 4104. Ol. 219. 4. vel 3. des. Imp. Trajani 3. ex 27. die Januarii.

100. Ev. 72. R. C. 848. 851. C. Coss. { Imp. Nerva Traj. III. / M. Corn. Fronto III. } 852. F. M. / 853. V. { Ag. 4. 3.

Kal. Mart. suffectus est Coss. Sex. Pompeius Collega III. Kal. Sept. C. Plinius Cæcilius Secundus & Sp. Cornelius Tertullus. Kal. Novembris Julius Ferox & Acutius Nerva. Fronto fuit nobilis Orator, & Plinius Junior fuit auctor Panegyrici Trajano dicti.

A. M. 4105. Ol. 220. 1. vel 219. 4. des. Imp. Trajani 4. ex 27. die Januarii.

101. Ev. 73. R. C. 849. 852. C. Coss. { Imp. Nerva Traj. IV. / Sex. Articuleius Pœtus. } 853. F. M. / 854. V. { Ag. 5. 1

Kal. Mart. suffectus est Coss. Cornelius Scipio Orfitus Kal. Maiis Bæbius Macer & M. Valerius Paullinus. Kal. Jul. Rubrius Gallus & Q. Coelius Hispo. Eo anno Trajanus suscepto bello contra Decebalum Dacorum regem, Dacicus cognominatus est.

His Coss. Hadrianus postea Imperator Quæsturam gessit. Æl. Spart. in Adriano. c. 3.

A. M.

 Ant. Ch.

A. M. 4106. Ol. 220. 2. vel 1. def. Imp. Trajani 5. ex 27. die Januarii.

Ev. 74. R. C. 850. 853. C. Coss. { C. Sossius Senecio III. / L. Licinius Sura II. } 854. P. M. / 855. V. } Ag. 5. 1. 102.

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. Man. Acilius Rufus & C. Cæcilius Classicus. Eo anno Imp. Trajanus triumphavit de Pannonis Dacisque & rege Decebalo ex Germaniâ.

A. M. 4107. Ol. 220. 3. vel 2. def. Imp. Trajani 6. ex 27. die Jan.

Ev. 75. R. C. 851. 854. C. Coss. { Imp. Nerva Traj. V. / L. Appius Maxim. II. } 855. F. M / 856. V. } Ag. 5. 2. 103.

Iis Coss. Trajanus Imp. iterum triumphavit de confecto bello Dacico, & occiso rege Decebalo, & Daciâ factâ provinciâ Romani Imperii. *Secunda Trajani expeditio Dacica in hunc annum incidit, quo tempore prima Legio ni Minervia pia fuit Hadrianus.*

A. M. 4108. Ol. 220. 4. vel 3. def. Imp. Trajani 7. ex 27. die Januarii.

Ev. 76. R. C. 852. 855. C. Coss. { * Suranus. / P. Neratius Marcellus. } 856. F. M. / 857. V. } Ag. 5. 3. 104.

Neratius ille erat adeo dilectus Trajano, ut aliquando ei Imperium commendaverat, siquid ipsi fatale contigisset.

A. M. 4109. Ol. 221. 1. vel 220. 4. def. Imp. Traj. 8. ex 27. die Jan.

Ev. 77. R. C. 853. 856. C. Coss. { Tib. Jul. Cand. II. / A. Jul. Quad. II. } 557. F. M. / 558. V. } Ag. 5. 4. 105.

Circa hæc tempora claruit doctissimus ille Plutarchus Chæronensis. *His Coss. Hadrianus postea Imperator Tribunus pl. factus est. Spart. in Hadriano. c. 3.*

An. Ch.

A. M. 4110. Ol. 221. 2. vel 1. def. Imp. Traj. 9. ex 27. die Jan.

106. Ev. 78. R. C. 854. 857. C. Coſſ. { L. Ceionius Com. Ver. / L. Tullius Cerealis. } 858. F. M. / 859. V. { Ag. 6. 1.

Commodus erat Pater L. Ælii Veri poſtea Imperatoris.

A. M. 4111. Ol. 221. 3. vel 2. def. Imp. Traj. 10. ex 27. die Jan.

107. Ev. 79. R. C. 855. 858. C. Coſſ. { C. Soſius Senecio IV. / L. Licinius Sura III. } 859. F. M. / 860. V. { Ag. 6. 2.

Kal. Jul. ſuffecti ſunt Coſſ. Suranus II. & C. Servilius Urſus Servianus. Circa ea tempora Plinius Proconſul Bythiniæ Trajano ſcripſit de moderandis Chriſtianorum ſuppliciis. His Coſſ. Prætor factus eſt Hadr.

A. M. 4112. Ol. 221. 4. vel 3. def. Imp. Traj. 11. ex 27. die Jan.

108. Ev. 80. R. C. 856. 859. C. Coſſ. { Ap. An. Treb. Gallus. / M. Atil. Met. Bradua. } 860. F. M. / 861. V. { Ag. 6. 3.

Kal. Mart. ut apparet, ſuffecti ſunt Coſſ. C. Julius Africanus & Clodius Criſpinus. Kal. Jul. autem, ut videtur, A. Cornelius Palma II. & C. Calviſius Tullus II. qui ab aliis habentur pro anni inſequentis ordinariis; ſed in Caſſiodori Chronico Conſulari plane omittuntur, atque omnino videntur redundare numero annorum imperii Trajani. Porro Kal. ut apparet, Oct. ſuffecti ſunt Coſſ. P. Ælius Hadrianus, qui poſtea Imperator, fuit & L. Publilius Celſus.

A. M 4113. Ol. 222. 1. vel 221. 4. def. Imp. Traj. 12. ex 27. die Jan.

109. Ev. 81. R. C. 857. 860. C. Coſſ. { Clodius Criſpinus / Solenius Orfitus. } 861. F. M. / 862. V. { Ag. 6. 4.

Ei anno Baronius Meſſalam & Pedonem Coſſ. tertios ante Trajani mortem imputat, propter terræ motum

cum Antiochiæ; duplici errore; quandoquidem ille terræmotus nec iis Coss. neque illo anno contigisse videatur, quia nondum Trajanus Nisibin Parthis eripuerat, unde Parthici nomen adeptus est. *An: Ch.*

A. M. 4114. Ol. 222. 2. vel 1. def. Imp. Traj. 13. ex 27. die Jan.

Ev. 82. R. C. 858. 861. C. Coss. { L. Calpurnius Piso. / Vettius Rust. Bol. } 862. F. M. / 863. V. { Ag. 7. 1. } *110.*

Iis Coss. ex Dionis Epit. collata veteribus Inscript. apparet, Traj. Imp. susceptâ expeditione in Orientem recepisse Armeniam, Nisibinque, & Bætuas à Parthis, indeque postea Senatus decreto appellatum esse Optimum, & Parthicum. Interea vero post captam Nisibin, Trajano in hybernis agente Antiochiæ, ingentem ibi Terræ motum extitisse, quo præter alios plurimos etiam Consul Pedo interfectus sit; quem proinde apparet fuisse non illum C. Popillium Carum Pedonem Consulem ordinarium, (uti opinatus est Baronius) quarti anni postea, sed suffectum anni modo expositi ejus fratrem, sive M. Pedonem Bergil. vel alium ex eadem Gentilitate. Erat annus ille CLIX. epochæ Antiochinorum, juxta Evagrium historiæ Ecclesiasticæ lib. II. cap. XII. quod nostris rationibus ad amussim quadrat. *Batnas*

A. M. 4115. Ol. 222. 3. vel 2. def. Imp. Traj. 14. ex 27. die Jan.

Ev. 83. R. C. 859. 862. C. Coss. { Imp. Nerva Traj. VI. / C. Julius African. II. } 863. F. M. / 864. V. { Ag. 7. 2. } *111.*

Kalend. Mart. suffecti sunt Coss. C. Julius Servilius Ursus, Servianus II. & L. Fabius Justus, extant enim duæ veteres inscriptiones, quarum altera eos ad Kalend. Mart. altera ad III. Id. Oct. refert. Unde apparet eos haud recte ab Onuphrio & Goltzio referri ad annum præcedentem: quum ab aliâ inscriptione constet illius ordinarios Coss. conti-

An: Ch. nuaſſe Magiſtratum uſque ad Kalend. Aprilis. Et Inſcriptio dedicata Kal. Mart. adjunctam habet Imperatoris Trajani Dacici, (necdum vero Parthici appellati) Tribunit. poteſt. XIV. ſed Coſ. V. obliteratâ ut apparet unitate pro VI. ſicut in alia inſcriptione ubi Trajani Conſulatus VI. jungitur cum Tribunitiâ poteſt. XIII. apparet itidem unitatem oblitératam eſſe pro XIV. illud vero certum eſt, minorem eſſe quam XV. (quam tamen alia inſcriptio conjungit cum Conſulatu VI. nempe ad finem tendente, & cognomine Parthici, quod eo Conſulatu adeptus eſt confirmatum, Cteſiphonte etiam capta) ideoque vere à me unum ordinarium Conſulatum ante illum Trajani ſextum, è Faſtis vulgaribus expungi.

A. M. 4116. Ol. 222. 4. vel 3. def. Imp. Traj. 15. ex 27. die Jan.

112. Ev. 84. R. C. 860. 863. C. Coſſ. { L. Publicius Celſus II. / C. Clodius Criſpinus. } 864. F. M. / 865. V. { Ag. 73.

Iis Coſſ. videtur Trajanus luſtraſſe ſinum maris Oceani Orientalis Erythræum, ſeu potius Perſicum.

A. M. 4117. Ol. 223. 1. vel 222. 4. def. Imp. Traj. 16. ex 27. die Jan.

113. E. 85. R. C. 861. 864. C. Coſſ. { Q. Ninnius Haſta / P. Manilius Vopiſcus. } 865. F. M. / 866. V. { Ag. 74.

Iiis Coſſ. Trajanus videtur Cteſiphonte Parthis regem deſignaſſe Parthamaſpatem.

A. M. 4118. Ol. 223. 2. vel 1. def. Imp. Traj. 17. ex 27. die Jan.

114. Ev. 86. R. C. 862. 865. C. Coſſ. { M. Valerius Meſſalla / C. Popil. Carus Pedo. } 866. F. M. / 867. V. { Ag. 8.1

Eorum Coſſ. anticipatorum loco Baronius Hadrianum & Salinatorem Coſſ. tertii anni inſequentis, & ipſos anticipatos ponit. Circa id tempus Trajanus profectus

profectus in Arabiam bello adortus est Hagarenos, sed eos subjugare non potuit. *An. Ch.*

A. M. 4119. Ol. 223. 3. vel 2. def. Imp. Traj. 18. ex 27. die Jan.

Ev. 87. R. C. 863 866 C. Coss. { Æmilius Ælianus. / L. Antistius Vetus. } 867. F. M. 868. V. { Ag. 8. 2. } *115.*

Circa id tempus Judæi circa Cyrenem, & in Ægypto, & Cypro, deinde etiam in Mesopotamiâ, & Syriâ, & Judæâ, rebellantes maximos tumultus excitarunt, qui & ab aliis & præcipue à Lucio, sive Lusio Quieto subacti sunt.

A. M. 4120. Ol. 223. 4. vel 3. def. Imp. Traj. 19. ex 27. die Jan.

Ev. 88. R. C. 864 867. C. Coss. { Quinctius Niger. / T. Vipsl. Apronianus. } 867. F. M. 869. V. { Ag. 8. 3. } *116.*

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. M. Erucius Clarus & Tib. Julius Alexander. Iis Coss. Trajano dum cogitaret suscipere novam expeditionem in Mesopotamiam, & redintegrare bellum Parthicum, quod Parthi defeciissent à rege Partho amaspate, mortuo, Selinûte Ciliciæ, sive apud Seleuciam Isauriæ, sub diem III. Idus sive XI. diem Augusti, postquam imperaverat annos XVIII. & semestre, Imperium adeptus est P. Ælius Hadrianus; quasi à Trajano ante biduum adoptatus, & dictus Trajanus Hadrianus Cæsar. Incepto paucis diebus antea nempe XXV. die Julii DCCCLIV. anno Nabonazari. Ei autem anno convenire initium Imperii Hadriani, (neutiquam vero DCCCLXVI. qui Onuphrii calculo provenit, necdum DCCCLXVII. qui Baronii) ac proinde Trajani imperio tantummodo totidem annos quot ego ascripsi, uno pauciores quam plerique alii hodie; locupletissimus testis est Ptolemæus Astronomus, qui eodem tempore claruit, qui cum alias observationes Astronomicas, tum præsertim trium Eclipsium Lunarium (præter illam assignatam (libro IV. cap. IX.)

Aug. 11. Hadri... anni Jm...

nocte ſequente diem XVII. Pachon Ægyptii, ſive V. Aprilis, anno Nabonazari DCCCLXXII. ac IIX. Hadriani mendoſe pro IX.) aſſignans lib. VII. quarum primam nocte ſequente viceſimam diem Payni, ſive VI. Maiis anno Nabonazari DCCCLXXX. ac XVII. Hadriani: ſecundam nocte ſequente diem II. Chiac, ſive XX. Octobris, anno Nabonazari DCCCLXXXII. ac XIX. Hadriani: tertiam vero nocte ſequente diem XIX. Pharmuthæ, ſive IV. Martii anno DCCCLXXXIII. Nabonazari, ac XX. Hadriani. Itaque apparet nummum ab Onuphrio prolatum, tanquam ſignatum Trajani Tribunitiæ poteſtat. XX. aut habuiſſe utique obliteratam mediam unitatem XIX. aut cuſum fuiſſe alicubi in Occidentis partibus circa diem XVIII. Sept. ac initium Trib. Pot. XX. antequam fama mortis Trajani eouſque perveniſſet, aut denique fuiſſe adulterinum.

A.M. 4121. Ol. 224. 1. vel 223. 4. def. Imp. Hadriani 2. ex II. die Aug.

117. Ev. 89. R. C. 865. 868. C. Coſſ. { Imp. Traj. Hadr. II. / Tib. Claud. Fuſc. Sal. } 869. F. M. / 870. V. { Ag. 8. 4.

Hadrianus iterum Conſul deſignatus erat antequam à Trajano adoptaretur, ut ex Ælio Spartiano apparet, neutiquam vero inierat, nedum geſſerat Conſulatum ordinarium ante mortem Trajani, ut Baronius (qui Hadr. III. & Salinatorem Coſſ. iſtic ſtatuit) & alii opinati ſunt: quum aperte contra affirmet Dion. Hadrianus vero Armeniam majorem, Aſſyriam, & Meſopotamiam provincias à Trajano factas trans Euphratem, Choſdri regi Parthorum conceſſit. Trajani autem mortui imaginem curru Triumphali per Urbem quaſi de Parthis triumphantis, vexit.

A. M.

An: Ch.

A. M. 4121. Ol. 224. 2. vel 1. def. Imp. Hadr. 3. ex 11. die Aug.

Ev. 90. R. C. 866. 869. C. Coss. { Imp. Traj. Hadr. III. } 870. F. M. / { Q. Junius Rusticus. } 871. V. { Ag. 9. 1. 118.

Baronius eo anno ex Cassiodoro corrupto ponit Coss. ponit Aviolam & Pansam, triennio anticipatos. Circa id tempus Hadrianus colonias deduxit in Lybiam, Judæorum tumultibus vastatam.

A. M. 4123. Ol. 224. 3. vel 2. def. Imp. Hadr. 4. ex 11. die Aug.

Ev. 91. R. C. 867. 870. C. Coss. { L. Catilius Severus. } 871. F. M. / { T. Aur. Ful. Anton. } 872. 2. { Ag. 9. 2. 119.

Eorum loco Baronius ponit (utique ex corrupto Cassiodoro) Paternum & Torquatum, hæsitanter tamen. Antoninus postea Imperator.

A. M. 4124. Ol. 224. 4. vel 3. def. Imp. Hadriani 5. ex 11. die Aug.

Ev. 92. R. C. 868. 871. C. Coss. { M. Annius Verus II. } 872. F. M. / { * Augur. } 873. V. { Ag. 9. 3. 120.

Iis Coss. Baronius, tanquam ex Cassiodoro, perperam præfert Glabrionem & Torquatum; apud Cassiodorum vero legitur, Vero & Augure Coss. Hadrianum Alexandriam publicis impensis instauraſſe.

His Coss. 6° Cal. Maias natus est Mar. Anton. Philos. Capitolinus.

A. M. 4125. Ol. 225. 1. vel 224. 4. def. Imp. Hadr. 6. ex 11. die Aug.

Ev. 93. R. C. 896. 872. C. Coss. { Man. Acilius Aviola } 873. F. M. / { C. Corellius Pansa. } 874. V. { Ag. 9. 4. 121

Iis Coss. itidem Baronius ex Cassiodoro haud recte præfert Asiaticum & Quinctum. Circa id tempus Hadrianus tributa urbibus relaxavit, & plurimas tributis liberas fecit.

Ann. Ch.

A. M. 4126. Ol. 225. 2. vel 1. def. Imp. Hadr. 7. ex 11. die Augusti.

122. Ev. 94. R. C. 870. 873. C. Coss. { Q. Arrius Pætinus. } 875. F. M. { Ag. 10. 1.
C. Ventidius Apr. } 876. V.

Iis quod Coss. male præfert Baronius Verum & Ambiguum. Circa id tempus bellum contra Sauromatas gestum est. Nicomediam vero & Nicæam aliasque urbes terræ motu collapsas, Hadrianus publicis impensis restaurandas curavit.

A. M. 4127. Ol. 225. 3. vel 2. def. Imp. Hadr. 8. ex 11. die Aug.

123. Ev. 95. R. C. 871. 874. C. Coss. { Man. Acilius Glabrio. } 875. P. M. { Ag. 10. 2.
C. Bellicius Torquat. } 876. V.

Eos Coss. è fastis Græcis sumptos Gallicano & Tritiano è Cassiodoro subjunctis vix demum præfert Baronius. Circa id tempus Hadrianus, cum multa fecit in gratiam Athenienſium, tum celebrem bibliothecam Athenis struxit.

A. M. 4128. Ol. 225. 4. vel 3. def. Imp. Hadr. 9. ex 11. die Aug.

124. Ev. 96. R. C. 872. 875. C. Coss. { P. Cornel. Scip. Asiat. } 876. F. M. { Ag. 10. 3.
Q. Vettius Aquilinus. } 877. V.

Eos Coss. ante triennium anticipatos istic videlicet repetit Baronius. Circa id tempus Serenius Granianus Proconsul Asiæ scripsit Hadriano de moderandis Christianorum suppliciis, iniquum censens clamoribus vulgi, innocentium hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine, nominis tantum & sectæ reos fieri.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4129. Ol. 226. 1. vel 225. 4. def. Imp. Hadr. 10. ex 11. die Aug.

Ev. 97. R. C. 873. 876. C. Coss. { Vespr. Cand. Verus II. / Ambigius Bibulus. } 877. F. M. 878. V. { Ag. 10. 4. } 125.

Pro iis Coss. à quibusdam ponuntur M. Lollius Pedius Verus, & Q. Junius Lepidus Bibulus vel Bibullius Pius : vel Celsus & Marcellinus. Circa id tempus, occasione literarum Serenii, Hadrianus rescripsit Minutio Fundano ejus successori Christianos non sine objectu criminum condemnandos. His Coss. natus est Porcinax Imp. Cal. Aug. Jul. Capitol. in Pert.

A. M. 4130. Ol. 226. 2. vel 1. def. Imp. Hadr. 11. ex 11. die Aug.

Ev. 98. R. C. 874. 877. C. Coss. { * Gallicanus. / D. Cœlius Titianus. } 878. F. M. 879. V. { Ag. 11. 1. } 126.

Cœlius Titianus quondam Hadriani Tutor, postea ejus Præfectus prætorio fuit.

A. M. 4131. Ol. 226. 3. vel 2. def. Imp. Hadr. 12. ex 11. die Aug.

Ev. 99. R. C. 875. 878. C. Coss. { L. Non. Torqat. Asprenas. / M. Annius Libo. } 879. F. M. 880. V. { Ag. 11. 2. } 127.

Circa id tempus Hadrianus ex urbe Hierosolymarum faciens Æliam Capitolinam, in eâque excitans Jovi templum, Judæis etiam prohibitis uti circumcisione, novam rebellandi occasionem dedit.

A. M. 4132. Ol. 226. 4. vel 3. def. Imp. Hadr. 13. ex 11. die Aug.

Ev. 100. R. C. 876. 879. C. Coss. { P. Juventius Celsus II. / Q. Julius Balbus. } 880. F. M. 881. V. { A. 11. 3. } 128.

Kal. Mart. suffecti sunt Coss. T. Ausidius Fronto & Arrius Severianus. Kal. Novemb. C. Neratius Marcellus & Cn. Lollius Gallus. Circa id tempus Hadrianus in Ægyptum profectus amisit Antinoum puerum amasium; quem ipse in Deos referri, & ex ejus

An. Ch. nomine non modo urbem in Ægypto, sed etiam fidu in cœlo (annitente etiam Ptolemæo Pelusiensi Astronomo) appellari voluit.

A. M. 4133. Ol. 227. 1. vel 226. 4. def. Imp. Hadr. 14. ex 11. die Aug.

179. Ev. 101. R. C. 877. 880. C. Coss. { Q. Fabius Catullinus } 881. F. M. { Ag. 11. 4.
M. Flavius Aper. } 882. V.

Circa id tempus Tenius Rufus Judææ legatus, multa Judæorum millia occidit, nondum tamen compescuit eorum insaniam.

A. M. 4134. Ol. 227. 2. vel 1. def. Imp. Hadr. 15. ex 11. die Aug.

130. Ev. 102. R. C. 878. 881. C. Coss. { Sex. Oct. Lænas Pontianus } 882. F. M. { Ag. 12. 1.
M. Antonius Rufinus. } 883. V.

Circa id tempus Barchochebas Impostor ducem belli Judæis se offerens, eorum furores per Syriam & Palæstinam auxit.

A. M. 4135. Ol. 227. 3. vel 2. def. Imp. Hadr. 16. ex 11. die Aug.

131. Ev. 103. R. C. 879. 882. C. Coss. { Sentius Augurinus. } 883. F. M. { Ag. 12. 2.
Arrius Severianus II. } 884. V.

Cum iis Coss. Baronius perperam componit Commodum & Pompeianum iterum, Coss. ordinarios quarti anni postea. Barchochebas Christianos nolentes abnegare fidem, & belli societatem secum jungere variis affecit suppliciis.

A. M. 4136. Ol. 227. 4. vel 3. def. Imp. Hadr. 17. ex 11. die Aug.

132. Ev. 104. R. C. 880. 883. C. Coss. { * Hiberus. } 884. F. M. { Ag. 12. 3.
Junius Sil. Sisenna. } 885. V.

Barchochebâ tenente in Judæâ, præter alia multa castella & vicos, munitissimum oppidum Bethoron, indeque excursiones faciente in Romanos: præter alios duces

uces Julius Severus è Britanniâ evocatus & in Ju- An: Ch.
æam contra eum missus est; is non ausus cum auda-
issimis ac desperatæ salutis latronibus acie dimicare,
rahere bellum, & carptim eos intercipere satius du-
it. Cæterum eodem anno DCCCLXXX. Nabonazari,
tque XVII. Hadriani (& quidem transactis Epochæ
Augustorum juxta Ægyptios annos CIXI. diebus
XVI.) præter primam lunarium Eclipsium supra ex-
positarum, observavit Ptolemæus (uti ipse refert
ib. III. c. VIII.) autumni æquinoctium contigisse
lie VII. mensis Athyr sive XXV. Septembris.

A. M. 4137. Ol. 228. 1. vel 227. 4. def. Imp. Hadr. 18. ex 11. die Augusti.

Ev. 105. R. C. 881. 884. C. Coss. {C. Jul. Serv. Urs. Sev. III. / C. Vibius Juventius Verus.} 885. F. M. 886. V. {Ag. 12. 4} 133.

Iis Coss. bellum Judaicum in Palæstinâ finem accepit, rebus Judæorum penitus oppressis; & duce eorum Barchozbâ (qui Barchochebas haberi voluit) deprehenso, & interfecto: indeque Judæis Hierosolymas introire vetitum fuit.

A. M. 4138. Ol. 228. 2. vel 1. def. Imp. Hadr. 19. ex 11. die Aug.

Ev. 106. R. C. 882. 885. C. Coss. {Pompeianus Lupercus. / L. Jul. Atticus Acilianus.} 886. F. M. 887. V. {Ag. 13. 1} 134.

Hadrianus quo ægrius Judæis faceret, in portâ Æliæ ubi erant Hierosolyma à se conditæ, suem in marmore exsculpi jussit.

A. M. 4139. Ol. 228. 3. vel 2. def. Imp. Hadr. 20. ex 11. die Aug.

Ev. 107. R. C. 883. 886. C. Coss. {C. Ceion. Comodus Verus. / S. Vet. Civica Pompeianus.} 887. F. M. 888. V. {Ag. 13. 2} 135.

Is Commodus Verus eodem anno die natali imperii Hadriani ab eo adoptatus, Cæsar appellatus, & Tribunitiam potestatem adeptus est.

A. M. 4140. Ol. 228. 4. vel 3. def. Imp. Hadr. 21 ex 11. die Aug.

136. Ev. 108. R. C. 884. 887. C. Coss. { L. Æl. Hadr. fil. Ver. Cæs. II. / P. Coel. Balb. Vibullius. } 888. F. M. / 889. V. { Ag. 13. 3.

Verus Cæsar ab Hadriano ante quinquemestre adoptatus, ipsis Kal. Jan. primo secundi consulatus sui die mortuus est.

A. M. 4141. Ol. 229. 1. vel 228. 4. def. Imp. Hadr. 21. & ultimo.

137. Ev. 109. R. C. 885. 888. C. Coss. { Sulpic. Camerinus. / Q. Niger Magnus. } 889. F. M. / 890. V. { Ag. 13. 4.

Iis Coss. v. Kal. Mart. T. Aurelius Fulvus Antoninus ab Hadriano Imp. adoptatus, Cæsar appellatus, & Tribunitiam potestatem adeptus est. Eodem anno mortuo Imperatore Hadriano die VI. Idus sive X. Julii, postquam imperaverat fere XXI. annos, Imperium adeptus est T. Aurelius Hadrianus Antoninus Pius.

A. M. 4142. Ol. 229. 2. vel 1. def. Imp. Antonini 2. ex 10. die Jul.

138. Ev. 110. R. C. 886. 889. C. Coss. { Imp. Hadr. Ant. Pius II. / Bruttius Præsens. } 890. F. M. / 891. V. { Ag. 14. 1.

Iis Coss. uti refert Censorinus, XXI. C. initium anni Nabonazari convenit in eundem diem quo Canicula in Ægypto faceret exortum, nempe in diem XIII. non XII. ut mendose apud eum legitur, Kal. Augusti. Quum vero ex multis observationibus Ptolemæi manifestum sit, primum annum Imperii Antonini convenisse anno DCCCLXXXV. Nabonazari, ac CDLXI. à morte Alexandri, neque ulla controversia sit de annis Hadriani: inde demum satis constat, Trajani imperii tempus à nobis superius recte definitum esse. Porro iisdem Coss. V. Kal. Mart. M. Annius Verus (qui inde pro Annio Aurelius cœpit vocari) & L. Ælius Verus,

ab

 An: Ch.

ab Imperatore Antonino adoptati, Cæsares appellati sunt.

A. M. 4143. Ol. 229. 3. vel 2. def. Imp. Ant. 3. ex 10. die Jul.

Ev. 111. R. C. 887. 890. C. Coss. {Imp. Hadr. Ant. Pius III. / M. Aur. Ant. Imp. f. Cæs.} 891. F. M. 892. V. {Ag. 14. 2.} 139.

Iis temporibus Galenus insignis ille Medicus claruit.

A. M. 4144. Ol. 229. 4. vel 3. def. Imp. Antonini 4. ex 10. die Jul.

Ev. 112. R. C. 888. 891. C. Coss. {M. Ped. Syllogâ Ptiscinus / T. Hoenius Severus.} 892. F. M. 893. V. {Ag. 14. 3.} 140.

Circa id tempus Justinus Christianus Philosophus, librum pro religione sua conscriptum Antonino Imperatori obtulit.

A. M. 4145. Ol. 230. 1. vel 229. 4. def. Imp. Ant. 5. ex 10. die Jul.

Ev. 113. R. C. 889. 892. C. Coss. {L. Cuspius Rufinus. / L. Statius Quadratus.} 893. F. M. 894. V. {Ag. 14. 4.} 141.

Iis Coss. Agonem Capitolinum xv. celebratum esse colligit Onuphrius ex antiqua inscriptione, qua Antoninus Augustus Tribun. pot. v. dicitur constitutor sacri certaminis; quod quum verum esse appareat, duplicem nostram sententiam à vulgari opinione diversam confirmat, alteram de annis Imperii Trajani tantummodo octodecim & dimidio; ideoque uno pari consulum ordinariorum Fastis Vulgaribus eximendo; alteram de tempestate celebrati Agonis, ineunte autumno: utpote medio Septembri; alioquin enim, si ut communis fert opinio, celebraretur mense Januario, utique celebratus esset, vel ante v. Trib. pot. Antonini, vel sequentibus consulibus.

An. Ch

A. M. 4146. Ol. 230. 2. vel 1. def. Imp. Ant. 6. ex 10. die Julii.

142. Ev. 114. R. C. 890. 893. C. Coſſ. {C. Bellicius Torquatus. / T. Claud. Atticus Herodes.} 894. F. M. / 895. V. Ag. 15. 1.

Herodis Attici viri doctiſſimi frequens mentio eſt apud A. Gellium; eundem inter M. Aurelii præceptores numerat Julius Capitolinus.

A. M. 4147. Ol. 230. 3. vel 2. def. Imp. Ant. 7. ex 10. die Julii.

143. Ev. 115. R. C. 891. 894. C. Coſſ. {P. Avitius Lollianus. / C. Ganius Maximus.} 895. F. M. / 896. V. Ag. 15. 2.

Ganius Maximus vir ſeveriſſimus, præfectus Prætorio Antonini fuit, uſque ad xx. Imperii ejus annum; uti refert Julius Capitolinus.

A. M. 4148. Ol. 230. 4. vel 3. def. Imp. Ant. 8. ex 10. die Julii.

144. Ev. 116. R. C. 892. 895. C. Coſſ. {Imp. Hadr. Ant. Pius IV. / M. Aur. Ant. Im. f. Cæſ. II.} 896. F. M. / 897. V. Ag. 15. 3.

Iis temporibus Taurus Berytius Platonicæ ſectæ Philoſophus claruit.

A. M. 4149. Ol. 231. 1. vel 230. 4. def. Imp. Ant. 9. ex 10. die Julii.

145. Ev. 117. R. C. 893. 896. C. Coſſ. {Sex. Erucius Clarus II. / Cn. Claud. Severus.} 897. F. M. / 898. V. Ag. 15. 4.

Iis Coſſ. (quorum Erucius urbi præfectus fuit) natus eſt Septimius Severus, poſtea Imperator, undecimo die Apr. ſou 3°. Idus Apr. non bene Sparthan. in Severo. Dio in Severo.

A. M.

A. M. 4150. Ol. 231. 2. vel 1. def. Imp. Ant. 10. ex 10. die Julii. An: Ch:

Ev. 118. R. C. 894. 897. C. Coss. {M. Valerius Largus. / M. Valer. Messallinus.} 898. F.M. 899. V. {Ag. 16. 1} 146.

Iis Coss. (quibus Baronius rursus è Cassiodoro perperam præfert Gordianum & Maximum quadriennio anticipato) M. Aurelius Cæsar, accepta in Matrimonium Faustinâ Antonini Imperatoris filia, v. Kal. Mart. Trib. potestatem quoque accepit. Cæterum ab anno secundo Vespasiani ineunte, ad decimum Antonini desinentem fuerunt anni LXXVII. juxta calculum apud Clementem Strom. 1.

A. M. 4151. Ol. 231. 3. vel 2. def. Imp. Ant. 11. ex 10. die Julii.

Ev. 119. R. C. 895. 898. C. Coss. {C. Bellicus Torquat. II. / M. Salvius Julianus II.} 899. F.M. 900. V. {A. 16. 2.} 147.

Is quoque Julianus fuit præfectus Urbi & Maximus Jurisconsultus. Baronius vero istic quoque è Cassiodoro male Romulum & Glabrionem Coss. imputat.

A. M. 4152. Ol. 231. 4. vel 3. def. Imp. Antonini 12. ex 10. die Julii.

Ev. 120. R. C. 896. 899. C. Coss. {Ser. Corn. Scip. Orfit. / Q. Nonius Priscus.} 900. F.M. 901. V. {Ag. 16. 3.} 148.

Iis temporibus claruit Arrianus Nicomediensis Historicus & Philosophus, atque Maximus Tyrius. Ei quoque anno, ut & sequenti Baronius è Cassiodoro altera consulum paria imputat.

A. M. 4153. Ol. 232. 1. vel 231. 4. def. Imp. Ant. 13. ex 10. die Julii.

Ev. 121. R. C. 897. 900. C. Coss. {Romulus Gallicanus. / Antistius Vetus.} 901. F.M. 902. V. {Ag. 16. 4.} 149.

Iisdem temporibus claruerunt Apollonius Chalcidicus Stoicus, & Basilides Scytho Politanus, Philosophi

phi insignes, qui etiam Veri Cæsaris præceptores fuerunt.

A. M. 4154. Ol. 232. 2. vel 1. def. Imp. Antonini 14. ex 10. die Julii.

150. Ev. 122. R.C. 898. 901. C. Coss. { Sex. Quin. Gordianus. / Sex. Quint. Maximus. } 902. F.M. 903. V. { Ag. 17. 1.

Eos Coss. ante quadriennium perperam positos istic repetit Baronius, adjectis utique è Cassiodoro Vero & Sabino Coss. altero quadriennio anticipatis.

A. M. 4155. Ol. 232. 3. vel 2. def. Imp. Antonini 15. ex 10. die Julii.

151. Ev. 123. R. C. 899. 902. C. Coss. { Sex. Aelius Glabrio. / C. Val. Omollus Verianus. } 903. F.M. 904. V. { Ag. 17. 2.

Is est Omollus sive Omulus cujus complura libere & jocose dicta Antoninus Imp. semper patienter accepit, uti refert Capitolinus.

A. M. 4156. Ol. 232. 4. vel. 3. def. Imp. Ant. 16. ex 10. die Julii.

152. Ev. 124. R. C. 900. 903. C. Coss. { Bruttius Præsens II. / Antonius Ruffinus. } 904. F. M. 905. V. { Ag. 17. 3.

Circa id tempus fuit Crescens Cynicus Philosophus, qui à Justino Philosopho Christiano reprehensus, eum ad mortem persecutus est.

A. M. 4157. Ol. 233. 1. vel 232. 4. def. Imp. Antonini 17. ex 10. die Jul.

153. Ev. 125. R. C. 901. 904. C. Coss. { L. Æl. Aur. Ver. Cæs. / Sextilius Lateranus. } 905. F. M. 906. V. { Ag. 17. 4

Vero Cæsare abdicante, in ejus locum factus est Consul Aquillius Orfitus. Iis autem Coss. Baronius suo more è Cassiodoro adjicit Coss. Tertullum & Sacerdotem, repetendos denuo post quadriennium, similiterque facit anno insequente.

A. M.

A. M. 4158. Ol. 233. 2. vel 1. def. Imperii Antonini 18. ex 10. die Julii.

Ev. 126. R. C. 902. 905. C. Coss. { C. Julius Severus. / M. Titius Ruf. Sabin. } 906. F.M. 907. V. { Ag. 18. 1 } 154.

Kal. Novemb. suffecti sunt Coss. Antius Pollio & Opimianus: quorum mentio, una cum ordinariis, in antiquâ tabulâ reperta est.

A. M. 4159. Ol. 233. 3. vel 2. def. Imperii Antonini 19. ex 10. die Julii.

E. 127. R. C. 903. 906. C. Coss. { M. Plautius Silv. / L. Sentius Aug. } 907. F. M. 908. V. } Ag. 18. 2. 155.

Eorum Coss. prænomina nonnullis fastis ponuntur. M. Crionius, & C. Serius, alioqui cognomina eadem.

A. M. 4160. Ol. 233. 4. vel 3. def. Imperii Antonini 20. ex 10. die Julii.

Ev. 128. R. C. 904. 907. C. Coss. { * Barbatus. / * Regulus. } 908. F. M. 909. V. { Ag. 18. 3. 156.

De iis Coss. vel quid eorum anno actum sit, nihil compertum est.

A. M. 4161. Ol. 234. 1. vel 233. 4. def. Imperii Antonini 21. ex 10. die Julii.

Ev. 129. R. C. 905. 908. C. Coss. { Q. Flavius Tertullus / Licinius Sacerdos. } 909. F.M. 910. V. { Ag. 18. 4. 157.

Is Tertullus Faustinæ M. Aurelii uxoris mœchus ad scenam usque famosus fuit.

A. M. 4162. Ol. 234. 2. vel 1. def. Imperii Antonini 22. ex 10. die Julii.

Ev. 130. R. C. 906. 909. C. Coss. { Plautius Quinctillus. / Statius Priscus. } 910. F.M. 911. V. { Ag. 19. 1 } 158.

Statius Priscus postea sequentium Imperatorum legatus bello Parthico, prospere rem gessit. Cæterum

gessit etiam Antoninus complura bella per legatos: nam & Britannos per Tollium Urbicum vicit, & Germanos & Dacos, atque Judæos denuo rebellantes, & Alanos, sed & in Achaiâ & Ægypto rebelliones repressit: sed illius gestorum æque bello ac pace fere omnium anni ignorantur.

A. M. 4163. Ol. 234. 3. vel 2. def. Imperii Antonini 23. ex 10. die Julii.

159. Ev. 131. R. C. 907. 910. C. Coss. { Ap. Annius Bradua. / T. Vibius Barus. } 911. F. M. / 912. V. { Ag. 19. 1.

Circa id tempus Bactri, Hyrcani, & Indi legatos ad Antoninum Imperatorem misisse dicuntur.

A. M. 4164. Ol. 234. 4. vel 3. def. Imperii Antonini 24. ex 10. die Julii.

160. Ev. 132. R. C. 608. 911. C. Coss. { M. Aur. Ant. Im. f. Cæs. III. / L. Æl. Aur. Verus Cæs. II. } 912. F. M. / 913. V. { Ag. 19. 3

His Coss. mortuo Imperatore Antonino Pio, ut quidem videtur, circa diem VII. sive nonas, non Martii ut vulgo putatur, sed Octobris, transacto LXXV. anno ætatis juxta Aurelium Victorem, quum, Julio Capitolino auctore, natus fuerat Septembre, Domitiano XII. & Dolabellâ Coss. at Consulum ordinariorum pari LXXVII. à natali juxta Cassiodorum; quum Tribunitiam supremam, & sacrosanctam potestatem gesserat prope XXIV. annos, juxta antiquam inscriptionem, & Xiphilinum Dionis abbreviatorem, nempe supra annos XXIII. integros juxta Eutropium & Victorem alterum, menses septem ac dies sex juxta Theophilum Antiochenum qui eodem tempore floruit, quasi à fine Februarii precedente mortem Hadriani; ab illius vero morte imperaverat annos viginti tres, insuperque juxta Eusebium & Cassiodorum menses tres: ei successit adoptivus filius & gener, M. Aurelius Antoninus dictus etiam Philosophus; qui mox adoptivum fratrem sive filium, assumtum quoque sibi generum, appellatum

cellatum L. Aurelium Verum Commodum Imperii consortem fecit. Itaque tunc primum duo Augusti pari imperio potiti sunt: atque duo Augusti Coss. primum appellati sunt. Gerebat autem tunc M. Aurelius Tribunitiam potestatem XV. ut ex antiquis eorum nummis colligitur.

Ver.

A. M. 4164. Ol. 235. 1. vel 234. 4. def. Impp. M. Aur. & L. A. 2. ex 7. d. Oct.

Ev. 133. R. C. 909. 912. C. Coss. { Im. M. Aur. Ant. IV. / Im. L. Aur. Ver. III. } Duo Aug. II { 913. F. M. / 914. V. } Ag. 19. 4 161

Is consulatus, vulgaribus Onuphrii, Goltzii, Baronii, &c. Fastis omissus, videtur demum ponendus vice illius Cornelii Palmæ & Calvisii Tulli, exempti undecimo anno imperii Trajani: auctoritate primum Cassiodori, qui saltem duos annos interjicit inter præcedentem consulatum Bari & & Braduæ, ac sequentem Rustici & Aquilini; deinde Fastorum Græcorum, qui eosdem Coss. bis ponunt: præterea vero ratione probabili, quatenus soliti erant Imperatores anno primo post susceptum imperium, suscipere etiam Consulatum ordinarium. Videtur autem fuisse triplex ratio ejus Consulatus signandi Fastis: vel Aurelius Antoninus IV. & Aurelius Verus III. juxta Cassiodorum, etsi apud eum legatur V. pro IV. vel duo Augusti II. juxta Græcos Fastos; vel quia anno precedente ad finem tendente duo Augusti Coss. primum appellati, Consulatum hoc anno continuarunt. Hic annus signatus est P. C. id est post Consulatum Impp. Augg. Aurelii Antonini III. & Aurelii Veri II. cujus manifesta vestigia extant item apud Cassiodorum, atque in nummis ubi Imperatorum alterius Tribunitia potestas XVI. cum Consulatu III. alterius Tr. P. II. cum C. II. juncta reperitur. Huc autem spectare videtur quod scribit Spartianus in Ælio Vero his Verbis, *Verus certe cum Marco æquale gessit imperium:* nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt, & quorum Fastis Consularibus sic nomina

præscribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini sed duo Augusti; tantumque hujus rei & novitas & dignitas valuit, ut Fasti Consulares nonnulli ab his sumerent ordinem Consulum, inquit Spartianus. Nimirum sequentibus annis signatis, post Consulatum duorum Augustorum, II. III. IV. &c. quod à Diocletiani Imperatoris temporibus crebrius factitatum est.

pridie Cal. Sept. *His Coss. natus est Commodus Imp. Lampid. in Com.*

A. M. 4166. Ol. 235. 2. vel 1. def. Impp. M. Aur. & L. Ver. 3. ex 7. d. Oct.

162. Ev. 134. R. C. 910. 913. C. Coss. { Q. Junius Rusticus / Vettius Aquillinus. } 914. F. M. / 915. V. { Ag. 20. 1.

Junius Rusticus Philosophus è sectâ Zenonis, fuit unus è Præceptoribus M. Aurelii. Cum eo, hoc anno, sive alio ejusdem nominis, anno alio, Consul suffectus, Kal. Jul. Q. Flavius Tertullus reperitur in veteri inscriptione. Circa id tempus Vologesus Parthorum rex, Provincias Romanas sibi vicinas depopulatus est.

A. M. 4167. Ol. 235. 3. vel 2. def. Impp. M. Aur. 2. Ver. 4. ex 7. die Oct.

163. Ev. 135. R. C. 911. 914. C. Coss. { L. Papirius Ælianus. / Junius Pastor. } 915. F. M. / 916. V. { Ag. 20. 2.

Circa id tempus L. Verus Imperator in Orientem profectus, Antiochiæ degens bellum Parthicum & Armeniacum per legatos prospere gessit; receptis à Statio Prisco Artaxatis, datoque Armeniis Rege, unde uterque Imperator appellatus est Armeniacus.

A. M. 4168. Ol. 235. 4. vel 3. def. Impp. M. Aur. & L. Ver. 5. ex 7. d. Oct.

164. Ev. 136. R. C. 912. 915. C. Coss. { Julius Macrinus. / L. Cornelius Celsus. } 916. F. M. / 917. V. { Ag. 20. 3.

Circa id tempus à Romanis Seleucia expugnata est, ac Babylonem & in Mediam usque perventum est, unde etiam Parthicus & Medicus uterque Imperator appellatus est.

A. M.

Ann. Ch.

A. M. 4169. Ol. 236. 1. vel 233. 4. def. Impp. M. Aur. & L. Ver. 6. ex 7. d. Oct.

Ev. 137. R. C. 913. 916. C. Coss. { Servilius Pudens. / L. Cornel. Scip. Orfitus. } 917. F. M. 918. V. { Ag. 20. 4. } 165.

His Coss. (quorum prænomina alias ponuntur. L. Arrius & M. Gabinus), ambo Imperatores M. Aurelius Antoninus, & Lucius Aurelius Verus, post quinquennium reversus Romam, una triumpharunt de Parthis, Medis, Armenis, & Rege Vologese, ex Oriente.

A. M. 4170. Ol. 136. 2. vel 1. def. Impp. M. Aur. & L. Ver. 7. ex 7. d. Oct.

Ev. 138. R. C. 914 917. C. Coss. { Servilius Pudens II. / T. Vitrasius Pollio. } 918. F. M. 919. V. { Ag. 21. 1. } 166.

Iis Coss. (quorum alter T. Vitrasius aliter appellatur L. Sufidius) bellum Marcomannicum, natum & suspensum dum gerebatur Parthicum; eo finito, majore apparatu susceptum. 4°. Id. Oct. Comodus Cæsar nominatur. Lampid. in Com.

A. M. 4171. Ol. 236. 3. vel 2. def. Impp. M. Aur. & L. Ver. 8. ex 7. die Oct.

Ev. 139. R. C. 915. 918. C. Coss. { Im. L. Aur. Verus IV. / T. Numid. Quadratus. } 919. F. M. 920. V. { Ag. 21. 2. } 167.

Iis Coss. M. Aurelius Imperator, susceptâ expeditione in Germaniam, bellum gessit contra Marcomannos, & eorum socios.

A. M. 4172. Ol. 236. 4. vel 3. def. Impp. M. Aur. & L. Ver. 9. ex 7. d. Sep.

Ev. 140. R. C. 916. 919. C. Coss. { L. Vettius Paullus. / T. Junius Montanus. } 920. F. M. 921. V. { Ag. 21. 3. } 168.

Circa id tempus, Romanis contra Marcomannos, Quados, Sarmatas, Dacos, dimicantibus, gravis pestilentia multas Provincias imperii, ipsamque urbem

depopulata eſt; quam Verus Imperator, ex Oriente ſecum attuliſſe ferebatur.

A. M. 4173. Ol. 237. 1, vel 236. 4. def. Im. M. Aur. & L. Ver. 10. ex 7. d. Oct.

169. Ev. 141. R. C. 917. 920. C. Coſſ. { Soſius Priſcus. / Q. Cœlius Apollinaris. } { 921. F.M. / 922. V. } { Ag. 21. 4.

Iis Coſſ. L. Aurelius Verus Commodus Imperator mortuus eſt; poſtquam imperaverat novem annos, ut colligitur ex epitaphio ejus, quod adhuc Romæ extare dicitur; quanquam hiſtorici magno conſenſu undecim annos ei tribuunt.

A. M. 4174. Ol. 237. 2. vel 1. def. Imp. M. Aurelii 11. ex 7. die Oct.

170. Ev. 142. R. C. 918. 921. C. Coſſ. { L. Junius Clarus. / M. Aur. Sever. Cethegus. } { 922. F.M. / 923. V. } { Ag. 22. 1.

Circa id tempus Melito Sardenſis Epiſcopus Apologeticum pro Chriſtianis Imperatori obtulit.

A. M. 4175. Ol. 237. 3. vel 2. def. Imp. M. Aurelii 12. ex 7. die Octob.

171. Ev. 143. R. C. 919. 922. C. Coſſ. { L. Septimius Severus II. / * Herennianus. } { 923. F.M. / 924. V. } { Ag. 22. 2.

Illis temporibus floruit Oppianus Cilix Poeta: qui Halieutica miro ſplendore conſcripſit.

A. M. 4176. Ol. 237. 4. vel 3. def. Imp. M. Aurelii 13. ex 7. die Octob.

172. Ev. 144. R. C. 920. ~~924. C.~~ 923. C. Coſſ. { Claudius Maximus. / Cor. Scipio Orfitus. } { 924. F.M. / 925. V. } { Ag. 22. 3.

Claudius Maximus, vir doctus, fuit unus ex iis quorum auditor fuit M. Aurelius.

A. M.

Ann. Ch.

A. M. 4177. Ol. 238. 1. vel 237. 4. def. Imp. M. Aurelii 14. ex 7. die Octob.

Ev. 145. R. C. 921. 924. C. Coss. {Cn. Claudius Severus II. / M. Aurel. Pompeianus.} 925. F. M. 926. V. {Ag. 22. 4.} 173.

Claudius Severus Peripateticæ disciplinæ, M. Aurelii Præceptor fuit. Pompeianus autem ab ipso ad bellum Germanicum proficiscente gener assumtus. Iis autem Coss. ut ex Julio Capitolino apparet, M. Aurelius instituens alteram profectionem in Germaniam, sub ipsis profectionis diebus filium septennem amisit: & quia Ludi Jovis Opt. Max. erant, (id est, ut videtur, Capitolini) interpellari eos publico luctu voluit.

A. M. 4178. Ol. 238. 2. vel 1. def. Imp. M. Aur. 15. ex 7. die Octob.

Ev. 146 R. C. 922. 925. C. Coss. {Fulvius Flaccus. / Ap. Annius Trebon. Gallus.} 926. F. M. 927. V. {Ag. 23. 1} 174.

Iis Coss. nonis Juliis Marcus Imperator, filio Commodo accersito ad limitem Germanicum, togam virilem dedit: quo tempore Anidius Cassius in Oriente à se descivit. Postea vero fulmen de cœlo precibus suis, vel potius Christianorum militum quos in exercitu suo habebat, contra hostium machinamentum extorsit, suis pluviâ impetratâ quum siti laborarent. b b. {Lampr. in Comm.

A. M. 4179. Ol. 238. 3. vel 2. def. Imp. M. Aur. 16. ex 7. die Octob.

Ev. 147. R. C. 923. 926. C. Coss. {Calpurnius Piso. / M. Salvius Julianus.} 927. F. M. 928. V. {Ag. 23. 2.} 175.

Iis Coss. M. Aurelius Commodus Cæsar, Marci Imperatoris filius, Tribunitiam potestatem accepit XIII. Kal. Februarias. Anidius autem Cassius Syriæ legatus, qui anno præcedente descierat, interfectus est. Marcus Imperator in Orientem profectus est. b

A. M.

An. Ch. A. M. 4180. Ol. 238. 4. vel 3. def. Imp. M. Aur. 17. ex 7. die Octob.

176. Ev. 148. R. C. 924. 927. C. Coſſ. {T. Vitraſius Pollio II. 928. F.M. / M. Flavius Aper. II. 929. V.} Ag. 23. 3.

Iiis Coſſ. M. Aurelius Antoninus Imperator Auguſtus, ex Oriente reverſus Romam, filio Commodo etiam appellato Imperatore Auguſto, die v. Kal. Decembris: una cum eo de Marcomannis, Quadis, Suevis, Sarmatiſque Germanis triumphavit x. Kal. Januarii.

177. A. M. 4181. Ol. 239. 1. vel 238. 4. def. Imp. M. Aurelii 18. ex 7. die Octob.

Ev. 149. R. C. 923. 928. C. Coſſ. {Im. L. Aur. Commodus. 930. F.M. / Plautius Quinctillus. 931. V.} Ag. 23. 4

Iis Coſſ. Marcomanni bellum contra Romanos redintegrarunt.

A. M. 4182. Ol. 239. 2. vel 1. def. Imp. M. Aurelii 19. ex 7. die Octob.

178. Ev. 150. R. C. 926. 929. C. Coſſ. {Vettius Rufus. 930. F.M. / Cornelius Scipio Orfitus. 931. V.} Ag. 24. 1.

Iis Coſſ. circa initium menſis Auguſti, Commodo filio comite, Marcus Imperator videtur ſuſcepiſſe tertiam expeditionem contra Marcomannos.

A. M. 4183. Ol. 239. 3. vel 2. def. Imp. M. Aur. 20. ex 7. die Octob.

179. Ev. 151. R. C. 927. 930. V. Coſſ. {Imp. L. Aur. Commodus II. 931. F.M. / Veſpronius Cand. Verus. 931 V.} Ag. 24. 2

Iis Coſſ. Kal. Julii ſuffecti ſunt Coſſ. P. Helvius Pertinax & M. Didius Severus Julianus, quorum uterque deguſtavit.

imperium.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4184. Ol. 239. 4. vel 3. des. Imperii Commodi 1. ex 17. die Martii.

Ev. 152. R. C. 928. 931. C. Coss. { Bruttius Præsens II. / Sex. Qu. Gordianus. } 932. F. M. 933. V. { Ag. 24. 3. 180.

Pro Gordiano alias habetur Condianus. Iis Coss. mortuo M. Aurelio Antonino Philosopho Syrmii in Pannonia, die XVII. Martii, sive XVI. Kal. Apr. anno vitæ juxta Julium Capitolium sexagesimo primo, quum natus esset mense Aprili, avo suo Annio Vero iterum & Augure Coss. id est, sexagesimo primo Consulum ordinariorum pari à natali; unde constat omnino inserendum esse illum, sive iteratum sive continuatum, Consulatum duorum Augustorum initio imperii ejus: transactis vero annis imperii ipsius novendecim, mensibus vero quinque, qui ab Historicis omissi sunt, ac diebus decem, L. Aurelius Commodus ejus filius solus Imperio potitus est.

A. M. 4185. Ol. 231. 1. vel 239. 4. des. Imperii Commodi 2. ex 17. die Mart.

Ev. 153. R. C. 929. 932. C. Coss. { Im. Aur. Commodus III. / Antistius Burrus. } 933. F. M. 934. V. { Ag. 24. 4 181.

Iis Coss. Commodus de Germanis & Pannoniis iterum triumphavit.

A. M. 4186. Ol. 240. 2. vel 1. des. Imperii Commodi 3. ex 7. die Martii.

Ev. 154. R. C. 930. 933. C. Coss. { Petronius Mamertinus. / M. Vett. Trebellius Rufus. } 934. F. M. 935. V. { Ag. 25. 1. 182.

Kal. Julii suffecti sunt Coss. Æmilius Juncus & Atilius Severus, qui postea in exilium acti sunt.

An. Ch.

A. M. 4187. Ol. 240. 3. vel 2. def. Imperii Commodi 4. ex 17. die Martii.

183. Ev. 155. R. C. 931. 934. C. Coſſ. {Imp. Aur. Commod. IV. / M. Aufidius Victorinus} 935. F. M. 936. V. {Ag. 25. 2.

Circa id tempus Thermæ Commodianæ Romæ magnis ſumptibus factæ ſunt: & Commodus Imperator appellatus eſt Britannicus.

A. M. 4188. Ol. 240. 4. vel 3. def. Imperii Commodi 5. ex 17. die Martii.

184. Ev. 156. R. C. 932. 935. C. Coſſ. {M. Eggius Marullus. / Num. Paprius Ælianus.} 936. F. M. 937. V. {Ag. 25. 3.

Iis Coſſ. Commodus, incertum ex quo bello, Imperator VI. appellatus eſt.

A. M. 4189. Ol. 241. 1. vel 240. 4. def. Imperii Commodi 6. ex 17. die Mart.

185. Ev. 157. R. C. 933. 936. C. Coſſ. {Triarius Maternus. / M. Atil. Metellus Bradua} 937. F. M. 938. V. {Ag. 25. 4

Kal. Jul. ſuffecti ſunt Coſſ. C. Peſcennius Niger II. & L. Septimius Severus: quorum uterque poſtea Imperator appellatus eſt: ſed & Appuleius Rufinus & viginti alii eodem anno ſuffecti ſunt. Namque eo anno primum viginti quinque Coſſ. creati ſunt.

A. M. 4190. Ol. 241. 2. vel 1. def. Imperii Commodi 7. ex 17. die Martii.

186. Ev. 158. R. C. 934. 937. C. Coſſ. {Im. Aur. Commodus V. / Man. Acilius Glabrio II.} 938. F. M. 939. V. {Ag. 26. 1.

Is Glabrio antiquæ nobilitatis, poſtea à Pertinace Imperatoriâ ſellâ collocatus, ei ceſſit Imperio.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4191. Ol. 241. 3. vel 2. def. Imperii Commodi 8. ex 17. die Martii.

Ev. 159. R. C. 935. 938. C. Coss. { Clodius Crispinus. Papirius Ælianus. } 939. F. M. 940. V. { Ag. 26. 2. 187.

Iis Coss. Capitolio Romæ tacto de cœlo, vicina etiam Bibliotheca conflagravit.

A. M. 4192. Ol. 241. 4. vel 3. def. Imperii Commodi 9. ex 17. die Martii.

Ev. 160. R. C. 836. 939. C. Coss. { C. Allius Fuscianus. Tullius Silanus. } 940. F. M. 941. V. { Ag. 26. 3 188.

Circa id tempus Perennius, qui fuerat minister tyrannidis Commodi, à militibus Britannicis discerptus est.

A. M. 4193. Ol. 242. 1. vel 231. 4. def. Imperii Commodi 10. ex 17. die Mart.

Ev. 161. R. C. 937. 940. C. Coss. { Junius Silanus. Q. Servilius Silanus. } 941. F. M. 942. V. { Ag. 26. 4 189.

Circa id tempus Commodus Colosseo simulachro solis effigiem gerenti, caput demsit, suæque imaginis caput imposuit.

A. M. 4194. Ol. 242. 2. vel 1. def. Imperii Commodi 11. ex 17. die Mart.

Ev. 162. R. C. 938. 941. C. Coss. { Imp. Aur. Commodus VI. Petronius Septimianus. } 942. F. M. 943. V. { Ag. 27. 1. 190.

Circa id tempus Cleander, olim de catastâ emptus, alterque post Perennium minister tyrannidis Commodi, furori populi, cum necessitudinibus, occidendus, uncoque trahendus, traditus est.

An. Ch.

A. M. 4195. Ol. 242. 3. vel 2. def. Imperii Commodi 12. ex 17. die Mart.

191. Ev. 163. R. C. 939. 942. C. Coss. { Cassius Apronianus. / M. Atil. Metellus Bradua II. } 943. F. M. { Ag. / 944. V. { 27. 2

Iis Coss. altero Romæ orto incendio, præter alia plurima & pulcherrima urbis ædificia, etiam augustissimum illud templum Pacis concrematum est; sed & Vestæ, ita ut Palladium nudum conspiceretur.

A. M. 4196. Ol. 242. 4. vel 3. def. Imperii Commodi 13. ex 17. die Mart.

192. Ev. 164. R. C. 940. 943. C. Coss. { Im. Aur. Commodus VII. / P. Helvius Pertinax II. } 944. F. M. { Ag. / 945. V. { 27. 3

Ejus Consulatus fine, pridie Kalend. Januarii, Aurelius Commodus Imperator strangulatus & interfectus est, postquam imperaverat annos duodecim, mensesque novem ac dimidium: anno Augustano Ægyptiorum ducentesimo vicesimo secundo, ut constat ex triplici vel quadruplici calculo, apud Clementem Alexandrinum primo Stromat. ac CCXXXVI à cæde Julii Cæsaris; atque transactis annis CVII. à primo Domitiani Agone Capitolino. Kal. Januariis insequentibus. P. Helvius Pertinax, qui proxime Commodi in Consulatu Collega fuerat, Imperium adeptus est.

A. M. 4197. Ol. 243. 1. vel 242. 4. def. Imp. Pertinacis, Juliani, Nigri, Severi. 1.

193. Ev. 165. R. C. 941. 944. C. Coss. { Q. Sosius Falco. / C. Jul. Fructus Clarus. } 945. F. M. { Ag. 27. 4. / 946. V.

Kal. Martii suffecti sunt Coss. Fl. Claudius Sulpicianus & L. Fabius Cilo Septiminus. Iis Coss. interfecto Pertinace die XXVIII. Martii, sive Kal. Aprilis, tertio mense imperii, M. Didius Severus Julianus Imperium accepit. Kal. Maiis suffectus est Consul Silius Messalla. Circa mensem Maium C. Pescennius Niger Syriæ Legatus Imperator appellatus est.

Circa

Circa Idus Maii etiam, potius quam Augusti, ut alias antehac Spartiani auctoritate impulsus statui, L. Septimius Severus, Germaniæ præfectus, Africâ oriundus, Imperium occupavit: ac Clodium Albinum Britanniæ Præsidem, imperium quoque affectantem sibi conciliavit.

Eodem anno interfecto Didio Juliano, circa Kal. Junii post bimestre & quinque vel VI. dies Imperii, juxta Dionem & Spartianum, potius quam septimestre juxta Eutropium, quem antea secutus sum, Septimius Severus Imperator Romam adveniens, eodem mense Ælium & Probum assumtos sibi generos, suffecit Coss. Kal. Juliis, ut demum videtur. Intra triginta autem dies quam Romam venerat in Orientem contra Pescennium Nigrum profectus est. Aëlium

A. M. 4198. Ol. 243. 2. vel 1. def. Imperii Severi 2. ab idib. sive 15. d. Maii.

Ev. 166. R. C. 942. 945. C. Coss. { Im. L. Septimius Severus II. / D. Clodius Albinus Cæs. II } 946. F. M. / 947. V. { Ag. 28. 1 } 194.

Iis Coss. C. Pescennius Niger, secundo Imperii anno à Septimio Severo devictus, ejusdem jussu interfectus est.

A. M. 4199. Ol. 243. 3. vel 2. def. Imperii Severi 3. ex 15. die Maii.

Ev. 167. R. C. 943. 946. C. Coss. { Q. Flavius Tertullus. / F. Flavius Clemens. } 947. F. M. / 948. V. { Ag. 28. 2 } 195.

Iis Coss. Severus Imperator acri obsidione cinctam oppugnavit, posteaque expugnavit urbem Byzantii, quæ Nigro faverat.

A. M. 4200. Ol. 243. 4. vel 3. def. Imperii Severi 4. ex 15. die Maii.

Ev. 168. R. C. 944. 947. C. Coss. { C. Domitius Dexter II / L. Val. Mess. Thrasea Priscus } 948. F. M. / 949. V. { Ag. 28. 3 } 196.

Circa id tempus Severus in Syriâ, & Mesopotamiâ,

miâ, & Palæstinâ Orientis res componens versatus est.

A. M. 4201. Ol. 244. 1. vel 243. 4. def. Imperii Severi 5. ex 15. die Maii.

197. Ev. 169. R. C. 945. 948. C. Coss. {Ap. Claudius Lateranus. M. Marius Titius Rufinus.} 949. F. M. {Ag. 28. 4} 950. V.

Circa id tempus Severus Judæos & Samaritas bello afflixit: Arabesque, & Adiabenos, & Osrœnos subegit: atque Parthos etiam partim in ditionem redegit Nisibin profectus.

A. M. 4202. Ol. 244. 2. vel 1. def. Imperii Severi 6. ex 15. die Maii.

198. Ev. 170. R. C. 946. 949. C. Coss. {T. Haterius Saturninus Ap. Annius Tribon. Gallus} 950. F. M. {Ag. 29. 1.} 951. V.

Circa id tempus Clodius Albinus Cæsar in Galliâ prope Lugdunum, bello civili à Severo devictus, & interfectus est, ut quidem refert Spartianus, XI. Kal. Martii. Eodem vero anno sub diem XV. sive idus Maias, vel forte initio anni sequentis, M. Aurelius Antoninus Severi filius, ante dictus Bassianus, acceptâ Tribunitiâ potestate, Imperator Augustus appellatus est.

A. M. 4203. Ol. 244. 3. vel 2. def. Imperii Severi 7. ex 15. die Maii.

199. Ev. 171. R. C. 947. 950. C. Coss. {P. Cornel. Anullinus II. M. Ausidius Fronto.} 951. F. M. {Ag. 29. 2.} 952. V.

Circa id tempus Severus Romam reversus, in potentiores qui Nigro & Albino faverant crudeliter sæviit.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4204. Ol. 244. 4. vel 3. def. Imperii Severi 8. ex 15. die Maii.

Ev. 172. R. C. 948. 951. C. Coss. {Tib. Claudius Severus. / C. Aufidius Victorinus.} 951. F. M. 953. V. {Ag. 29. 3. 200.

Iis Coss. Severus novam expeditionem suscepit in Orientem contra Parthos. Rex autem Armeniæ fœdus cum eo fecit; Et Abgarus Osrœnorum Rex, se ei dedidit. Inde vero Severus Arabiam feliciter vastavit.

A. M. 4205. Ol. 245. 1. vel 244. 4. def. Imperii Severi 9. ex 15. die Maii.

Ev. 173. R. C. 949. 952. C. Coss. {L. Annius Fabianus. / M. Nonius Mucianus.} 953. F. M. 954. V. {A. 29. 4. 201.

Circa id tempus Septizonium Romæ extructum est, thermæque Severianæ ibi & Antiochiæ. Severus autem victis Adiabenis, Atras urbem Barsermii eorum Regis præcipuam frustra oppugnavit.

A. M. 4206. Ol. 245. 2. vel 1. def. Imperii Severi 10. ex 15. die Maii.

Ev. 174. R. C. 950. 953. C. Coss. {Im. Septimius Verus III. / Im. M. Aur. Ant. Bassianus.} 954. F. M. 955. V. {Ag. 30. 1. 202.

Iis Coss. Severus secundo successu in Parthorum fines provectus, Ctesiphontem urbem opulentissimam, pulso Artabano Rege, cepit & diripuit. Deinde autem per Alexandriam Romam reversus, cum filio Antonino, de Arabibus, Adiabenis, Parthisque, & Rege Artabano triumphum egit.

A. M. 4207. Ol. 245. 3. vel 2. def. Imperii Severi 11. ex 15. die Maii.

Ev. 175. R. C. 951. 954. C. Coss. {P. Septimius Geta. / L. Sept. Plautianus II.} 955. F. M. 956. V. {Ag. 30. 2. 203.

Septimius Geta fuit frater Severi Imperatoris. Plautianus autem primus omnium appellatus Consul iterum

An°: Chi: rum, quum antea tantummodo Consularia Ornamenta adeptus esset, ab eo ad summum dignitatis culmen evectus, demum affectatæ tyrannidis reus interfectus est.

A. M. 4208. Ol. 245. 4. vel. 3. des. Imperii Severi 12. ex 15. die Maii.

204. Ev. 176. R. C. ~~873~~ 952 ~~876~~ 955. C. Coss. { L. Fabius Cito (Chilo) Sept. II. / M. Annius Libo. } 956. F.M. 957. V. { Ag. 30. 2.

Iis Coss. æstate Severus Imperator celebravit ludos seculares octavos juxta rationem Quindecimvirorum; annis CCXX. post ludos seculares Cæsaris Augusti: anno autem Antiochenorum CCLII. desinente juxta Chronicon Eusebii.

Ludi Seculares octavi.

A. M. 4209. Ol. 246. 1. vel 245. 4. des. Imperii Severi 13. ex 15. die Martii.

205. Ev. 177. R. C. 953. 956. C. Coss. { Im. M. Aur. Ant. Bassianus II. / P. Sept. Severi Im. f. Geta Cæ. } 957. F.M 658. V. { Ag. 30. 4

Getam quoque filium minorem Severus demum appellavit Antoninum. Quia scilicet ex somnio conjecerat Antoninum sibi in Imperio successurum.

A. M. 4210. Ol. 246. 2. vel 1. des. Imperii Severi 14. ex 15. die Maii.

206. Ev. 178. R. C. 954. 957. C. Coss. { M. Nummius Albinus. / Fulvius Æmilianus. } 958. F.M. 959. V. { Ag. 31. 1

Iis Coss. Severus in Britannos bellum movit. Ubi ut receptas Provincias ab incursionibus Barbarorum redderet tutiores, vallum per CXXXII. millia passuum à mari ad mare duxisse fertur.

A. M. 4211. Ol 246. 3. vel 2. des. Imperii Severi 15. ex 15. die Maii.

207. Ev. 179. R. C. ~~959~~ 955. ~~960. C.~~ 958. C. Coss. { M. Flavius Asper. / Q. Allius Maximus. } 958. F.M. 959 V. { Ag. 31. 2.

Quidam iis Coss. vel sequentibus demum, Severum cum filiis in Britanniam profectum esse tradunt.

A. M.

A. M. 4212. Ol. 246. 4. vel 3. def. Imperii Severi 16. ex 15. die Martii. An. Ch.

Ev. 180. R. C. 956. 959 C. Coss. { Im. M. Aur. Ant. Bassianus III. / P. Sep. Sev. Im. F. Geta Cæs. II. } 960. F. M. / 961. V. { Ag. 31. 3 } 208.

Eo anno circa diem 15. sive Idus Maii, etiam P. Septimius Geta, Severi Imperatoris filius alter, acceptâ Tribunitiâ potestate, Imperator Augustus appellatus est; itaque tunc primum fuerunt tres Augusti.

A. M. 4213. Ol. 247. 1. vel 246. 4. def. Imperii Severi 17. ex 15. die Maii.

Ev. 181. R. C. 957. 960. C. Coss. { M. Aur. Claud. Pompeianus / Lollianus Avitus. } 961. F. M. / 962. V. { Ag. 31. 4 } 209.

Claudius Pompeianus, Marci Aurelii Imperatoris ex filia nepos, bis Consul, postea ab Antonino Caracallo interfectus est.

A. M. 4214. Ol. 247. 2. vel 1. def. Imperii Severi 18. ex 15. die Maii.

Ev. 182. R. C. 958. 961. C. Coss. { Man. Acilius Faustinus. / C. Cæson. Macer Rufinianus } 962. F. M. / 963. V. { Ag. 32. 1. } 210.

Circa id tempus Severus deprehendens majorem filium Bassianum Antoninum insidias vitæ suæ tendere, magnum ex eo dolorem cepit.

A. M. 4215. Ol. 247. 3. vel 2. def. Imperii Severi 18. & ultimo.

Ev. 183. R. C. 959. 962. C. Coss. { Q. Evid. Ruf. Lol. Gentian. / Pomponius Bassus. } 963. F. M. / 964. V. { Ag. 32. 2 } 211.

Iis Coss. mortuo Imperatore Severo Eboraci in Britanniâ, die quarto, sive pridie nonas Februarii, postquam imperaverat annos XVII. ac plusquam octo menses: ejus duo filii, Bassianus Antoninus à vestis genere quod Romæ erogavit, cognominatus Caracallus, & Antoninus Geta imperio potiti sunt.

Ann. Ch.

A. M. 4216. Ol. 247. 4. vel 3. def. Imp. Ant. Caracal. & Getæ 2. ex 4. d. Feb.

212. Ev. 184. R. C. 960. 963. C. Coss. { M. Pompeius Asper. / * Asper. } 964. F. M. / 965. V. { Ag. 32. 2.

Iis Coss. Antoninus Geta Imp. jussu Antonini Caracalli fratris sui, in sinu matris interfectus est die 25. Feb. sive 5. Kal. Martii: postquam imperaverat unum annum ac fere mensem.

A. M. 4217. Ol. 248. 1. vel 247. 4. def. Imperii Caracalli 3. ex 4. die Feb.

213. Ev. 185. R. C. 961. 964. C. Coss. { Im. M. Aur. Ant. Carac. IV. / P. Cœlius Sabinus. } 965. F. M. / 966. V. { Ag. 32. 4

Iis Coss. suffecti sunt ex Kal. Martiis M. Antonius Gordianus, ex Kal. Maiis P. Helvius Pertinax. Iisdem Coss. Antonius Caracallus Imperator secundum triumphum egit de Britannis.

A. M. 4218. Ol. 248. 2. vel 1. def. Imperii Caracalli 4. ex 4. die Feb.

214. Ev. 186. R. C. 962. 965. C. Coss. { Silius Messalla. / Aquillius Sabinus. } 966. F. M. / 967. V. { Ag. 33. 1.

Iis Coss. dicitur Caracallus Imp. talares Caracallas populo dedisse, propter quas illud cognomen adeptus est.

A. M. 4219. Ol. 248. 3. vel 2. def. Imperii Caracalli 5. ex 4. die Feb.

215. Ev. 187. R. C. 963. 966. C. Coss. { Æmilius Lætus. / Anicius Cerealis. } 967. F. M. / 968. V. { Ag. 33. 2.

Circa id tempus Antonius Caracallus Thermas sui nominis miro artificio Romæ ædificavit.

A. M. 4220. Ol. 248. 4. vel 3. def. Imperii Caracalli 6. ex 4. die Feb.

216. Ev. 188. R. C. 964. 967. C. Coss. { Q. Aquillius Sabinus II. / Sex Aurel. Anullinus. } 968. F. M. / 969. V. { Ag. 33. 3.

Iis Coss. Caracallus Juliâ Novercâ uxore ductâ, in Orientem

An°. Ch.

Orientem profectus, Parthos dolo (Artabani Regis fines ingressus, quasi cupiens ipsius gener fieri) potius quam armis subegit; Abgarumque Osroenorum Regem contra fœdus in vincula conjecit.

A. M. 4221. Ol. 249. 1. vel 248. 4. def. Imperii Caracalli 7. ex 4. die Feb.

Ev. 189. R. C. 965. 968. C. Coss. {Bruttius Præsens. / *Extricatus.} 969. F. M. 970. V. {Ag. 33. 4. 217.

Iis Coss. Bassiano Antonino Caracallo Imperatore in Osroenâ apud Edessam insidiis suorum interfecto, die VIII. sive VI. Idus Aprilis, postquam imperaverat annos sex & menses duos, triduo interregni interjecto die XI. sive III. Idus Aprilis, M. Opelius Macrinus, natione Maurus, alter præfectorum in Prætorio, Imperator appellatus est. Isque mox Imperatorem appellavit filium suum Antoninum Diadumenum sive Diadumenianum. Idemque Kal. Maii se iterum, eundemque filium suum Coss. retulit.

A. M. 4222. Ol. 249. 2. vel 1. def. Imperii Macrini 2. ex 11. die Aprilis.

Ev. 190. R. C. 966. 969. V. Coss. {Imp. M. Opelius Macrini. f. / Ant. Diadumenianus. / *Adventus.} 970. F. M. 971. V. {Ag. 34. 1. 218.

Iis Coss. die VII. sive VII. Idus Junias, victo in prælio pauloque post occiso Imperatore Macrino cum filio Diadumeno, postquam imperaverat annum unum & menses fere duos: Imperio potitus est M. Aurelius Antoninus, Emesa urbe Phœnicæ oriundus, Alagabalus sive Heliogabalus Syriace cognominatus ex sacerdotio solis. Isque Kal. Juliis se & M. Aurelium Eutychianum Comazonem præfectum prætorio, cujus ope imperium adeptus erat, Consules retulit.

Ann. Ch.

A. M. 4223. Ol. 249. 3. vel 2. def. Imperii Heliogabali 2. ex 7. die Julii.

219. Ev. 191. R. C. 967. 970. C. Coss. { Im. Ant. Heliogabalus II. / Licinius Sacerdos. } 971. F. M. / 972. V. { Ag. 34 2.

Iis Coss. Heliogabalum templum Romæ ædificatum est.

A. M. 4224. Ol. 249. 4. vel 3. def. Imperii Heliogabali. 3. ex 7. die Junii.

220. E. 192. R. C. 968. 971. C. Coss. { Im. Ant. Heliogabalus III. / M. Aur. Eutych. Comazon. } 972. F. M. / 973. V. { Ag. 34 3.

Nicopolis in Palæstinâ condita

Iis Coss. in Palæstinâ Nicopolis quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita esse fertur, legationem pro ea suscipiente Julio Africano Chronographo.

A. M. 4225. Ol. 250. 1. vel 249. 4. def. Imperii Heliogabali 4. ex 7. die Junii.

221. Ev. 193. R. C. 969. 972. C. Coss. { * Gratus. / Claudius Seleucus. } 973. F. M. / 974. V. { Ag. 34. 4.

Iis Coss. die natali imperii sui nempe VII. Junii. Heliogabalus consobrinum Alexandrum Mammææ filium, Aviæ sive Majoris Amitæ, Juliæ Augustæ suasu Cæsarem appellavit. Eodem anno Africanus, testante Georgio, Chronicon suum terminavit, cujus calculus ad amussim nostro quadrat. tum in collatione Coss. ad Olymp. tum quod eum Grati & Seleuci Consulatum numerat 725. à primo Bruti.

☞ Hoc anno Jul. Africanus Chronicon suum terminabit.

A. M. 4226. Ol. 250. 2. vel 1. def. Imperii Heliogabali 4. & ultimo.

222. Ev. 194. R. C. 970. 973. C. Coss. { Im. Ant. Heliogabalus IV. / M. Aur. Sev. Alex. Cæsar. } 974. F. M. / 975. V. { Ag. 35. 1.

Heliogabalo cum matre in Tyberim projecto

Iis Coss. interfecto Pseudantonino Heliogabalo Sardanapalo Imperatore impurissimo cum matre Soemiâ, & in Tyberim projecto, postquam imperaverat annos III. menses IX. die X. sive VI. Idus Martii; M. Aure-

projecto decimo die Martii, M. Aurelius Severus Alexander, Mæsæ sororis Juliæ Augustæ, ex Mammæa filia nepos Impio potitur.

lius Severus Alexander, Mæsæ sororis Juliæ Augustæ uxoris Severi, ex Mammæâ filiâ nepos, imperio potitus est. An. Ch.

A. M. 4227. Ol. 250. 3. vel 2. def. Alexandri 2. ex 10. die Martii.

Ev. 195. R. C. 971. 974. C. Coss. { * Maximus. / Papirius Ælianus. } 975. F. M. / 976. V. { Ag. 35. 2. 223.

Circa id tempus Alexander abdicatis turpissimis Magistratibus ab Heliogabalo constitutis, meliores ad capessenda Reip. munia invitavit, ac recusantes compulit.

A. M. 4228. Ol. 250. 4. vel 3. def. Alexandri 3. ex 10. die Martii.

Ev. 196. R. C. 972. 975. C. Coss. { Claudius Julianus. / Clodius Crispinus. } 976. F. M. / 977. V. { Ag 35. 3. 224.

Iis temporibus Ulpianus Jurisconsultus assessor Alexandri insignis habitus est: qui tamen paulo post à militibus prætorianis interfectus est. Ulpianus Jurisconsultus.

A. M. 4229. Ol. 251. 1. vel 250. 4. def. Imperii Alexandri 4. ex 10. die Mart.

Ev. 197. R. C. 973. 976. C. Coss. { L. Turpilius Dexter. / M. Mœcius Rufus. } 977. F. M. / 978. V. { Ag. 35. 4. 225.

Nonnulli Fasti pro iis Coss. referunt Faustinum & Maximum. Alii pro Rufo habent Fuscum, alii Fuscianum. Iis Coss. Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ sunt. Therma Alexandrina.

A. M. 4230. Ol. 251. 2. vel 1. def. Imperii Alexandri 5. ex 10. die Martii.

Ev. 198. R. C. 974. 977. C. Coss. { Im. M. Aur. Sev. Alex. II. / C. Quintilius Marcellus. } 978. F. M / 979. V. { Ag. 36. 1. 226.

Iis Coss. anno quarto imperii Severi Alexandri quasi completo, Artaxerxes occiso Artabano Rege, Parthorum regnum ad Persas retulit. Artaxerxes occiso Artabano regè Parthorum regnum A. M. ad Persas retulit.

An: Ch.

A. M. 4231. Ol. 251. 3. vel 2. def. Alexandri 6. ex 10. die Martii.

227. Ev. 199. R. C. 975. 978. C. Coss. { D. Cœlius Balbinus II. / M. Clod. Pupienus Max. } 979. F. M / 980. V. { Ag. 36. 2.

Iis Coss. postea Imperatores itidem simul fuerunt.

A. M. 4232. Ol. 251. 4. vel 3. def. Imperii Alexandri 7. ex 10. die Martii.

228. Ev. 200. R. C. 976. 979. C. Coss. { Vettius Modestus. / * Probus. } 980. F. M. / 981. V. { Ag. 36. 3.

Circa id tempus Severus Alexander Imp. cœpit apparare expeditionem contra Persas.

A. M. 4233. Ol. 252. 1. vel 251. 4. def. Alexandri 8. ex 10. die Martii.

229. Ev. 201. R. C. 977. 980. C. Coss. { Im. M. Aur. Sev. Alex. III. / Cassius Dion, Aproniani f. II. } 981. F. M / 982. V. { Ag. 36. 4

Dion Cassius scriptor Græcus Romanæ Historiæ, hucusq; dum perduxit

Is Dion fuit scriptor Græcus Romanæ Historiæ: quam ab urbe condita ad eum usque annum perduxit, sed ea quoque maximâ ex parte hodie desideratur. Suffectus Consul fuit M. Antonius Gordianus II.

A. M. 4234. Ol. 252. 2. vel 1. def. Alexandri 9. ex 10. die Martii.

230. Ev. 202. R. C. 978. 981. C. Coss. { Calpurnius Agricola. / * Clementinus. } 982. F. M. / 983. V. { Ag. 37. 1.

Eorum Coss. loco apud Cassiodorum inepte repetiti sunt Gratus & Seleucus. Circa id tempus Romanis bellum difficile fuit contra Persas.

Bellum difficile Romanos inter & Persas.

A. M. 4235. Ol. 252. 3. vel 2. def. Alexandri 10. ex 10. die Martii.

231. Ev. 203. R. C. 979. 982. C. Coss. { M. Aur. Claud. Pompeianus. / * Felicianus. } 983. F. M / 984. V. { Ag. 37. 2

Sub ea tempora ob incursiones Barbarorum nascentibus

centibus turbis in variis Imperii partibus, varii exercitus ad eas componendas missi sunt.

A. M. 4236. Ol. 252. 4. vel 3. def. Imperii Alexandri 11. ex 10. die Martii.

Ev. 204. R. C. 980. 983. C. Coss. { Julius Lupus. * Maximus. } 984. F. M. 985. V. { Ag. 37. 3. } 232.

Iis fere temporibus actæ feruntur res feliciter per legatos variis locis: & in Mauritaniâ Tingitanâ per Furium Celsum: in Illyrico per Varium Macrinum: & in Armeniâ per Junium Palmatum.

A. M. 4237. Ol. 253. 1. vel 252. 4. def. Imperii Alexandri 12. ex 10. die Mart.

Ev. 205. R. C. 981. 984. C. Coss. { * Maximus II. Ovinius Paternus. } 985. F. M. 986. V. { Ag. 37. 4. } 233.

Circa id tempus nuntiis irruptionis Germanorum transgressorum Rhenum & Danubium in Romanos fines, revocatus ex Oriente Severus Alexander Imperator, triumphavit de Artaxerxe Rege Persarum, quasi mense Octobris. Numeri corrupti apud Herodianum videntur impulisse plerosque in errorem de temporibus gestorum Alexandri Imperatoris Romani in Oriente, alioquin incertis & incertorum.

Revocatus ab Oriente Severus Alexander de Artaxerxe triumphat quasi mense Octobri.

A. M. 4238. Ol. 253. 2. vel 1. def. Imp. Alexandri 13. ex 10. die Martii.

Ev. 206. R. C. 982. 985. C. Coss. { * Maximus. P. Urinatius Urbanus. } 986. F. M. 987. V. { Ag. 38. 1. } 234.

Iis Coss. Alexander ad Germanicum bellum profectus est.

A. M.

An°: Ch.

A. M. 4239. Ol. 253. 3. vel 2. def. Imperii Alexandri 14. ex 10. die Mart.

235 Ev. 207. R. C. 983. 986. C. Coss. { L. Catilius Severus. / L. Ragonius Quinctianus. } 987. F. M / 988. V. { Ag. 38. 2

Interfecto Alexandro & Mammæa 18°. die Martii, C. Julius Maximinus Thrax Imperium invasit.

Iis Coss. interfecto Severo Alexandro cum matre Mammæâ, in tumultu militari, Moguntiaci, die XVIII. Martii, sive XV. Kal. Aprilis, postquam imperaverat annos tredecim & dies octo; C. Julius Maximinus, genere Thrax, primus ex corpore militari sine Senatus authoritate, imperium invasit: idemque circa diem IV. Idus Octobris filium Maximinum Juniorem Cæsarem appellavit.

A. M. 4240. Ol. 253. 4. vel 3. def. Imperii Maximini 2. ex 18. die Martii.

236. Ev. 208. R. C. 984. 987. C. Coss. { Im. C. Jul. Maximinus. / P. Julius Africanus. } 988. F. M. / 989. V. { Ag. 83. 3.

Iis Coss. Maximinus Germaniam Transrhenanam ingressus longe lateque vastavit.

A. M. 4241. Ol. 254. 1. vel 253. 4. def. Imperii Maximini 3. ex 18. die Mart.

237. Ev. 209. R. C. 985. 988. C. Coss. { P. Titius Perpetuus. / L. Ovin. Rusticus Cornel. } 989. F. M / 990. V. { Ag. 38. 4

M. Antonius Gordianus primum in Africa, deinde 27°. die Maii a Senatu Imperator est appellatus. Circa Cal. Julias appellati sunt Impp. M. Clodius Pupienus Maximus & D. Cælius Balbinus, atq; cum iis Cæsar M. Antonius Gordianus puer.

Kal. Maiis suffecti sunt Coss. Julius Silanus & Cn. Messius Gallicanus. Iis Coss. (nisi forte precedentibus) M. Antonius Gordianus, cum filio cognomine, primum in Africâ, deinde autem die XXVII. Maii sive VI. Kal. Julii, Romæ à Senatu, contra Maximinum ejusque filium, Imperator appellatus est. Accepto autem nuncio eorum cædis intra mensem (vel annum) & VI. dies: circa Kal. Julias, ab eodem Senatu appellati sunt Imperatores ac Patres Senatus, D. Cælius Balbinus & M. Clodius Pupienus Maximus; atque cum iis Cæsar M. Ant. Gordianus puer, Gordiani majoris ex filiâ Nepos, vel junioris filius. Suffecti autem sunt (forte

(forte circa Idus Julias) alii Coss. Tib. Claudius Julianus, & Celsus Ælianus. Interfecto vero Maximino cum filio post paucos dies ad Aquileiam, tertio anno imperii haud ita pridem inchoato: nec alii quidem duo Imperatores Balbinus & Maximus diu supervixerunt; sed eodem anno, Imperii sui primo, postquam Maximini & ipsi imperaverant paulo postquam biennium, ut colligere licet ex Julio Capitolino in vitâ Gordiani tertii; & Balbinus quidem menses tres, Pupienus autem centum dies juxta fastos Græcos: nempe circa Idus Septembris, utpote tempestate ludorum Scenicorum Capitolinorum, uti refert Herodianus in fine Historiæ suæ, ipsi quoque à militibus prætorianis interfecti sunt. Itaque eodem anno circa xv. diem Septembris sive xvii. Kalendas Octobris, ac diem tertium ludorum Capitolinorum undequadragesimorum, M. Antonius Gordianus puer annorum firme tredecim Imperator appellatus est, quanquam non sine bello intestino: cujus tamen finis fuit, postquam esset delatus puero Gordiano Consulatus, uti legitur apud Julium Capitolinum: id est postquam Gordianus puer designatus esset Consul, non quidem in annum proxime insequentem, cujus Consules jam antea à Maximo & Balbino designatos fuisse apparet, sed in alterum annum. Onuphrius quidem & Goltzius statuunt Maximi & Balbini cædem sequentibus Consulibus, mense Junio, quo edictum Gordiani extat in codice II. X. XI. quasi eo mense celebrari solitus esset Agon Capitolinus: quibus demum accedere videtur Cæsar Baronius, dum Maximinorum cædem iisdem Coss. statuit, & quidem quarto imperii anno: à seipso interim discedens, qui ad ejus institutionem annum agonalem, non à mense Junio ut Olympiacum, sed sequente Januario numerari solitum scribit. Sed constat Gordianum cœpisse imperare, ante duodecimum diem Aprilis ejusdem anni, quo contigit ingens solis eclipsis, cujus meminit Julius Capitolinus. Quod autem dicit Onuphrius, Censorinum

Ante Chr.

haud

plusq^m.

Balbinus & Pupienus à militibus prætorianis interfecti sunt circa 3d diem Septembris Jul. Capitolini 39^i.

M. Antonius Gordianus puer Imperator appellatus est circa 15^m diem septembris.

sorinum scribere Agonem Capitolinum celebratum esse Ulpio & Pontiano Coss. non est verum; Verba Censorini qui eo anno scripsit in fine cap. XVIII. hæc sunt. *Idem tempus anni magni Romanis fuit, (nempe Græcorum Olympiadi Pentaetericæ æquale) quod lustrum appellabant: ita quidem à Servio Tullio institutum, ut quinto quoque anno lustrum conderetur, sed non ita à posteris observatum. Atque post illud ab Imperatore Vespasiano V. & Tito Cesare III. Coss. factum, lustra plane fieri desierunt: rursus tamen idem annus magnus per Capitolinas Agonas cœptus est diligentius servari, quorum Agonum primus à Domitiano Imperatore institutus est, duodecimo ejus & Ser. Cornelii Dolabellæ consulatu*, (nempe jam tunc *designato & haud ita multo post ineundo.) Itaque hoc nunc anno* (nempe quo de hactenus locutus est) *qui celebratus est Agon, undequadragesimus numeratur.* Hæc Censorinus. Omnino, si circa mensem Junium Domitiano XII. & Dolabella, ac proinde Ulpio & Pontiano Coss. celebratus esset Agon Capitolinus, inter Ægyptiacam Augustorum Epocham & primum Agonem interveniissent anni CXV. quum tantummodo CXIV. interveniisse constat.

A. M. 4242. Ol. 254. 2. vel 1. def. Imperii Gordiani 2. ex & 15. Septembris.

238. Ev. 210. R. C. 986. 989. C. Coss. { M. Ulpius Crinitus. 990. F. M. / Proculus Pontianus. 991. V. } Ag. 391.

Iis Coss. Censorinus scripsit libellum suum de die Natali.

Iis Coss. Censorinus scripsit pereruditum libellum suum de die natali ad Q. Cærellium; & iisdem accommodavit complures annorum Epochas: Quas hic ipsius verbis exponere visum est. Igitur cap. XXI. ita inquit. *Secundum Varronis rationem nisi fallor, hic annus, cujus velut index & titulus quidam est Ulpii & Pontiani Consulatus, ab Olympiade prima millesimus est & quartus decimus,* (cap. XVIII. eundem dixerat ducentesimæ quinquagesimæ quartæ Olympiadis annum secundum) *ex diebus duntaxat æstivis quibus Agon Olympicus celebratur; à Româ autem conditâ* (utique secundum

dum rationem Varronis) *nongentesimus nonagesimus primus, & quidem ex Palilibus unde urbis anni numerantur. Eorum vero annorum, quibus Julianis nomen est ducentesimus octogesimus tertius, sed ex die Kal. Januar. unde Julius Cæsar anni à se constituti fecit principium. At eorum qui vocantur anni Augustorum, ducentesimus sexagesimus quintus, perinde ex Kal. Januar. sed Ægyptii quod biennio ante in potestatem ditionemque populi Romani venerunt, habent hunc Augustorum annum ducentesimum sexagesimum septimum; nam ut à nostris ita ab Ægyptiis quidam anni in literas relati sunt, ut quos Nabonazari nominant, quod à primo imperii ejus anno consurgunt, quorum hic nongentesimus octogesimus sextus est:* Vide nostrum Discursum contra Scaligerum. *item Philippi, qui ab excessu Alexandri magni numerantur, & ad hunc usque perducti annos quingentos sexaginta duos consummant. Sed horum initia à primo die mensis ejus sumuntur, cui apud Ægyptios nomen est Thoth; quique hoc anno fuit ante diem septimum Kal. Jul. id est xxv. die Junii: cum abhinc annos centum, Imperatore Antonino Pio II. & Brutio Præsente Coss. Roma, iidem dies fuerint ante diem duodecimum* (immo decimum tertium) *Kal. August. quo tempore solet* (saltem tum solebat.) *Canicula in Ægypto facere exortum. Quare scire etiam licet, anni illius magni (constantis mille quadringentis sexaginta vertentibus) qui, ut supra dictum est, Solaris & Canicularis & annus Dei vocatur, nunc agi vertentem annum centesimum.* Hactenus Censorinus, per omnia nostris calculis suffragatus, etiam in eo quod annum Nabonazari, eundem cum nostro anno Romæ Conditæ statuerit. Sed juxta Baronium, iis Coss. utpote anno Domini vulgari CCXL. iniverit DCCCCLXXXVIII. annus Nabonazari: ita ut ille cum iisdem ponat Maximinorum, Maximique & Balbini Imperatorum cædes, ac initium Gordiani; Consules, ut alias, biennio, Imperatorum vero tempore inde rursum triennio serius quam oportuit, statuere deprehendatur. Onuphrius autem in utrisque errat uno anno minus.

A. M. 4243. Ol. 254. 3. vel 2. def. Imperii Gordiani 3. ex 15. die Septemb.

239. Ev. 211. R. C. 987. 990. C. Coss. { Im. M. Ant. Gordianus. / Man. Actius Aviola. } 991. F. M. / 992. V. { Ag. 39. 1.

In Eusebii Chronico, & apud Cassiodorum, Pupieni & Balbini cædes ponitur secundo vel tertioanno Imperii Gordiani.

A. M. 4244. Ol. 254. 4. vel 3. def. Imperii Gordiani 4. ex 15. die Septemb.

240. Ev. 212. R. C. 988. 991. C. Coss. { Vettius Sabinus II. / * Venustus. } 992. F. M. / 993. V. { Ag. 39. 3.

Iis Coss. Sabinianus novas res in Africâ contra Gordianum Imperatorem moliens, per Præsidem Mauritaniæ oppressus est. Iisdem Coss. Neronianum lustrum à Gordiano reformatum est, nempe tricesimum septimum teste Aurelio Victore, cum primum institutum fuerit anno Evangelii sexagesimo, & secundum celebratum quinquennio postea, auctore Tacito.

A. M. 4245. Ol. 255. 1. vel 254. 4. def. Imperii Gordiani 5. ex 15. die Sept.

241. Ev. 213. R. C. 989. 992. C. Coss. { Im. M. Ant. Gordianus II. / M. Aur. Claud. Pompeian. } 993. F. M / 994. V. { Ag. 39. 4

Gordianus moliens bellum contra Persas adjubarotur. Terra motus.

Iis Coss. Gordianus moliens bellum contra Persas, invadentes imperii Romani fines, uxorem duxit filiam Misithei, sive Mnesithei, sive Timesiclis, doctissimi viri: cujus consiliis adjuvaretur. uxorem ducit Misithei, cujus consiliis

A. M. 4246. Ol. 255. 2. vel 1. def. Imperii Gordiani 6. ex 15. die Septemb.

242. Ev. 214. R. C. 990. 993. C. Coss. { C. Ausidius Atticus. / C. Asinius Prætextatus. } 994. F. M. / 995. V. { A. 40. 1

Saporem regem Persarum repellit, &c.

Iis Coss. Gordianus, aperto Jano gemino profectus contra Persas, Saporem Persarum regem secundum Antiochia subnobbt, & in regnum suum ab repellit, &c.

ab Artaxerxe, Antiochiâ ſubmovit, & in regnum ſuum repulit: Carraſque ac Niſibin recepit.

A. M. 4247. Ol. 255. 3. vel 2. def. Imperii Philippi 1. ex Septembre.

Ev. 215. R. C. 991. 994. C. Coſſ. { C. Julius Arrianus. / Æmilius Papus. } 995. F. M. 996. V. { Ag. 40. 2.

Iis Coſſ. extincto ſocero, Gordianus Imperator, etiam ipſe, inſidiis M. Julii Præfecti Prætorio in illius locum facti, in Perſidis finibus interfectus eſt, poſtquam imperaverat annis ſex; ut refert Julius Capitolinus. Itaque M. Julius Philippus genere Arabs, Imperio potitus eſt, ut videtur, circa menſem Septembrem ejuſdem anni; quem Onuphrius, Goltzius, Baronius, & alii, ſequentibus demum Coſſ. menſe Martio cœpiſſe imperare poſt Gordiani cædem autumant.

A. M. 4248. Ol. 255. 4. vel 3. def. Imperii Philippi 2. ex Septembre.

Ev. 216. R. C. 992. 995. C. Coſſ. { * Peregrinus. / Fulvius Æmilianus. } 996. F. M. 997. V. { Ag. 40. 3

Iis Coſſ. auditâ Gordiani morte Romæ, à Senatu M. Marcius Imperator appellatus eſt, eoque mox extincto, L. Aurelius Severus Hoſtilianus: qui etiam ipſe mox interiit.

A. M. 4249. Ol. 256. 1. vel 245. 4. def. Imperii Philippi 3. ex Septembre.

Ev. 217. R. C. 993. 996. C. Coſſ. { Im. M. Julius Philippus. / Tib. Fabius Titianus. } 997. F. M. 998. V. { Ag. 40. 4.

Circa id tempus Philippus confirmato imperio Romam venit.

A. M. 4250. Ol. 256. 2. vel 1. def. Imperii Philippi 4. ex Septembre.

246. Ev. 218. R. C. 994. 995. C. 997. Coss. { Bruttius Præsens. / Nummius Albinus. } 998. F. M. 999. V. { Ag. 41. 1.

Philippus filium suum Philippum Imperatorem appellat.

Circa id tempus nempe circa initium quarti anni Imperii sui, Philippus filium M. Julium Philippum juniorem Imperatorem appellavit.

A. M. 4251. Ol. 256. 3. vel 2. def. Imperii Philippi 5. ex Septembre.

247. Ev. 219. R. C. 995. 998. C. Coss. { Im. M. Jul. Philippus II. / Im. M. Jul. Phil. junior. } 999. F. M. 1000 V. { Ag. 41. 2.

Ludi Seculares.

Ii Coss. & Imperatoribus, anno quarto Imperii Philippi majoris, ut intelligere licet ex Julio Capitolino & Orosio, millesimum Romæ conditæ annum magnificis ludis celebrarunt: quos alii ex quibusdam eorum numeris haud recte intellectis, ad sequentem Consulatum referunt.

A. M. 4252. Ol. 256. 4. vel 3. def. Imperii Philippi 6. ex Septembre.

248. Ev. 220. R. C. 996. 999. C. Coss. { Im. M. Jul. Philippus III. / Im. M. Jul. Phil junior II. } 1000. F. M. 1001. V. { Ag. 41. 3.

Circa id tempus Philippus Imperator urbem cognominem Philippopolim in Arabiâ è natali solo condidisse dicitur. Circa idem tempus Jotapianus in Syriâ, & Marinus in Pannoniâ vel Mœsiâ, Imperatores appellati, paulo post oppressi & trucidati sunt.

A. M. 4253. Ol. 257. 1. vel 256. 4. def. Imperii Philippi 6. & ultimo.

249. Ev. 221. R. C. 997. 1000. C. Coss. { Fulvius Æmilianus II. / Vettius Aquilinus. } 1001. F. M. 1002. V. { Ag. 41. 4.

Iis Coss. interfectis Imperatoribus Philippis, Patre Veronæ, postquam imperaverat annos quinque, juxtâ utrumque Victorem, Eutropium & alios, ac circiter dimidium

dimidium, Consulùm vero septimum par imperio attigerat, filio autem Romæ: circa mensem Martium imperium obtinuit Cn. Messius Quinctus, Trajanus Decius. At Baronius Philipporum cædem, & imperii Decii initium statuit secundo Consulatu postea; partim Cassiodori auctoritate, qui tamen ipse errorem suum satis redarguit, quatenus illos occisos refert alteris Coss. post celebratum millesimum annum Urbis conditæ; partim vero cujusdam inscriptionis Veronensis, significantis scilicet, Divum Philippum seniorem Veronæ, & juniorem Romæ, à satellitibus interfectos esse, anno Christi CCLIII: quam veterem vel veram esse eccui sano persuadeat Baronius, quum Onuphrium Pavinninum civem Veronensem, adeo curiosum ejusmodi monumentorum perscrutatorem, illius puduisse appareat? quasi autem Epocha annorum Christi à natali ejus in usu fuerit illo seculo, vel prope sequentibus! præsertim congruens Dionysianæ, cui hanc pariter ac suam, saltem à posteriore accommodat Baronius: ac discrepans Eusebii calculo referenti Philipporum cædem ad Christi annum CCLI. Eusebius vero, qui septem annos Philippi Imperio ascripserit, quomodo intelligendus sit, satis innui supra: nempe de septem Consulatibus ordinariis, quos ejus Imperium attigisset. De Orosio autem pariter ac Cassiodoro non est opus dicere aliud, quam ambos Eusebium incautius secutos esse, illum qui septem integros Consulatus Philippo assignaverit, hunc qui eundem cum filio occisum anno millesimo quarto R. C. retulerit. Enimvero etiam Græci Fasti Imperio Philippi tantummodo sex annos, ac totidem Consulatus imputant. Itaque quod Baronius cædem Philipporum ac initium Imperii Decii statuit vulgari anno Domini CCLIII. videtur jam solido quadriennio à vero aberrare, ac serius statuere quam debebat, utpote conveniens anno ejus Epochæ, tantummodo CCXLIX.

Philippis interfectis Decius Imperium obtinuit circa mensem Martium.

A. M.

A. M. 4254. Ol. 257. 2. vel 1. def. Imperii Decii 2. ex Martio.

250. Ev. 222. R. C. 998. 1001. C. Coss. { Im. M. Messius Quintus / Traj. Decius II. } 1002. F.M. { Ag. / Im. Annius Max. Gratus. } 1003. V. { 42. 1

Circa id tempus Lucius Priscus Macedoniæ præfectus, & Julius Valens Licinianus, Imperatores appellati, & mox interfecti sunt.

A. M. 4255. Ol. 257. 3. vel 2. def. Imperii Decii 3. ex Martio.

251. Ev. 223. R. C. 999. 1002. C. Coss. { Im. M. Messius Quintus Trajanus Decius II. / Q. Heren. Etrus. Mes. Dec. Cæ. } 1003. F.M. { Ag. } 1004. V. { 42. 2

Etruscus aliis corrupte appellatur Rusticus: qui ut quidam referunt, à Patre Decio Imperator appellatus est. Iis Coss. P. Licinius Valerianus Censor sine collegâ, omnium postremus creatus, Lustrum non fecit. Decius Imperator cum filio Etrusco in prælio contra Gothos Mœsiam vastantes occisus est: postquam imperaverat biennium juxta (si non Eusebium initio libri VII. Histor. Eccles. facientem initium imperii ejus à Consulatu) Eutropium, & Victorem; at triennium juxta Orosium; sed juxta alterum Victorem, definite triginta menses, nimirum ex quo primum Imperator appellatus; ideoque non tantum (quod ex Eusebii & Cassiodori Chronicis corruptis arripit Baronius) annum, verum biennium & trimestre à Philipporum cæde. Itaque circa mensem Junium ejus anni, ut videtur, imperio potitus est Q. Vibius Trebonianus Gallus: qui, ut equidem colligo præsertim ex Zosimo collato cum utroque Victore, ex Senatus voluntate alterum è Decii filiis superstitem, adoptatum appellavit Imperatorem; nempe C. Valentem Hostilianum Messium Perpennam, qui paulo postea vel Galli insidiis vel peste extinctus sit: licet alii alium Hostilianum Messium, alium Hostilianum Perpennam, alii autem Perpennam eundem

eundem cum Liciniano, cujus anno præcedente facta est mentio, autument. Cæterum sub Gallo primum Imperatore Populus Romanus tributo annuo centum denariorum cum Scythis transegit.

A. M. 4256. Ol. 257. 4. vel 3. def. Imperii Galli 2. ex Junio.

Ev. 224. R. C. 1000. 1003. C. Coss. { Im. C. Vibius Trebonianus Galbus II. / C. Vib. Volusianus Cæsar. } 1004. F.M. 1005. V. { Ag. 42. 3 } 252.

Pro iis Coss. Baronius ex Metaphraste ponit Decium III. & Gratum II. iisdemque Deciorum cædem. Eo vero anno, Gallus filium Volusianum appellavit Imperatorem. Iis autem temporibus pestis sævissime per orbem terrarum grassata est.

A. M. 4257. Ol. 258. 1. vel 257. 4. def. Imperii Galli & Volus. 2. & ultimo.

Ev. 225. R. C. 1001. 1004. C. Coss. { Im. C. Vib. Volusianus II. / M. Valerius Maximus. } 1005. F.M. 1006. V. { Ag. 42. 4. } 253.

Iis Coss. Gallus Imperator cum filio Volusiano prope Interamnam interfectus est, prope completo Imperii biennio. Quibus occisis, ut videtur, circa mensem Maium, C. Julius Æmilianus Pannoniæ Mœsiæque præfectus imperium obtinuit fere quadrimestre. Eo autem interfecto, circa mensem Septembrem, ut apparet, P. Licinius Valerianus, qui Gallicis & Germanicis legionibus præerat, Imperio potitus est: statimque filium suum Gallienum imperii consortem fecit. Cæterum Baronius, præterquam quod eo anno ponit Coss. Gal. II. cum Vol. II. iisdem ascribit utique quatuor annos Imperii, quibus alii omnes Historici & Chronographi summum biennium, aut eo minus; exceptis itidem Eusebio in Chronico, & Cassiodoro, qui quadrimestre insuper adjiciunt, quo manifeste comprehendunt imperium Æmiliani. Prætendit autem illorum numismata, cujusmodi pro Gallo producit terna Latinis inscripta literis, totidemque alia Græcis; at pro Volusiano unum Græcis, &

quatuor Latinis, continuantia ipſorum Tribunitiam poteſtatem uſque ád annum quartum: adjectis hujuſmodi verbis: Et ne quis impoſturam ſuſpicetur, de nummorum inſcriptione quæ à nobis ſunt poſita, habet quos conſulat, nempe Huberti Goltzii Theſaurum rei antiquariæ, & Adolphum Occonem: edidit utrumque Plantinus anno Domini MDLXXIX. Itane vero? ecquidnam eſt quod Baronius in iis Annalium ſuorum anteambulonibus primus ultro impoſturæ mentionem injiciat? An quia exiſtimabat ſe proferre parum probabilia, ac verebatur ne aliquando ad Lydium quod aiunt lapidem venirent examinanda? An quia hâc ratione numiſmata probatum iri confidebat, quaſi ex Occonis autographo aut typis dignoſci poſſit, quid diſtent æra lupinis? Et cui tandem non ipſa illorum copia ſuſpicionem ac vilitatem faciat? Quot enim aliorum Imperatorum reperta ſunt totidem numiſmata pariter Græca & Latina continuantia tot Tribunitias poteſtates? præſertim illo ſeculo quo Tribunitiarum Poteſtatum conſignatio prope in deſuetudinem abierat? At credo frequentius & ambitioſius ſub iis Imperatoribus cuſi ſunt nummi, quam ſub aliis: ſub iis ſcilicet, qui, ut refert Eutropius, nihil omnino clarum geſſerunt, & quorum principatus ſolâ peſtilentiâ & morbis, atque ægritudinibus notus fuit; quorum, inquam, imperio tanta per orbem terrarum graſſata eſt peſtilentia, ut fere ceſſarent inter homines commercia, veluti ipſe quoque Baronius meminit. Quid? quod ipſe idem, dum conatur reddere rationem erroris omnium Hiſtoricorum in annis Imperii Galli & Voluſiani, eandem ſuſpicionem plurimum auget; quippe qui duos primos annos Imperatorum Valeriani & Gallieni (nonnihil immutatis Conſulatibus ad eos ſpectantibus) duobus annis poſterioribus Galli & Voluſiani, imo fere tribus tres coſdem ponit: quum nihilominus Hiſtorici omnes, apertiſſime vero Zoſimus, ſicut poſt Decii Imperatoris cædem Gallum & Voluſianum, ita

poſt

 An: Ch.

post horum cædem demum, imperante jam Æmiliano, Valerianum & Gallienum Imperatores primum appellatos esse scribant. Tantine erant æstimandi adulterinus aut adulteratus Damasus, & cæteri ejusdem generis auctores vitarum & actorum Pontificum Romanorum; (quorum tempora Gordiis nodis involuta esse, & Oedipo quopiam conjectore opus habere, ideoque quid istic dicat, quo se vertat, quo pacto ex eo Labyrintho se extricet non videre, ideo perplexum tacere malle nisi pollicitis standum foret, ac demum effugium unicum videre se fatetur Pammelius Jesuita in vitâ Cypriani) ut ad sartam tectam tuendam eorum existimationem adulterinis nummis & suppositiis inscriptionibus usus esset?

A. M. 4258. Ol. 258. 2. vel 1. def. Impp. Valeriani & Gallieni 2. ex Sept.

Ev. 226. R. C. 1002. 1005. C. Coss. { Im. P. Licinius Valer. II. / Im. P. Licin. Gallienus. } 1006. F. M. / 1007. V. { Ag. 43. 1 } 254.

Pro iis Coss. item ex nummis suis Baronius inculcat Maximum & Valerianum. Iis temporibus Persæ, Scythæ, Gothi, Marcomanni, &c. Romanum imperium misere vastarunt. Iisdem Coss. Lollianum Præfectum Urbis fuisse refert antiquus liber repertus à Joanne Cuspiniano: Urbis Præfectos simul cum Coss. recensens ab initio Imperii Valeriani.

A. M. 4259. Ol. 258. 3. vel 2. def. Impp. Valeriani & Gallieni 2. ex Sept.

Ev. 227. R. C. 1003. 1006. C. Coss. { Im. P. Licin. Valer. III. / Im. P. Licin. Gallien. II. } 1007. F. M. / 1008. V. { Ag. 43. 2. } 255.

Baronius istic demum ponit Valeriani & Gallieni Consulatum utriusque primum; nimirum pariter ac Galli & Volusiani cædem. Verum Valeriano III. & Gallieno II. Coss. Valerius Maximus Præfectus urbis fuit, juxta librum Cuspiniani. Circa id tempus Dianæ Ephesinæ templum posterius incensum esse quidam tradiderunt.

Ann. Ch.

A. M. 4260. Ol. 258. 4. vel 3. def. Impp. Valeriani & Gallieni 4. ex Sept.

256. Ev. 228. R. C. [1004. 1007. C. Coss. { M. Val. Maximus II. / Man. Acilius Glabrio. } 1008. F. M. { Ag. 43. 3. / 1009. V.

Kal. Jul. suffecti sunt Coss. Antoninus & Gallus. Iis Coss. Nummius Albinus, Præfectus Urbis fuit. Valerianus quum antea fuisset mitis & benignus erga Christianos, deinceps cœpit esse animo erga eos infensiore.

A. M. 4261. Ol. 259. 1. vel 258. 4. def. Impp. Valeriani & Gallieni 5. ex Sep.

257. Ev. 229. R. C. 1005. 1008. C. Coss. { Im. P. Licin. Valer. IV. / Im. P. Licin. Gallien. III. } 1009. F. M. { Ag. 43. 4. / 1010. V.

Kal. Jun. suffecti sunt Coss. M. Ulpius Crinitus II. & L. Domitius Aurelianus. Iis Coss. Junius Donatus Præfectus Urbis fuit. Circa id tempus Sapor rex Persarum Syriam, Ciliciam, & Cappadociam depopulatus est.

A. M. 4262. Ol. 259. 2. vel. 1. def. Impp. Valeriani & Gallieni 6. ex Sept.

258. Ev. 230. R. C. 1006. 1009. C. Coss. { M. Aur. Memmius Fuscus. / Pomponius Bassus. } 1010. F. M. { Ag. 44. 1 / 1011. V.

Iis Coss. Cornelius Secularis Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Antiochiæ in Syriâ Cyriades, primus ex triginta juxta Flavium Vopiscum iis temporibus qui raptum irent Romanum imperium Tyrannis, Imperator appellatus est. Itemque D. Lælius Ingenuus in Pannoniâ.

A. M.

Anº Ch.

A. M. 4263. Ol. 259. 3. vel 2. def. Impp. Valeriani & Gallieni 7. ex Sept.

Ev. 231. R. C. 1007. 1010. C. Coss. {Fulvius Æmilianus. 1011. F.M. / Pomponius Bassus. II. 1012. V.} A. 44. 2 — 259.

Iis Coss. Cornelius Secularis Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. Cyriades Tyrannus interfectus est, quum Valerianus Imperator ad bellum Persicum proficiscereturr.

A. M. 4264. Ol. 259. 4. vel 3. def. Impp. Valeriani & Gallieni 8. ex Sept.

Ev. 232. R. C. 1008. 1011. C. Coss. {L. Corn. Secularis II. 1012. F.M. / Junius Donatus. 1013. V.} Ag. 44. 3. — 260.

Is Coss. Cornelius Secularis (ut videtur, idem qui Consul) Præfectus Urbis fuit anno tertio. Iisdem Coss. Valerianus Imperator à Sapore Persarum rege acie victus captusque, annum ætatis agens LXXVII. postquam imperaverat annos septem, captivitate miserâ apud Persas obiit. Eodem anno Odenatus decurio Palmyrenus in Syriâ Imperium occupavit, filiumque Herodianum Imperatorem appellavit: atque Persas memorabili prælio vicit. Eodem etiam Man. Acilius Aureolus in Illyrico Imperator creatus est.

A. M. 4265. Ol. 260. 1. vel 259. 4. def. Imperii Gallieni 9. ex Septembre.

Ev. 233. R. C. 1009. 1012. C. Coss. {Im. P. Licin. Gallienus IV. 1013. F.M / Petronius Volusianus. 1014. V.} Ag. 44. 4 — 261.

Iis Coss. Nummius Albinus Præfectus Urbis fuit: idem ut videtur, qui ante quadriennium. Pro iis vero Coss. Baronius, explosis simul duobus ordinariis Consulatibus proxime præcedentibus, nempe Æmiliani & Bassi II. itemque Secularis II. & Donati, pariterque rejectâ auctoritate demum Cassiodori, atque aliorum, quos ait eum secutos esse: (sunt autem omnino omnes qui extant, quotquot videre potuerunt Cuspinianus,

& Haloander, & Onuphrius, & cæteri recentiores Faſtorum ordinatores:) Fuſco & Baſſo proxime ſubjungendos contendit Coſſ. Gallienum tertio, vel quarto, & Valerianum Juniorem, tanquam Vopiſco auctore in Aureliano: quem præterquam quod Cuſpinianus jure notat legendum illic cum grano ſalis, utpote ut apparet nonnihil corruptum, Baronius inſuper pervertit: utpote Memmii Fuſci Conſulis mentioni ſubjiciens epiſtolam Valeriani de Aureliani Conſulatu, quam præmittit Vopiſcus. Porro autem iis ſuis Coſſ. ſtatuit Baronius Valeriani Imperatoris captivitatem, non completis ſex annis Imperii à cæde Galli & Voluſiani. Neque vero dicit Trebellius Pollio in Gallieno, Coſſ. Gallieno & Voluſiano (nedum Valeriano) captum eſſe Valerianum Imperatorem: ſed (quum Imperator Romanus in Perſide ſerviliter teneretur) Macrianum & Baliſtam coiviſſe ad faciendũ Imperatorem, quod in Oriente nutaret imperium, & Gallienus negligenter ageret. Enimvero iiſdem Gallieno IV. & Voluſiano Coſſ. in Aſia M. Fulvius Macrianus, cum filiis Q. Fulvio Macriano, & Cn. Fulvio Quieto, necnon Ser. Anicius Baliſta Imperatores appellati ſunt: in Macedoniâ autem P. Valerius valens: in Theſſaliâ L. Calpurnius Piſo: in Ægypto Tib. Ceſtius Alexander Æmilianus: qui tres paulo poſtea interfecti ſunt. Porro in Galliâ Imperium occupavit M. Caſſius Latienus Poſtumus, cum filio C. Junio Caſſio Poſtumo.

A. M. 4266. Ol. 260. 2. vel 1. def. Imperii Gallieni 10. ex Septembre.

262 Ev. 234. R. C. 1010. 1013. C. Coſſ. { Im. P. Licin. Gallienus. } 1014. F. M { Ag. 45. 1
{ Ap. Pompeius Fauſtinus. } 1015. V.

Iis Coſſ. Nummius Albinus Præfectus Urbis fuit anno ſecundo. Iiſdem Coſſ. occiſo D. Lælio Ingenuo, in Pannoniâ, Q. Nonius Regillianus Imperator appellatus eſt. *Ingens terræ motus in Aſia urbibus. Trebellius Pollio in Gallienis. Et poſt ſortia*

A. M.

Ann. Chr.

A. M. 4267. Ol. 260. 3. vel 2. def. Imperii Gallieni 11. ex Septembre.

Ev. 235. R. C. 1011. 1014. C. Coss. {Nummius Albinus II. / Maximus Dexter.} 1015. F.M. 1016. V. {Ag. 45. 2.} 263.

Nummius Albinus (ut videtur, idem qui Consul) fuit quoque Præfectus Urbis jam anno tertio. Iisdem Coss. occisi sunt Macrianus cum duobus filiis, & Balista, atque Regillianus Tyranni. Vicissim vero alii Imperatores appellati sunt, in Isauriâ C. Annius Trebellianus: in Ægypto Sex. Julius Saturninus: in Africâ T. Cornelius Celsus: sed hic quoque, iisdem Coss. occisus est. Sub idem vero tempus, post ingentem terræ motum, tenebras diurnas, & pestilentiam; Græciam, Macedoniam, Pontum, & Asiam Gothi populati sunt: Quadi & Sarmatæ Pannonias occupaverunt: Franci Germanique populabundi quum Ravennam usque pervenissent, pariter cum Alamannis & Saxonibus Gallias vastarunt; indeque postea partim rursus in Italiam transiverunt, partim in Hispanias penetraverunt, ibique Tarraconem expugnaverunt. In Oriente autem Persæ Mesopotamiam tenentes, Syriam denuo invaserunt.

A. M. 4268. Ol. 260. 4. vel 3. def. Imperii Gallieni 12. ex Septembre.

Ev. 236. R. C. 1012. 1015. C. Coss. {Im. P. Licinius Gal. VI. / Amulius Saturninus.} 1016. F.M. 1017. V. {Ag. 45. 3.} 264.

Iis Coss. Paternus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Ap. Claudius Censorinus in Italiâ contra Gallienum Imperator appellatus, septimo inde die occisus est. Occisus quoque est Saturninus Tyrannus. Porro iisdem Coss. quum Odenatus rex Palmyrenorum, jam potitus totius Orientis Imperio, Persas deviciisset, & profligasset, Nisibinque & Carras occupasset, captosque Satrapas Persicos ad Gallienum misisset: ob Odenati

An. Ch. nati victorias, Gallienus Imperator Romæ de Persis & rege Sapore triumphavit.

A. M. 4269. Ol. 261. 1. vel 260. 4. def. Imperii Gallieni 13. ex Septembre.

265. Ev. 237. R.C. 1013. 1016. V. Coss. { P. Licin. Val. f. Valer. Cæ. II. / L. Cæsonius Macer Lucilius Rufianus. } 1017. F.M. 1018. V. { Ag. 454

Iis Coss. Paternus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. occiso Odenato cum filio Herode, tres alii ejus filii, Herennianus, Thimolaus, & Vabalathus, à Matre Zenobiâ in Syriâ Imperatores appellati sunt: atque etiam Mæonius ejusdem consobrinus in Oriente. Trebellianus autem Tyrannus occisus est.

A. M. 4270. Ol. 261. 2. vel 1. def. Imperii Gallieni, 14. ex Septembre.

266. Ev. 238. R. C. 1014. 1017. C. Coss. { Im. P. Licin. Gallien. VII. / Sabinillus. } 1018. F.M. 1019. V. { Ag. 461.

Iis Coss. Paternus Præfectus Urbis fuit anno tertio. Iisdem Coss. Sp. Servilius Lollianus in Gallia, contra Postumos, Imperator appellatus est. Mœonius autem Tyrannus occisus est.

A. M. 4271. Ol. 261. 3. vel 2. def. Imperii Gallieni 15. ex Septembre.

267. Ev. 239. R.C. 1015. 1018. C. Coss. { Ovinius Paternus. / Arcesilaus. } 1019. F.M. 1020. V. { Ag. 46. 2.

Iis Coss. Petronius Volusianus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Postumis Tyrannis occisis, in Galliâ M. Aurelius Victorinus (cujus uxor Victorina ab animi magnitudine Mater castrorum dicta est) ejusque filius L. Aurelius Victorinus; necnon Marius, qui olim faber fuerat: in Germaniâ autem vicinâ A. Pomponius Ælianus, Imperatores appellati sunt. Sed Marius tertio Imperii die; eodem autem anno Lollianus occisi sunt. Porro autem iisdem Coss. XVII. Kal. Decemb.

Decemb. P. Licinius Valerianus junior, Valeriani filius, Gallieni Imperatoris frater, hactenus Cæsar, & ipse Imperator appellatus est. *An. Ch.*

A. M. 4272. Ol. 261. 4. vel 3. def. Imperii Gallieni 15. & ultimo.

Ev. 240. R. C. 1016. 1019. C. Coss. {Ovinius Paternus. II. / * Marinianus.} 1020. F. M. / 1021. V. {Ag. 46. 3. 268.

Iis Coss. Petronius Volusianus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. occiso Mediolani Imperatore Gallieno (quasi completis Imperii annis XV. post cædem Galli & Volusiani, quot omnes Historici uno consensu ei ascribunt, non tantum fere VIII. quot Baronius) cum fratre Valeriano minore: circa XXI. diem Martii sive XII. Kal. Apr. ut videre licet ex Trebellio Polluce in Claudio, imperium obtinuit M. Aurelius Claudius. Porro iisdem Coss. occisis Æliano, atque Aureolo in Galliâ, P. Pinesus Tetricus, ejusque filius C. Pinesus Tetricus, ibidem Imperatores appellati sunt.

A. M. 4273. Ol. 262. 1. vel 261. 4. def. Imperii Claudii 2. ex 21. die Martii.

Ev. 241. R. C. 1017. 1020. C. Coss. {Im. M. Aur. Claudius II. / Ovinius Paternus.} 1021. F. M. / 1022. V. {Ag. 46. 4. 269.

Iis Coss. Fl. Antiochianus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Victorini Tyranni in Galliâ occisi sunt. Claudius autem Imperator Gothos Illyricum & Macedoniam vastantes ingente occidione occidit.

A. M. 4274. Ol. 262. 2. vel 1. def. Imperii Aureliani 1. ex 4. die Februarii.

Ev. 242. R. C. 1018. 1021. C. Coss. {Flavius Antiochianus. / Furius Orfitus.} 1022. F. M. / 1023. V. {Ag. 47. 1. 270.

Iis Coss. Flavius Antiochianus fuit quoque Urbis Præfectus jam anno secundo. Iis Coss. mortuo peste Aurelio Claudio Imperatore, die IV., sive pridie nonas Februarii, postquam imperaverat prope biennium, ac

Imperio attigerat non quidem tertiam æstatem sive tertium annum, ut Oraculo (cui fidem astruere conatur Baronius, ex Porphyrio in vitâ Plotini) prædictum ei ferebatur, verum tertium annuum Consulatum: occisoque ejus fratre M. Aurelio Quinctillo, Imperii affectati die decimo septimo, nempe die xx. Feb. sive x. Kal. Mart. Imperio potitus est L. Domitius Aurelianus.

A. M. 4275. Ol. 262. 3. vel 2. def. Imperii Aureliani 2. ex 4. die Feb.

271. Ev. 243. R. C. 1019. 1022. C. Coss. { Valerius Aurelianus. / Pomponius Bassus. } { 1023. F. M. / 1024. V. } { Ag. 47. 2

Iis Coss. Postumius Varus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Aurelianus Imperator, Suevis & Sarmatis antea profligatis, Marcomannos, qui Italiam ingressi omnia circa Mediolanum graviter evastaverant, (quapropter ingentes Romæ seditiones motæ sunt) devicit.

A. M. 4276. Ol. 262. 4. vel 3. def. Imperii Aureliani 3. ex 4. die Feb.

272. Ev. 244. R. C. 1020. 1023. C. Coss. { * Quietus. / * Voldumianus. } { 1024. F. M. / 1025. V. } { Ag. 47. 3

Kal. Jul. suffectus est Consul Q. Faltonius (sive Mœcius Falconius) Nicomachus. Iis Coss. Fl. Antiochianus (ut videtur, idem qui ante annum) Præfectus Urbis fuit. Circa id tempus Aurelianus, graviter punitis Romæ seditionis auctoribus, Barbaros in Illyrico & Thraciâ devicit: Cannabamque Gothorum ducem trans Danubium occidit.

A. M.

An: Cl.

A. M. 4277. Ol. 263. 1. vel 262. 4. def. Imperii Aureliani 4. ex 4. die Febr.

Ev. 245. R. C. 1021. 1024. C. Coss. { M. Claudius Tacitus. } 1025. F.M. / { M. Mæcius Balburius Placidianus. } 1026. V. { Ag 47. 4. 273.

Iis Coss. Furius Orfitus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Aurelianus Imperator recepit Orientem: Zenobiâ reginâ Odenati viduâ victâ captaque. Ac circa idem tempus Firmum, res novas in Ægypto molientem, per Valerianum Ducem oppressit.

A. M. 4278. Ol. 263. 2. vel 1. def. Imperii Aureliani 5. ex 4. die Febr.

Ev. 246. R. C. 1022. 1025. C. Coss. { Im. L. Dom. Aurel. II. } 1026. F.M / { C. Julius Capitolinus. } 1027. V. { Ag. 48. 1. 274.

Iis Coss. Furius Orfitus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. Aurelianus Imperator, Tetrico apud Catalaunos in Galliâ ipso prodente exercitum suum utpote seditiosum, seque ei dedente: de ipso pariter ac Zenobiâ, Syriis, Palmyrenis, Gallis, Germanis, & Gothis, tanquam de Oriente & Occidente sive toto orbe Romano recepto, Romæ splendide triumphavit. Idemque Templum Solis Romæ fundavit: ac urbem firmioribus muris cinxit. Ac deinde Vindelicis barbarorum obsidione liberatis, rediens ad Illyricum, expeditionem contra Persas paravit.

A. M. 4279. Ol. 263. 3. vel 2. def. Imperii Taciti 1. ex 25. die Septemb.

E 247. R. C. 1023. 1026. C. Coss. { L. Domit. Aurelianus III. } 1027. F.M / { T. Anonius Marcellinus. } 1028. V. { Ag. 48. 2. 275.

Iis Coss. Postumus Syagrius Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. interfecto Imperatore Aureliano inter Heracliam & Byzantium insidiis suorum, circa XXIX. diem Januarii, sive IV. Kal. Februarii, ut colligitur è Flavio Vopisco in ejus vitâ; postquam imperaverat

annos (non quidem sex, ut apud eundem legitur) sed quinque, minus paucis diebus: fuit quasi interregnum Romæ, vacante Imperio ad sex vel octo fere menses. Qua occasione ut apparet, alii prope omnes, Eusebius in Chronico, Eutropius, Orosius, Cassiodorus, Epiphanius, & Victor, magno consensu Aureliani Imperio ascribunt quinque annos & sex menses; ei adjicientes semestre interregnum, cujus propterea mentionem nullam faciunt: excepto tamen Victore, in cujus nonnullis exemplaribus omittitur mentio ipsorum sex mensium superfluorum. Quapropter Onuphrius, eo auctore, Aurelianum annos quinque minus paucis diebus imperasse statuit. Fortasse vero apud Vopiscum, pro (diebus) legendum fuerit (mensibus) quandoquidem Zonaras quoque scribat eum in Imperio exegisse annos sex, minus paucis mensibus; utpote eidem deputans octimestre interregnum utique silentio prætermissum. Fasti autem Græci ascribunt illi quidem Aureliano annos sex, sed ita, ut non modo interregnum, sed etiam Taciti imperium semestre, itidem silentio prætermissa, illo sexennio comprehendant: perinde atque ipse etiam Eusebius, Eccles. Histor. VII. lib. XXIV. continuo ab Aureliano ad Probum transiens. Sed Baronius statuit Aureliani necem plusquam biennio post tempus ejus à nobis assignatum, anno Imperii (cujus initium posuit autumno, scilicet quasi post tertiam Claudii ætatem) septimo: duobus argumentis: altero, quod ait Græcum Indicem Consulum, pariter ac Cassiodori Chronicon, duos alios Consulatus ponere ante exitum Aureliani: altero, quod utique in nummo quodam apud Adolphum Occonem legatur Aureliani Tribunitia potestas VII. Sed quod ad Græcum Indicem attinet, ille, uti paulo superius dictum, post sex annos Aureliani, nullâ mentione factâ, vel interregni vel Imperii Taciti, Tacito II. & Æmiliano Coss. proximis post Aurelianum III. & Marcellum Coss. initium Probi recte statuit: ita ut istic Baronius teneatur manifestus falsi:

neque

neque enim alium indicem Græcum videtur intelligere, quam qui vulgo appellatur Fasti Græci, vel Fasti Siculi, utpote in Siciliâ reperti. Cassiodorus autem, quod (ne altius rem arcessam, vel longius deducam) Gallieni & Claudiani exitus singulis Consulatibus, Probi autem duobus statuat serius quam debuerat, omnino etiam perperam omisso Consulatu Taciti II. & Æmiliani, Baronii ipsius judicio: sane merito habeatur non minus mendosus, quatenus Aureliano ascribens annos quinque & sex menses, Tacito autem alios sex menses continuos; atque ambobus septem integros Consulatus: illius necem ad Probum II. & Paternum II. hujus autem ad Probum III. & Paternum III. Coss. differat. Jam vero quod attinet ad nummum qui pro Aureliani Tribunitiâ potestate VII. prætenditur: quum nulla Historia eum probet, quin etiam illa Vopisci ipsum diserte redarguat, asseverans Aurelianum occisum intra sextum annum Imperii: dubito equidem ne, perinde ac illi pro Galli & Volusiani altero biennio paulo superius prolati, sit adulterinus, ac ne teruncii quidem æstimandus. Itaque quod Baronius disputationem suam ea de re, hujusmodi peroratione concludit: Ne tædeat, quæso lector, si cum avide cupias cunctas res gestas, si posses, uno intuitu perlustrare: sæpe contingat, in iis quæ ad exactam temporis rationem spectant, diutius distineri: siquidem sapias, aliter senties, nec indigno animo feres, si quem in itinere ducem sequeris, antiquas rectas ac regias plane vias intelligis sedulo explorare: nam si à vero certoque temporis tramite contingat semel errare; per abrupta mendaciorum ferri pariter compelleris: lætus sane ac securus viator incedit, si quocunque perrexerit, ubique viarum certos indices inscriptos prominentes milliarios lapides, intuetur. Hæc Baronii peroratio utrum ipsius chronographiam commendet magis, an nostram; æqui lectoris judicio permitto. Cæterum quum interregni tempore, circa Kal. Febr. M. Aurelius Gordianus, &

Kal. Jul. Vettius Cornificus Gordianus Consules essent suffecti, ac Ælius Cestianus Præfectus Urbis: die xxv. Septembris sive VII. Kal. Octobris, M. Claudius Tacitus, quum ante bimestre Imperator absens nominatus esset, Imperium in Senatu oblatum accepit.

A. M. 4280. Ol. 263. 4. vel 3. def. Imperii Probi 1. ex 3. die Februarii.

276. Ev. 248. R. C. 1024. 1027. C. Coss. { Im. M. Claud. Tacit. II. / Fulvius Æmilianus. } 1028. F. M. / 1029. V. { Ag. / 48. 3.

Iis Coss. Ovinius Pacatianus Præfectus Urbis fuit: pro quibus non quidem omissis, verum biennio transpolatis Baronius refert Coss. Probum atque Paullinum. Kal. autem Febr. ut apparet, non demum Jul. ut autumant Onuphrius & Goltzius, Consul suffectus fuit Ælius Scorpianus. Enimvero extincto Tacito Imperatore paulo amplius semestri, utpote die ducentesimo postquam primum Imperator appellatus erat; M. Annius Florianus ejus frater Imperium affectans altero vel tertio mense interfectus est: interea vero M. Aurelius Probus die tertio, sive tertio nonas Februarii, Ælio Scorpiano Consule suffecto ejus literas referente in senatu, Imperator acclamatus est. Et Onuphrius & Goltzius demum Idibus Aprilis, Baronius autem (sed post biennium) sub finem Martii, obitum Taciti statuunt, tanquam semestri vel ducentis diebus postquam Imperium in Senatu accepit: plane contra Vopiscum mentem.

A. M. 4281. Ol. 264. 1. vel 263. 4. def. Imperii Probi 2. ex 3. die Febr.

277. Ev. 249. R. C. 1025. 1028. C. Coss. { Im. M. Aur. Probus / Annius, sive Annicius Paullus. Paullinus } 1029. F. M. / 1030. V. { Ag. / 48. 4.

Iis Coss. Ovinius Pacatianus Præfectus Urbis fuit anno secundo, juxta librum Cuspiniani. Eosdem quoque Coss. ordinarios ponunt Fasti Græci, Cassiodorus, &

An°: Ch.

& liber Cuſpiniani. Quos perperam Onuphrius & Goltzius, ſuffectos fuiſſe autumant, Baronius autem ſuam fide luxat, iſtic ponens Probum II. & Paternum II. cum Aureliani cæde. Circa id tempus Probus Gallias à Germanicis nationibus occupatas recepit, cæſis aliquot centenis hominum millibus. Æſtate verò eorum Coſſ. & ſecundi anni Imperii Probi agebatur Antiochinorum annus cccxxv. Laodicenorum autem cccxxiv. juxta Chronicon Euſebii; ille quidem ad finem tendens, hic autem paulo antea inceptus, ut demum comperi: vulgaris vero annus Domini cc lxxvii. non cc lxxviii. quem Onuphrius, nedum cc lxxx. quem Baronius ſecundo anno Probi connectit.

A. M. 4282. Ol. 264. 2. vel 1. def. Imperii Probi 3. ex 3. die Februarii.

Ev. 25 R. R. C. 1026. 1029. C. Coſſ. { M. Aurelius Probus II. / M. Furius Lupus. } { 1030. F.M. / 1031. V. } { Ag. 49.1 } 278

Iis Coſſ. Furius Lupus (nempe ut videtur alter Conſulum) Præfectus Urbis fuit. Baronius iſtic demum Tacitum II. & Æmilianum Coſſ. cum Taciti morte & initio Imperii Probi collocat. Circa id tempus Probus Gallos & Pannonios vineas habere permiſit.

A. M. 4283. Ol. 264. 3. vel 2. def. Imperii Probi 4. ex 3. die Februarii.

Ev. 251. R. C. 1027. 1030. C. Coſſ. { M. Aut. Probus III. / Ovinius Paternus. } { 1031. F.M. / 1032. V. } { Ag. 49.2 } 279.

Iis Coſſ. Furius Lupus Præfectus Urbis fuit anno ſecundo. At Baronius quum anni præcedentis Coſſ. Probum & Lupum ſuffectos fuiſſe arbitratus ſit, quos omnes Faſti antiqui habent pro ordinariis, niſi quod Caſſiodorus pro Lupo habet Paternum bis: iſtic Meſſallam & Gratum ponit. Circa id tempus Probus Sarmatis

matis in Illyrico ſubactis Geticos populos etiam in Thraciâ devictos in deditionem ſive amicitiam recepit.

A. M. 4284. Ol. 264.4. vel 3. def. Imperii Probi 5. ex 3. die Februarii.

280. Ev. 252. R. C. 1028. 1031. C. Coſſ. { Junius Meſſalla / *Gratus. } 1032. F. M. / 1033. V. { Ag. 49. 3.

Iis Coſſ. Furius Lupus Præfectus Urbis fuit anno tertio. Sed pro iis utique Baronius, habet Probum IV. & Tyberianum Conſules anni ſequentis. Circa id tempus Probus profectus in Orientem, Palfurium latronem captum interfecit: Iſauriam liberavit: Pamphyliæ partes pacavit: Blemyas ſubegit: cum Perſis pacem fecit.

A. M. 4285. Ol. 265. 1. vel 264. 4. def. Imperii Probi 6. ex 3. die Februarii.

281. Ev. 253. R. C. 1029. 1032. C. Coſſ. { Im. M. Aur. Probus IV. / C. Junius Tiberianus. } 1033 F. M. / 1034. V. { Ag. 49. 4.

Iis Coſſ. Ovinius Paternus Præfectus Urbis fuit. Pro quibus itidem Baronius ſequentis anni Conſules ponit. Circa id tempus Probus Imperator, oppreſſis qui Imperium affectabant, Saturnino in Oriente, Bonoſo autem & Proculo in partibus Occidentis: Gepidas, Gautunnos & Vandalos, quos cum Baſternis in Thraciâ collocaverat, rebellantes, ac per totum pene orbem Romanum vagantes repreſſit. Deinde autem Romam reverſus, de Blemyis, Gothis, Francis, Sarmatiſque Germanis Triumphum egit.

A. M.

A. M. 4286. Ol. 265. 4. vel 1. def. Imperii Probi 7. ex 3. die Februarii.

Ev. 254. R. C. 1030. 1033. C. Coss. { Im M. Aur. Probus IV. / Pomponius Victorinus } 1034. F.M 1035. V. { Ag. So. I. 282.

Alter Consulum, Pomponius Victorinus fuit etiam Præfectus Urbis. Iis Coss. (pro quibus etiam Baronius ponit anni sequentis Coss. corruptos tamen, Carum tunc primo & Carinum) Probo Imperatore, dum bellum Persicum pararet, interfecto Syrmii in Illyrico tumultu militari, circa initium mensis Junii, postquam imperaverat sex annos & quatuor menses, juxta Eutropium & Orosium & Jornandem, intra mensem suffragantur Eusebius & Cassiodorus in Chronico; Imperio potitus est M. Aurelius Carus. Sed & Fasti Græci, & uterque Victor, & alii auctores fere omnes, sex annos Imperii Probo ascribunt: excepto tantum Flavio Vopisco; qui cum solus ei imputet tantummodo quinquennium, videatur putavisse numerum annorum Imperii ejus è Consulatuum ipsius numero; ideoque defeciisse uno. Ut propterea minus recte videantur Onuphrius & Goltzius assignasse ei annos duntaxat v. & menses IV. & necem ipsius die IV. nonas Novembris. Baronius autem ejusdem Imperio, verbo quidem annos v. reipsa vix IV. ac necem ejus nulla probabilitate Caro & Carino Coss. ob eam causam omittens & ipse unum Consulatum ordinarium sub Imperio illius, quanquam non eandem quem Onuphrius & Goltzius: nihilominus asseverans plurimum interesse ad rerum gestarum veritatem explorandam, scire, quoto imperii seu anno Probus occisus sit: simulque agnoscens etiam Julianum Apostatam Imperatorem (qui cur in ea re vel mentiretur vel mendacium diceret, nullam ille rationem attulit) ei attribuisse Imperii annos septem, licet incompletos, sive inchoatum duntaxat per aliquot menses septimum. Juliani verba in Cæsaribus Latine sonant in hanc sententiam. Unaque venit

Probus, qui septuaginta urbes instauravit intra haud integros septem annos, & multa quoque domi prudenter instituit.

A. M. 4287. Ol. 265. 3. vel 4. def. Impp. Cari 2. ex Junio: cum Car. & Num.

283. Ev. 255. R.C. 1031. 1034. C. Coss. { Im M. Aur. Carus II. / M. Aur. Cari f. Car. Cæs. } 1035. F. M. { Ag. / 50. 2. } 1036. V.

Iis Coss. Titurius Robustus Præfectus Urbis fuit. Kal. Jul. suffecti sunt Coss. M. Aurelius Cari f. Numerianus Cæsar & Matronianus. Eo anno Carus Imperator, cum filio Numeriano, suscepto quod Probus parabat bello Persico, Mesopotamiam recepit, & Ctesiphontem usque pervenit. Circa autumnum vero sua tribunitia potestate secunda pariter ac Consulatu secundo, ut ex veteri inscriptione colligitur, castra supra Tigridem fluvium habens, fulmine (ut à plerisque creditum est) ictus interiit. Ei autem in Imperio successerunt filii Carinus & Numerianus. Sed Baronii rationibus istic unus Consulatus ordinarius sive annus deest: ut anno sequente clarius apparebit.

A. M. 4288. Ol. 265. 4. vel 3. def. Impp. Diocl. 1. ex 17. die Sept.

284. Ev. 256. R.C. 1032. 1035. C. Coss. { Im. M. Aur. Carinus II. / Im. M. Aur. Numerian. II } 1036. F. M. { Ag. / 50. 3. } 1037. V.

Iis Coss. (pro quibus Baronius perperam ponit Carinum II. & Numerianum I.) Ceionius Varus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Numeriano Imperatore in reditu è Persida interfecto insidiis Arrii Apri soceri sui, plus minus biennio completo ab initio Imperii Cari, juxta Eusebium & Cassiodorum in Chronico, & Victorem & Eutropium & Orosium: circa diem vel XXI. Apr. sive XI. Kal. Maias, nempe Palilibus die urbis Romæ natali, ut quidem collegit Onuphrius ex incerti auctoris Panegyrico forte (sed non satis firma ratione) Claudii Mamertini, dicto Imperatori Maxi-

Maximiano, vel potius juxta Faſtos Græcos XVII. die Septembris ſive XV. Kal. Octobris, Imperium interfecto Apro obtinuit C. Valerius Diocletianus. Kal. autem Maiis vel Octobr. ut videtur ſuffecti ſunt Diocletianus & Annius Baſſus: ac Kal. Septemb. vel Novemb. M. Aurelius Valeſius Maximinianus & M. Junius Maximus. Interea vero Carinus Sabinum Julianum invadentem Imperium in campis Veronenſibus occidit. Cæterum initium Imperii Diocletiani juxta Faſtos Græcos menſe Septembre confirmare videtur cyclus paſchalis Chriſtianorum Alexandrinorum, Anatolio ut apparet auctore, inſtitutus menſe Thoth Ægyptiaco reſpondente Septembri Romano ejuſdem anni; tanquam Diocletiani Imperii initio, teſte Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi in Epiſtola ad Epiſcopos Æmiliæ. Porro de die natali Imperii Diocletiani licet ſecus ſtatuat Baronius (poſt Onuphrium, atque etiam Carolum Sigonium inde facientem initium hiſtoriæ ſuæ de Occidentali Imperio) referens eum ad Palilia: annum tamen illi atque ipſe recte putant annum Domini vulgarem CCXLXXIV. reprehenſo Caſſiodoro, & aliis CCLXXXIV. eum ſecutis: quibus demum aſtipulatus etiam Joſephus Scaliger, initium Diocletiani ſtatuit ſolido triennio ſerius quam oportuit. Sed quod ad præcedentium Imperatorum tempora attinet, Baronius præſertim in nimias anguſtias compingitur, quatenus ponit ab exitu Taciti circa finem Martii, vulgari anno Domini CCLXXIX. ad initium Diocletiani menſe Aprili, anno Domini CCLXXXIV. tantummodo quinquennium, ubi omnes alii minimum ſeptennium; ab exitu autem Probi ad idem initium Diocletiani, vix annum, ubi alii omnes biennium ponunt.

An. Ch. A. M. 4289. Ol. 266. 1. vel 265. 4. def. Imperii Diocletiani 2. ex 17. die Sept.

285. Ev. 257. R. C. 1033. 1036. C. Coss. { Im. C. Val. Diocl. II. / * Aristobulus. } 2037. F.M. / 1038. V. { Ag. 504.

Iis Coss. Ceionius Varus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. ut videtur, circa mensem Aprilem vel potius Maium, ad Murgum Mœsiæ oppidum interfectus est Carinus Imperator, utpote haud integro triennio ab initio Imperii Cari, juxta Eusebium Ecclesiast. histor. lib. VII. cap. XXIV. quem secutus est Zonaras, & alii. Palilibus autem sive XXI. die Aprilis ejusdem anni, creditur Maximinianus qui anno præcedente suffectus Consul erat, à Diocletiano Augusto Cæsar appellatus esse: Diocletiano Jovii, Maximiniano Herculii cognomina assumentibus. Quanquam Carolus Sigonius initio historiæ Imperii Occidentalis, & Carinum occisum & Maximinianum non modo Cæsarem sed etiam Imperatorem Augustum appellatum statuit anno præcedente, Baronius autem contra, utrumque anno sequente.

A. M. 4290. Ol. 266. 2. vel 1. def. Impp. Diocletiani 3. ex 17. die Septemb. / Maximiniani 1. ex 21. die Aprilis.

286. Ev. 258. R. C. 1034. 1037. C. Coss. { M. Aurelius Maximus. / Vettius Aquilinus. } 1038. F.M. / 1039. V. { Ag. 51. 1.

Iis Coss. (quanquam pro Aurelio Maximo alii habent M. Junium Priscillianum Maximum II.) M. Junius Maximus fuit Præfectus Urbis. Nempe ut videtur idem qui aliis habetur Consul iterum. Iisdem Coss. die XXI. Apr. sive XI. Kal. Maii, M. Aurelius Valerius Maximinianus à Diocletiano Augustus appellatus & consors Imperii factus est. Qui Amandum & Ælianum Bacaudicæ appellatæ factionis rusticorum in Galliâ principes circa idem tempus magna celeritate oppressit; itemque Alemannos moventes, & Chaibones

&

& Herulos debellavit. Interea Diocletianus (sede Imperii Orientis posita Nicomediæ in Bythyniâ) Sarmatis bellum, Sarraceniſque & Narſæ Perſarum regi terrorem intulit.

A. M. 4291. Ol. 266. 3. vel 2. def. Imperii Diocletiani 4. ex 17. die Sept. Maximin. 2. ex 21. die Apr.

Ev. 259. R. C. 1035. 1038. C. Coſſ. Im. C. Aur. Diocles. III. / Im. M. Aur. Valer. Maximinianus II. — 1039. F. M. 1040. V. — Ag. 51. 2. — 287.

Iis Coſſ. Junius Maximus Præfectus Urbis fuit anno ſecundo. Circa id tempus Carauſius ſumta purpura Britanniam occupavit, & ſexennio contra Romanorum arma obtinuit. Maximinianus ponte ſuper Rhenum facto in mediâ Alemannia trophæa erexit. Diocletianus repulſis Gothis, caſtella in limitibus Imperii repoſuit.

A. M. 4292. Ol. 266. 4. vel 3. def. Imperii Dioclet. 5. ex 17. die Sept. Max. 3. ex 21. die Aprilis.

Ev. 260. R. C. 1036. 1039. C. Coſſ. M. Aur. Maximus II. / Pomponius Januarius. — 1040. F. M. 1041. V. — A. 51. 3. — 288.

Tertio Kal. Martias, Pomponius Januarius ex Conſule Præfectus Urbi fuit. Iis Coſſ. vel circa id tempus, Maximinianus Francos Carauſio confœderatos adortus, Genobon eorum regem ad pacem petendam adegit. Mauritaniam à Quinquegentianis vaſtatam prope amiſit. Diocletianus contra Gothos, Carpos, Quados, Marcomannos, trans Iſtrum tendens, Ægytam deficientem ad Achillem amiſit. Martyrium Mauricii ducis & cæterorum Chriſtianorum militum Thebanæ legionis juſſu Maximiniani interfectorum, an ad hunc annum ſpectet an ad præcedens initium Imperii Maximiniani, vel ſequens Epiſcopatus Marcellini Romæ, ambigitur.

Ann. Ch. A. M. 4293. Ol. 267. 1. vel 266. 4. def. Impp. Dioclet. 6. ex 17. die Sept. Sept. Max. 4. ex 21. die Aprilis.

289. Ev. 261. R. C. 1037. 1040. C. Coss. { Annius Bassus II. / L. Ragonius Quinctian. } 1041. F.M. { Ag. 51. 4. / 1042. V.

Iis Coss. Pomponius Januarius Præfectus fuit Urbis anno secundo. Maximinianus & Diocletianus Imperatores Mediolani ad consultandum de reipublicæ negotiis convenerunt.

A. M. 4294. Ol. 267. 2. vel 1. def. Impp. Dioclet. 7. ex 17. die Sept. Max. 5. ex 21. die Aprilis.

290. Ev. 262. R. C. 1038. 1041. C. Coss. { Im. C. Val. Dioclet. IV. / Im. Aur. Val. Maxim. III. } 1042. F.M. { Ag. 51. 1. / 1043. V.

Iis Coss. Turranius Gratianus Præfectus Urbis fuit. Variis bellis gliscentibus in variis Imperii provinciis, Diocletianus præcipue illo contra Gothos, Carpos, Quados, & Macromannos trans Istrum distentus est.

A. M. 4295. Ol. 267. 3. vel 2. def. Impp. Dioclet. 8. ex 17. die Sept. Max. 6. ex 21. die Aprilis.

291. Ev. 263. R. C. 1039. 1042. C. Coss. { C. Junius Tiberianus. / Cassius Dion. } 1043. P.M. { Ag. 52. 2. / 1044. V.

Consul ut videtur Junius Tiberianus etiam Præfectus Urbis fuit. Iis Coss. (quanquam Baronius contendit, sequentibus) Diocletianus & Maximinianus Imperatores Augusti, negotiis oppressi, Kalendis Martiis, duos Cæsares, concessa Tribunitia potestate adoptarunt; Flavium Valerium Constantium Chlorum, & C. Galerium Valerium Maximinianum. Galerius Valeriam Diocletiani filiam, Constantius Theodoram Maximiniani privignam, prioribus uxoribus repudiatis duxerunt. Inde Diocletianus in Ægypto Busirin & Copton recepit. Maximinianus Mauritaniam recuperandam sibi depoposcit. Galerius Illyricum tuens, Sarmatos

 Ann. Ch.

Sarmatos & Carpos repressit; Constantius in Britanniam contra Carausium missus, Gesforiacum recepit: & Cliviam obsessam à Francis liberavit. Constantinum filium Galerio Cæsari tanquam amoris pignus dedit.

A. M. 4296. Ol. 267. 4. vel 3. def. Impp. Dioclet. 9. ex 17. die Sept. Max. 7. ex 21. die Aprilis.

Ev. 264. R. C. 1040. 1043. C. Coss. { Afranius Hannibalianus. / M. Aur. Asclepiodotus. } 1044. F. M. / 1045. V. { Ag. 52. 3 } 292.

Iis Coss. tertio nonas Augusti Claudius Marcellus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Maximinianus Francos coercuit: & exercitum in Africam contra Quinquegentianos misit. Constantio bellum parante in Britanniam, Carausius interfectus est ab Allecto. Quo victo Constantius Britanniam recuperavit. Galerius Bastarnas, Carpos, & Sarmatas vicit; hosque jussu Diocletiani trans Istrum traduxit.

A. M. 4297. Ol. 268. 1. vel 267. 4. def. Impp. Dioclet. 10. ex 17. die Sept. & Maxim. 8. ex 21. die Aprilis.

Ev. 265. R. C. 1041. 1044. V. Coss. { Im. C. Val. Diocletianus V. / Im. M. Aurel. Valer. Maximinianus IV. } 1045. F. M. / 1046. V. { Ag. 52. 4 } 293.

Iis Coss. tertio Idus Martias Septimius Acindynus Præfectus Urbi fuit. Diocletianus cum Galerium accersivisset Achille debellato, receptaque Alexandria & direptâ, murisque nudatâ, bellum Ægyptium confecit. Nabatheos finibus motos ad Nilum traduxit: consilium de Christianis persequendis inire cœpit. Maximinianus & Constantius Francos in deserta Galliæ traduxerunt.

A. M.

Ann. Ch.

A. M. 4298. ol. 268. 2. vel 1. def. Impp. Dioclet. 11. ex 17. die Sept. & Max. 9. ex. 21. die Aprilis.

294. Ev. 266. R. C. 1042. 1045. C. Coss. {Fl. Val. Constantius Cæs. / C. Galer. Val. Max. Cæsar.} 1046. F. M {Ag. 53. 1} 1047. V.

Iis Coss. Septimius Acindynus fuit Præfectus Urbis anno secundo. Narsi Persarum regi Armeniam vastanti missus à Diocletiano restitit Galerius. Diocletianus Imperii decennalia celebravit Nicomediæ.

A. M. 4299. ol. 268. 3. vel 2. def. Impp. Dioclet. 12. ex 17. die Sept. & Max. 10. ex 21. die Aprilis.

295. Ev. 267. R. C. 1043. 1046. C. Coss. {Nummius Tuscus. / Annius Cornel. Anullin.} 1047. F. M {Ag. 53. 2.} 1048. V.

Iis Coss. tertio Idus Januar. Aristobulus Præfectus Urbis fuit. Maximinianus demum ipse profectus est in Africam contra Quinquegentianos, eosque variis præliis fatigatos ad loca arcua compulit. Galerius duo secunda prælia contra Narsem fecit.

A. M. 4300. ol. 268. 4. vel 3. def. Impp. Dioclet. 13. ex 17. die Sept. & Max. 11. ex 21. die Aprilis.

296. Ev. 268. R. C. 1044. 1047. C. Coss. {Im. C. Val. Dioclet. VI. / Fl. Val. Constant. Cæs. II.} 1048. F. M {Ag. 53. 3.} 1049. V.

Iis Coss. XII. Kal. Martias Cassius Dio Præfectus Urbi fuit. Constantius Cæsar, contra Lingones primum male, deinde bene pugnavit. Ad Vindones periculum adiit. Sub eo tempore Galerius accepta clade à Narse ad Diocletianum refugiens contumelioſe rejectus est. Postea vero exercitum refecit. Maximinianus demum subegit Quinquegentianos.

A. M.

Ann: Ch.

A. M. 4301. Ol. 269. 1. vel 268. 4. def. Impp. Dioclet. 14. ex 17. die Sept. & Max. 12. ex 21. die Aprilis.

Ev. 269. R. C. 1045. 1048. C. Coss. { Im. M. Aurel. Valer. Maximinianus V. / C. Galer. Val. Max. Cæs. II. } 1049. F. M. 1050. V. { Ag. 53. 4. 297.

Iis Coss. Afranius Hannibalianus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. vel ut nonnulli referunt, biennio antea, sed ut Baronius triennio post, Galerius redintegrato bello Narsem devicit, provinciasque trans Tigrim recepit. Quibus rebus elatus animo Diocletianus Jovius adorari voluit: & Christianis iniquior factus quotquot castris suis erant, sacramento militari solvi, ejicique jussit.

A. M. 4302. Ol. 269. 2. vel 1. def. Impp. Dioclet. 15. ex 17. die Sept. & Max. 13. ex 21. die Aprilis.

Ev. 270. R. C. 1046 1049. C. Coss. { Anicius Faustus II. / Severus Gallus. } 1050. F. M. 1051. V. { Ag. 54. 1. 298.

Iis Coss. Artorius Maximus Præfectus Urbis fuisse dicitur. Pacato terrarum orbe Romæ Diocletianus magnificentissimas Thermas condidit, & Maximinianus Carthagine. Idemque Diocletianeas Romæ ædificandas curasse fertur, misero Christianorum servitio. Constantius Cæsar Eumenem Rhetorem Clinienſibus dedit, ut literarum studia in Galliis restauraret.

A. M. 4303. Ol. 269. 3. vel 2. def. Impp. Dioclet. 16. ex 17. die Sept. & Max. 14. ex 21. die Aprilis.

Ev. 271. R. C. 1047. 1050. C. Coss. { Im. C. Valer. Diocletianus VII. / Imp. M. Aur. Valerius Maximinianus VI. } 1051. F. M. 1052. V. { Ag. 54. 2. 299.

Iis Coss. Anicius sive Anitus Faustus fuit Præfectus Urbis. Circa id tempus Maximinianus Thermas Mediolani, & palatium Aquileiæ, itemque Brixiæ, & amphitheatrum Veronæ condidisse existimatur.

An. Ch.

A. M. 4304. Ol. 269. 4. vel 3. def. Impp. Dioclet. 17. ex 17. die Sept. & Max. 15. ex 21. die Aprilis.

300. Ev. 272. R. C. 1048. 1051. C. Coss. { Fl. Val. Constant. Cæs. III. / C. Gal. Val. Max. Cæsar III. } 1052. F. M. / 1053. V. { Ag. 543

Iis Coss. Pompeius Faustinus Præfectus Urbis fuit. His autem temporibus claruerunt Spartianus, Capitolinus, Lampridius, Gallicanus, Pollio, & Vopiscus, historici, qui Imperatorum Romanorum vitas scripserunt.

A. M. 4305. Ol. 270. 1. vel 269. 4. def. Impp. Dioclet. 18. ex 17. die Sept. & Max. 16. ex 21. die Aprilis.

301. Ev. 273. R. C. 1049. 1052. C. Coss. { Postumius Titianus II. / Fl. Popillius Nepotianus. } 1053. F. M. / 1054. V. { Ag. 544.

Iis Coss. Ælius Dionysius fuit Præfectus Urbis. Iisdemque Coss. celebrata dicuntur Constantii & Galerii Cæsarum decennalia.

A. M. 4306. Ol. 270. 2. vel 1. def. Impp. Dioclet. 19. ex 17. die Sept. & Max. 16. 21. die Aprilis.

302. Ev. 274. R. C. 1050. 1053. C. Coss. { Fl. Val. Constant. Cæs. IV. / C. Gal. Val. Max. Cæsar IV. } 1054. F. M. / 1055. V. { Ag. 55. 1

Iis Coss. XI. Kal. Martias, Nummius Fuscus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Imperatores, Diocletianus Nicomediâ, & Maximinianus Mediolano Romam convenientes, XI. Kal. Maii augustissimum triumphum una egerunt, de Persis, Germanis, Britannis, Ægypto, & Africâ; præcipue vero de Narse Persarum rege, cujus conjux, sorores, & liberi, ante currum triumphalem ducti feruntur: quo tempore etiam Cæsares, Galerius quidem de Persis & rege Narse, Constantius autem de Alemannis & Francis ex Gallia, ovantes urbem ingressi dicuntur.

A. M.

Ann. Ch.

A. M. 4307. Ol. 270. 3. vel 2. def. Impp. Dioclet. 20. ex 17. die Sept. & Max. 18. ex 21. die Aprilis.

Ev. 275. R.C. 1051. 1054. C. Coss. { Im. C. Val. Dioclet. VIII. / Im. M. Aurel. Val. Maximinianus VII. } 1055. F.M { Ag. 55. 2. } 1056. V. 303.

Iis Coss. prid. id. Septemb. Junius Tiberianus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Diocletianus & Maximinianus Imperatores sævissimæ persecutionis Christianorum quasi decumanum fluctum concitarunt, sub mensem Martium, anno decimo nono Imperii Diocletiani, eodemque trecentesimo quinquagesimo primo Epochæ Antiochinorum, juxta Eusebium in Chronico: unde manifeste redarguitur error Josephi Scaligeri, statuentis initium Imperii Diocletiani triennio post Cuneadecateridis Paschalis Christianorum Epocham. †Ennéadecaëtéridis.

A. M. 4308. Ol. 270. 4. vel 3. def. Impp. Dioclet. 21. & Max. 18. & ult.

Ev. 276. R. C. 1052. 1055. C. Coss. { Im. C. Val. Dioclet. IX. / Im. M. Aur. Val. Max. VIII. } 1056. F.M { Ag. 55. 3 } 1057. V. 304.

Iis Coss. prid. non. Jan. Heraclianus Rufinus Præfectus Urbi fuit. Eodem anno, qui erat centesimus à Consulatu Chilonis & Libonis, juxta Zosimum, l. 11. Diocletianus, anno secundo persecutionis Christianorum, Imperii autem sui vicesimo, Nicomediæ, ac Maximinianus Mediolani, purpuram exuerunt & Imperio abdicarunt: ut vulgo existimatur, ipsis Palilibus nempe XXI. die Aprilis, sive XI. Kal. Maii Imperatore Augusto appellato Galerio Maximiniano solo, uti apparet ex Chronico Eusebiano; neutiquam vero etiam Flavio Constantio, ut Onuphrius, Sigonius, Baronius, & alii plerique ex Eutropio retulerunt. Porro autem ex eodem Chronico apparet Galerium Maximinianum Augustum mox anno primo Imperii sui, præter Constantium, Cæsares appellasse C. Galerium Valerium Maximinum, & M. Aurelium Severum: quos item pleri-

An°. Ch. que omnes biennio postea demum retulerunt. Galerius vero Maximino Orientem, Severo Italiam, & Africam tradidit: ipse sibi retinuit Illyricum. *Ecl. Lun. Kal. Sept.*

A. M. 4309. Ol. 271. 1. vel 270. 4. def. Imp. Galerii 2. ex 21. die Aprilis.

305. Ev. 277. R. C. 1053. 1056. C. Cos. { Im. C. Galerius Valer. Maximinianus V. / Fl. Valerius Constantius Cæsar V. } 1057. F. M. / 1058. V. { Ag. / 55. 4

Iis Coss. prid. Idus Febr. Postumius Titianus Præfectus Urbis fuit. Iis temporibus Galerius Imperator se Christianis asperum & immitem, contra vero Constantius mitem & benignum se præbuit.

A. M. 4310. Ol. 271. 2. vel 1. def. Imperii Galerii 3. ex 21. die Aprilis.

306 Ev. 278. R. C. 1054. 1057. C. Coss. { Im. C. Galerius Val Maximinianus VI. / Fl. Valerius Constantius Cæsar VI. } 1058. F. M. / 1059. V. { Ag. / 56. 1

Iis Coss. XIV. Kal. Maias Annius Anullinus Præfectus Urbis fuit. Kal. Martiis suffecti sunt Consules Maximinus & Severus Cæsares. Kal. Juliis P. Cornelius Anullinus, qui in magistratu occisus est. Iisdem Coss. Constantius, in Britanniam profectus contra Pictos Caledonesque, diem obiit Eboraci, die XXV. Julii, sive VIII. Kal. Augusti, uti refert Socrates l. 1. labente quidem anno decimo sexto postquam Cæsar appellatus erat. Eodemque ipso temporis articulo Constantinus ejus ex Helenâ concubinâ filius, quum à Galerio fuga dilapsus esset, perveniens in Britanniam patris exercitu potitus est, & (ut Chronici Eusebiani verbis utar) regnum invasit (id est Cæsaris titulum usurpavit) quarto persecutionis anno regnare orsus. Quod indigne ferens M. Aurelius Maxentius Maximiniani Herculii filius, ope prætorianorum militum Romæ, circa XXV. diem Septembris, sive VI. Kal. Octobris,

Constantius Cos. diem obiit Eboraci die Julij 25.

Eodem tempore Constantinus fugâ dilapsus patris exercitu potitus Cæsaris titulum usurpabit 4° persecutionis anno.

bris, & ipse imperium invasit. At ex Kal. Octobris etiam Consulem se renuntiavit. Severum autem cum exercitu occurrentem superavit, & Ravennam fugavit.

A. M. 4311. Oi. 271. 3. vel 2. def. Impp. Galerii 4. ex 21. die Apr. & Constantini 2. ex 25. die Julii.

Ev. 279. R. C. 1055. 1058. C. Coss. { Fl. Valerius Constantinus Cæsar. / M. Aur. Val. Maximinianus quond. Imp. IX. } 1059. F. M. 1060. V. { Ag. 56. 2.

307.

Iis Coss. Severus Cæsar, sub mensem Maium, à Maximiniano Herculio conante resumere Imperium interfectus est. Kal. Jul. suffecti sunt Coss. Maxentius & Maximinus II. quibus Coss. VI. Kal. Sept. Justeius Tertullus præfectus urbi fuit. Interea Constantinus Asaricum & Gaisonem Francorum reges, inter Saxones & Alemannos, gravi prælio victos, captosque interfecit. Ac demum à Maximiano Herculio ad se in Galliam veniente, Treveris collocatâ ipsi in matrimonium filiâ suâ Faustâ, Imperator Augustus appellatus est, ut ex Zosimi historiæ libro secundo, & Aedni Oratoris Panegyrico utrique dicto liquet, circiter annum post Constantii patris mortem, & usurpatum, Cæsaris titulum: videlicet anno tertio Olympiadis CCLXXI. juxta Chronicon Eusebianum. Duplex vero illius initium potentiæ Constantini haud animadversum Onuphrio, Panvinio, Josepho Scaligero, & aliis, errorum in contexenda horum temporum serie occasiones præbuit. Cæterum circa idem demum tempus videtur Maxentius quoque Augusti titulum assumpsisse.

An°. Ch. Maxentius Herculi fil. Imperium invasit 25 die Septembris

Severus Cæsar ab Herculeo conante resumere Imperium interfectus est. Sub mensem Maium.

Constantinus Asaricum & Gaisonem Francorum reges victos captosq; interfecit.

Ac demum ab Herculeo Treviris datâ ipsi in matrimoniũ filiâ suâ Fausta Imperator Aug. appellatus est.

A. M. 4312. Ol. 271. 4. vel 3. def. Impp. Galerii 5. ex 21. die Aprilis & & Constantini 3. ex 25. die Jul.

308. Ev. 280. R. C. 1056. 1059. C. Coss. { Im. C. Galerius Val. Maximinianus VII. / C. Valerius Diocletianus quondam Imp. X. } 1060. F. M. / 1061. V. { Ag. / 56. 3

Iis Coss. Idibus Aprilis Statius Rufinus Præfectus Urbi fuit. VII. Kal. Maii Imperator Maxentius III. & Romulus Cæsar ejus filius, Consules suffecti fuerunt. Constantinus Bructeros Francorum populum bello vastavit. Maxentius Africam, capto & interfecto Alexandro tyranno recepit; ac propterea Romæ triumphum egit.

Constantinus Bructeros bello vastat. Maxentius capto & interfecto Alexandro tyranno Africam recipit, ac Roma triumphat.

309. A. M. 4313. Ol. 272. 1. vel 271. 4. def. Imperii Gal. 6. ex 21. Apr. & Constantini 4. ex 25. Jul.

Ev. 281. R. C. 1057. 1060. C. { Post Consulatum. / Gal. Maxim. VII. / C. Val. Dioclet. X } 1061. F. M. / 1062. V. { Ag. / 56. 4.

Is annus sine Coss. ordinariis fuit. Suffecti fuerunt Coss. Imperator Maxentius IV. & Junius Maximus, idemque Præfectus Urbis. Eo anno Maximianus Herculius quondam imperator Augustus à filia Fausta detectus quod dolum Constantino Imperatori viro suo pararet, ab eo Massiliæ captus, & interfectus est.

Maximianus Herculius quondam Augustus a filia Fausta detectus quod dolum viro Suo pararet, Massiliæ captus, & interfectus est.

A. M. 4314. Ol. 272. 2. vel 1. def. Impp. Galerii 7. ex 21. die Apr. & Constantini, 5. ex 25. die Jul.

310. Ev. 282. R. C. 1058. 1061. C. II. P. C. { Gal. Maximiani VII. / C. Val. Diocletiani X } 1062. F. M. / 1063. V. { Ag. / 57. 1.

Eo anno Romæ Kal. Septembris suffecti sunt Coss. Fl. Heraclius Rufinus & Fl. Eusebius. IV. Kal. Novemb. C. Ceionius Rufinus Anullinus Præfectus Urbi fuit, & III. Kal. Heraclius Rufinus iterum. Circa id tempus Maximini & Maxentii dissociatis animis, infestæ

festæ habebantur utriusque provinciæ, neque mare tuto navigari potuit: unde maxima annonæ caritas Romæ invaluit. An°: Ch.

A. M. 4315. Ol. 272. 3. vel. 2. def. Impp. Gal. 8. ex 21. die Apr. & Constantini 6. ex 25. die Jul.

Ev. 283. R.C. 1059. 1062 C. Coss. {Im. C. Gal. Val. Max. VIII. / Sine Collega.} 1063. F.M {Ag. 57. 2} 1064. V. 311.

Eo anno ut videtur Heraclio Rufino adhuc Præfecto Urbis, Imperator Galerius, quum Consulatum VIII. sine collega iniisset, fœdo & immedicabili ulcere circa pudenda correptus, quod & ipse suspicatus est à Deo juste sibi inflictum propter injustas Christianorum vexationes: die XXI. Aprilis, sive XI. Kal. Maias, C. Valerium Licinianum Licinium appellatum Augustum, Imperii consortem fecit; eundemque inde Consulatus Collegam ascivit: neque ita multo post ipse mortuus est, transacto anno summi Imperii septimo. Sub idem autem tempus Maximinus in Oriente Augusti titulum assumpsit. Kal. Septembr. suffecti sunt Coss. Statius Vettius Rufinus & C. Ceionius Rufius Volusianus. Interea Constantinus quinquennalia Treveris celebravit.

Galerius fœdo & immedicabili ulcere correptus, Licinium Imperii consortem fecit, nec ita multo post ipse mortuus est. Sub idem tempus Maximinus in Oriente Augusti titulum assumpsit.

A. M. 4316. Ol. 272. 4. vel 3. def. Impp. Constantini 7. ex 25. die Jul. & Licinii 2. ex 21. die Aprilis.

Ev. 284. R. C. 1060. 1063. C. Coss. {Im. Fl. Val. Constantinus II. / Imp. C. Val. Licinius Licinianus II.} 1064. P.M. {Ag. 57. 3} 1065. V. 312.

Iis Coss. Heraclius Rufinus fuit Urbis Præfectus jam anno tertio. Iisdem Coss. Constantinus desponsâ Constantiâ sorore Licinio ad confirmandum cum eo fœdus, bellum Maxentio intulit: eumque magno prælio devicit Romæ ad pontem Milnium, ubi Maxentius in Tiberi demersus est, exacto sexennio cœptæ potentiæ

Constantinus desponsâ Constantiâ sorore Licinio, bellum Maxentio intulit & ad pontem Milvium subivit. die Sept. 24.

tiæ suæ pariter ac Constantini; die VIII. Kal. Octobris, sive XXIV. Septembris, ut ex Panegyricis Constantino dictis, Onuphrius, Goltzius, Sigonius, aliique collegerunt: licet dissentientibus Scaligero & Baronio, sed diversimode. Quo tempore Constantinus Româ receptâ triumphavit, ludosque edidit, nempe ut apparet quinquennalia sua Augustalia: Prætorianos milites ab Augusto Cæsare constitutos exauthoravit; castrumque Prætorium Romæ diruit: à Senatu Romano Maximus appellatus est. Denique libertatem profitendæ Christianæ religionis tum ex se concessit, tum à Licinio & Maximino Imperatoribus procuravit; remissa persecutione, quam decennio antea Diocletianus excitaverat. Quapropter eodem tempore, ac eodem quidem die XXIV. Septembris, in Occidentalibus provinciis Romani Imperii, initio autem ejusdem mensis in Orientalibus, ac postea initio subsequentis mensis Januarii in Ecclesia Romana, instituta est Epocha quindecennalium Indictionum Constantinianarum, revoluto intervallo integro tercentum sexaginta annorum, sive viginti quatuor Indictionum ab Epocha Cæsarea Antiochinorum. Atque harum Indictionum usus annorum calculum, tum per Agones & Capitolinos, tum etiam per Olympiades Græcanicas, demum antiquavit.

Constantinus Româ recepta triumphat.

Epocha Indictionum incipit a Cal. Jan. Anni insq. quoties.

A. M. 4317. Ol. 273. 1. vel 272. 4. def. Impp. Constantini 8. ex 25. die Julii & Licinii, 3. ex 21. die.

313. Ev. 285. R. C. 1061. 1064. C. Coss. { Im. Fl. Valer. Constantinus III. / Im. C. Valer. Licinius Licinianus III. } 1065. F. M. 1066. V. { Indict. 1

Iis Coss. VI. Idus Septembris Rufus Volusianus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. ludos Seculares, revolutis centum ac decem annis, à Consulatu Chilonis & Libonis juxta Zosimum lib. 2. ritu à Quindecimviris tradito celebrandos Constantinus sive prohibuit, sive neglexit. Deinde Francos Rhenum transeuntes repulit:

Ludi Seculares omissi.

Ann. Ch.

lit, limitemque munivit. Treviris ludos ob victoriam Maxentianam pariter ac Francicam edidit. Maximianus Imperator bello petitus à Licinio, Tarsi mortuus est, anno tertio postquam Augusti, sed decimo postquam Cæsaris titulum adeptus est; Licinius inde Nicomediæ ipse sedem Imperij posuit. Circa idem verò tempus Diocletianus quondam Imperator veneno hausto extinctus est.

Maximianus Imp. bello petitus à Licinio Tarsi moritur.

A. M. 4318. ol. 273. 2. vel 1. def. Impp. Constantini 9. ex 25. die Jul. & Licinii 4. ex 21. die Apr.

Ev. 286. R.C. 1062. 1065. C. Coss. { C. Ceionius Rufius Volusianus II. / Annianus. } 1066. F.M. 1067. V. { Indict. 2. } 314.

Volusianus Consul fuit etiam Præfectus Urbis jam anno secundo. Circa id tempus Crispus & Constantinus junior, Constantini, atque Licinius junior Licinii, Imperatorum filii, Cæsares appellati sunt. Constantinus autem Imperator Mediolani Donatistas condemnavit.

Crispus & Constantinus jun. Constantini, & Licinius Licinij fil. Cæsares sunt appellati.

A. M. 4319. ol. 273. 3. vel 2. def. Impp. Constantini 10. ex 25. die Jul. & Licinii 5. ex 21. die Aprilis.

Ev. 287. R.C. 1063. 1066. V. Coss. { Im. Fl. Val. Constantinus IV. / Im. C. Val. Licinianus Licinius IV. } 1067. F.M. 1068. V. { Indict. 3. } 315.

Iis Coss. XIII. Kal. Septembr. Vettius Rufinus Præfectus Urbi fuit. Constantinus Licinium bello lacessitum, prælioque victum ad Cibalas oppidum inferioris Pannoniæ, Illyrico mulctavit. Crispum Cæsarem in Galliam adversus Germanos misit.

Constantinus Licinium prælio victum Illyrico mulctat.

An. Ch.

A. M. 4320. Ol. 273. 4. vel 3. def. Impp. Conſtantini 11. ex 25. die Jul. & Licinii 6. ex 21. die Apr.

316. Ev. 288. R. C. 1064. 1067. C. Coſſ. { Fl. Rufius Ceionius Cæcina Sabinus. } 1068. F. M. { Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus. } 1069. V. { Indict. 4.

Iiis Coſſ. pridie nonas Auguſti Ovinius Gallicanus Præfectus Urbi fuit: qui eodem anno à Conſtantino in Illyricum miſſus, proſpere bellum ibi geſſit.

A. M. 4321. Ol. 274. 1. vel 273. 4. def. Impp. Conſtantini 12. ex 25. die Jul. & Licinii 7. ex 21. die Apr.

317. Ev. 289. R. C. 1065. 1068. C. Coſſ. { Adrius Sabinus. Rufinus. } 1069. F. M. 1070. V. { Indict. 5.

XIII. Kal. Mar. demum facti vel ſuffecti ſunt Coſſ. Ovinius Gallicanus & Septimius Baſſus. Iiſdemque abdicantibus, idibus Maii, Septimius Baſſus Præfectus Urbi fuit. Circa id tempus Romanis Galliſque Franciam invadentibus, Clogio Francorum rex in prælio occiſus eſt. Criſpus Cæſar Germaniæ limites egregie propugnavit. Conſtantinus ipſe in Illyricum adverſus barbaros profectus eſt.

A. M. 4322. Ol. 274. 2. vel 1. def. Impp. Conſtantini 13. ex 25. die Jul. & Licinii 8. ex 21. die Aprilis.

318 Ev. 290. R. C. 1066. 1069. C. Coſſ. { Im. C. Valer. Licinianus Licinius V. Fl. Julius Conſtantini f. Criſpus Cæſar. } 1070. F. M. 1071. V. { Indict. 6

Iis Coſſ. à III. id. Jul. in Idus Auguſti Julius Caſſius cognovit, vice Septimii Baſſi Præfecti Urbis anno ſecundo, ad Auguſtum profecti. Sub id tempus Criſpus Cæſar Francos rebellantes inſigni victoria domuit. Conſtantinus Romam ædificiis ornavit.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4323. Ol. 274. 3. vel 2. def. Impp. Conſtantini 14. ex 25. die Jul. & Licinii 9. ex 21. die Aprilis.

Ev. 291. R. C. 1067. 1070. C. Coſſ. Im. Fl. Valerius Conſtantinus V. / C. Valer. Im. f. Licinius Cæſar. 1071. F.M 1072. V. Indict. 7. 319.

Iis Coſſ. Kal. Septembris Valerius Maximus Baſilius Præfectus Urbi fuit. Inter Imperatores Conſtantinum & Licinium novæ ſimultates ortæ ſunt. Arrius in Ægypto peſtilentem hæreſim contra Deitatem Chriſti ſervatoris ſpargere incepit.

A. M. 4324. Ol. 274. 4. vel 3. def. Impp. Conſtantini 15. ex 25. die Jul. & Licinii 10. ex 21. die Aprilis.

Ev. 292. R. C. 1068. 1071. C. Coſſ. Im. Fl. Valerius Conſtantius VI. / Fl. Val. Aug f. Conſtantinus junior Cæſar. 1072. F.M 1073. V. Indict. 8 320.

Iis Coſſ. Valerius Maximus Præfectus Urbis fuit anno ſecundo. Imperator Licinius ſe Chriſtianis infeſtum edictis aliquot oſtendit. Conſtantinus Imperator Veteranorum ſeditionem in Gallia ſedavit.

A. M. 4325. Ol. 275. 1. vel 274. 4. def. Impp. Conſtantini 16. ex 25. die Jul. Licinii 11. ex 21. die Aprilis.

Ev. 293. R. C. 1069. 1072. C. Coſſ. Fl. Julius Criſpus Cæſar II. / Fl. Val. Conſtantinus Junior Cæſar II. 1073. F.M 1074. V. Indict. 9. 321.

Iis Coſſ. Valerius Maximus Præfectus fuit Urbis anno tertio. Imperator Conſtantinus Sarmatas tranſgreſſos Iſtrum repulit. Pauciſque poſt diebus ipſe Iſtro tranſmiſſo iis obviam factus, Rauſimodum ipſorum regem prælio interfecit, inde autem Theſſalonicam rediit.

Ann. Ch.

A. M. 4326. Ol. 275. 2. vel 1. def. Impp. Conſtantini 17. ex 25. die Jul. & Licinii 12. die Aprilis.

322. Ev. 294. R. C. 1070. 1073. C. Coſſ. { Fl. Petronius Probianus. / Anicius Julianus. } 1074. F.M. 1075. V. { Indict. 10

Iis Coſſ. Valerius Maximus Præfectus Urbis fuit anno quarto. Conſtantinus Imperator denuo bellum indixit Licinio tanquam Chriſtianorum cauſa. Romam annonæ charitate laborantem ſublevavit. Ipſe Theſſalonicæ, Licinius Hadrianopoli maximos belli apparatus fecerunt.

A. M. 4327. Ol. 275. 3. vel 2. def. Impp. Conſtantini 18. ex 25. die Jul. & & Licinii 13. die ex 21. die Apr.

323. Ev. 295. R. C. 1071. 1074. C. Coſſ. { Acilius Severus / Fl. Julius Rufinus. } 1075. F.M. 1076. V. { Indict. 11.

Iis Coſſ. Idibus Septembris Lucerius Verinus Præfectus Urbi fuit. Conſtantinus Licinium, V. nonas Julii prælio terreſtri ſuperavit, fugatumque Byzantium obſidere inſtituit: pauloque poſt etiam navali prælio devicit. Licinius inde Chalcedonem petens, Martinianum Cæſarem appellavit, & cum exercitu Lampſacum miſit. Quo anno etiam Conſtantius Fl. Julium Conſtantium filium Cæſarem appellavit, juxta Ammianum Marcellinum initio libri XIV. & Chronicon Euſebianum, quanquam refragante Sigonio.

A. M. 4328. Ol. 275. 4. vel 3. def. Impp. Conſtantini 19. ex 25. die Jul. & Licinii 14. ex 21. die Aprilis.

324. Ev. 296. R. C. 1072. 1075. C. " Coſſ. { Fl. Jul. Criſpus Cæſar III. / Fl. Val. Conſtantinus Junior Cæſar III. } 1076 F.M. 1077. V. { Indict. 12.

Iis Coſſ. Lucerius Verinus Præfectus Urbis fuit anno ſecundo. Conſtantinus Licinium prope Chalcedonem

nem maximâ pugnâ victam Nicomediam fugâ petere coegit, ibique obsessum ad deditionem compulit: ac Imperio per tredecim annos gesto abdicare coactum cum Martiniano Thessalonicam ad privatam vitam agendam misit. Deinde Ecclesiarum Christi Arrianâ hæresi turbataram Episcopis conventum in Nicæam Urbem Bithyniæ in insequentem annum indixit. *An°: Ch.*

A. M. 4329. Ol. 276. 1. vel 275. 4. def. Imp. Constantini 20. ex 25. die Apr.

Ev. 297. R. C. 1073. 1076. C. Coss. M. Junius Cæsonius Anicius Faustus Paullinus. P. Publilius Ceionius Julianus Camœnius. 1077. F.M Ind. 1078. V. 13. 325.

Iis Coss. prid. non. Januarii Acilius Severus Præfectus fuit Urbi. Constantinus Licinium Thessalonicæ privatum, contra jus Sacramenti cum Martiniano occidi jussit. Deinde Synodo Episcoporum Christianorum tercentum octodecim Nicææ congregatorum anno Epochæ Alexandreæ sive Seleucidarum juxta Socratem Scholasticum, lib. 1. cap. IX. sexcentesimo tricesimo sexto, scilicet ad finem tendente, utpote mensis Daisii sive Junii die XIX. sive XIII. Kal. Julii causa hæreseos Arrianæ interfuit; episcoposque se mutuo scriptis & dictis rixosis proscindentes ad concordiam hortatus est. 13.

A. M. 4330. Ol. 276. 2. vel 1. def. Imp. Constantini 21. ex 25. die Apr.

Ev. 298. R. C. 1074. 1077. C. Coss. Im. Fl. Val. Constantinus Maximus VII. Fl. Junius Constantini f. Constantius Cæs. 1078. F.M 1079. V. Ind. 14. 326.

Iis Coss. Idibus Novembris Anicius Julianus Præfectus Urbi fuit. Iidem Coss. imo vero præcedentibus, Constantinus Imp. anno vicesimo ineunte postquam Cæsar appellatus erat, circa finem Synodi Nicenæ, priora Imperii sui vicennalia magnifice celebravit

bravit Nicomediæ: quibus (nisi biennio antea juxta Ammianum & Eusebium) Constantium filium Cæsarem appellavit, vel Constantem juxta fastos Græcos. Ecl. S. Cedr. Pauloque postea Crispum Cæsarem filium suum, & Licinium Juniorem Constantiæ sororis suæ & Licinii dudum Imperatoris filium, crudelissime interfici jussit. Hucusque pertingit Eusebii Episcopi Cæsariensis Chronicon: deinceps continuatum ab Hieronymo Presbytero.

A. M. 4331. Ol. 276. 3. vel 2. def. Imp. Constantini 22. ex 25. die Julii.

327. Ev. 299. R. C. 1075. 1078. C. Coss. {Fl. Val. Constantinus. / Fl. Val. Max. Basilius.} 1079. F. M. 1080. V. {Ind. 15.

Iis Coss. Anicius Julianus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem vel potius præcedentibus Coss. Constantinus Maximus in Italiam rediens, urbem Romam de Imperatore Licinio æmulo debellato, triumphans solenni ritu ingressus est, ludosque ibi ac munera edidit. Atque his festis addidit Imperii vicennalia posteriora (numerata videlicet ex quo summum Imperium cum Augusti titulo adeptus est) majore pompa Romæ ut in ampliori Theatro celebrata. Completi sunt quindecim anni à debellato & triumphato Maxentio, quibus terminata est prima Indictionalis periodus. Deinde vero Constantinus Faustam uxorem peremit & mox Helenam matrem mortuam extulit, cujus nomine Drepanum urbem restauratam Helenopolim appellavit.

A. M.

An°. Cn.

A. M. 4332. Ol. 276. 4. vel 3. def. Imp. Constantini 23. ex 25. die Julii.

Ev. 300. R.C. 1076 1079. C. Coss. { Fl. Magnus Januarius. / Fabius Justus. } 1080. F.M 1081. V. { Indict. 1. } 328.

Iis Coss. Anicius Julianus Præfectus Urbis fuit anno tertio. Constantinus novam urbem de suo nomine vel universi Romani Imperii vel saltem Orientalis sedem deinceps futuram condere instituens: primum Ilio, deinde Chalcedoni, demum Byzantio operas adhibuit.

A. M. 4333 Ol. 277. 1. vel 276. 4. def. Imp. Constantini 24. ex 25. die Julii.

Ev. 302. R. C. 1077. 1080. C. 1080. Coss. { Im. Fl. Val. Constantinus Maximus VIII. / Fl. Val. Constantinus Junior Cæsar IV. } 1081. F.M 1082. V. { Indict. 2. } 329.

Iis Coss. VII. id. Sept. Publius Optatianus: VIII. id. Oct. Petronius Probianus Præfectus Urbi fuit. Constantinus præcipuæ nobilitatis viros ex Roma & aliis civitatibus ad frequentandam urbem suam vocavit. Castella & præsidia militesque limitaneos in ripis Danubii constitutos (exitio Imperii Romani propediem futuro) removit.

A. M. 4334. Ol. 277. 2. vel 1. def. Imp. Constantini 25. ex 25. die Julii.

Ev. 302. R. C. 1078. 1081. C. Coss. { Ovinius Gallicanus. / L. Aur. Symmachus. } 1082. F.M 1083. V. { Indict. 3. } 330.

Suffectus Consul fuisse creditur quidam Fl. Constantius. Iis Coss. Petronius Probianus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. (non sequentibus, ut Onuphrius, Goltzius, & alii statuerunt) Constantinus institutâ novâ Romani Imperii formâ, provinciarumque & magistratuum & exercituum Orientalis & Occidentalis divisione, die undecimo sive quinto Idus Maii septimanæ secundo, Indictione tertia juxta Cedrenum

Ann. Ch. Cedrenum, ex Byzantio Constantinopolim, novam Romam dedicavit, omnium pene urbium ruditate. Ecclesiam quoque ejus ab Episcopali ad Patriarchalem evexisse dicitur, Metrophane ex Episcopo ejus primo Patriarcha appellato. Deinde autem plerumque alter, aliquando etiam uterque Consulum fuit Constantinopolitanus, sive Orientalis. Hic autem annus juxta Hesychium, Suidam, & Chronicon Constantinopolitanum fuit 362. à Monarchia Augusti: qui videtur spectare victoriam Actiacam aut initium belli inter Cæsarem Octavianum & Antonium.

A. M. 4335. Ol. 277. 3. vel 2. def. Imp. Constantini 26. ex 25. die Julii.

331. Ev. 303. R. C. 1079. 1082. C. Coss. {Anius Bassus. / Ablabius Ægyptius.} 1083. F.M 1084. V. {Indict. 4.

Iis Coss. prid. id. April. Anicius Paullinus Præfectus Urbi fuit. Iisdem Coss. edicto Constantini Gentilium subversa sunt templa.

Edicto Constantini Gentilium templa subversa sunt.

A. M. 4336. Ol. 277. 4. vel 3. def. Impp. Constantini 27. ex 25. die Julii.

332. Ev. 304. R. C. 1080. 1083. C. Coss. {Ovinius Pacatianus. / Mæcilius Hilarianus.} 1084. F.M 1085. V. {Ind. 5.

Constantinus Gothos & Sarmatas vincit. Arrianis favet.

Iis Coss. Anicius Paullinus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Constantinus bellum intulit Gothis & Sarmatis; hosque in sua ipsorum regione vicit. Idem Arrianis favit contra Orthodoxos.

A. M. 4337. Ol. 278. 1. vel 277. 4. def. Imp. Constantini 28. ex 25. die Jul.

333. Ev. 305. R. C. 1081. 1084. V. Coss. {Fl. Val. Dalmatius. / M. Aur. Xenophilus.} 1085. F.M 1086. V. {Indict. 6.

Iis Coss. VII. id. April. Publius Optatianus Præfectus Urbi fuit. Iisdem Coss. Constantinus Limigantibus & Vandalis petentibus sedes in Romano solo dedit.

A. M.

Ann. Ch

A. M. 4338. Ol. 278. 2. vel 1. def. Impp. Constantini 29. ex 25. die Julii.

Ev. 306 R. C. 1082. 1085. C. Coss. {L. Ravius Acontius Optat. / Anicius Paullinus Junior.} 1086. F. M / 1087. V. {In. 7} 334.

Iis Coss. v. Kal. Maii Anicius Paullinus Præfectus Urbis fuit. Iisdem Coss. Dalmatius Antiochiæ præfectus Calocerum quendam res novas molientem in Cypro acie victum cepit, & Tarsi vivum comburi jussit. Ecl. Sol.

Dalmatius Calocerum acie victum Tarsi vivum comburit.

A. M. 4339. Ol. 278. 3. vel 2. def. Impp. Constantini 30. ex 25. die Julii.

Ev. 307. R. C. 1083. 1086. C. Coss. {Fl. Valerius Constantius / C. Ceionius Ru. Albinus} 1087. F. M / 1088. V. {In. 8.} 335.

Tertio Kal. Januarii Rufius Albinus Præfectus Urbi fuit. Circa id tempus Constantinus Imperator cum liberis suis honorificas ad Antonium Ægyptium Eremitam literas misit.

Constantinus Litera ad Antonium Eremitam.

A. M. 4340. Ol. 278. 4. vel 3. def. Impp. Constantini 31. ex 25. die Julii.

Ev. 308. R. C. 1084. 1087. C. Coss. {Fl. Popillius Nepotianus / * Facundus.} 1088. F. M / 1089. V. {In. 9.} 336.

Iis Coss. Rufius Albinus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Constantinus Tricennalibus Imperii celebratis Constantinopoli, Constantem minimum filium suum, vel Dalmatium fratris filium, vel utrumque (nisi alterum triennio vel quadrennio antea) Cæsarem appellavit. Athanasium Episcopum Alexandrinum, Arrianorum gratiâ Treviros relegavit. Ab Indorum legatis dona accepit. Sopatrum Syrum ethnica sapientia celebrem interfecit.

Constantinus Tricennalibus celebratis Constantem f. vel Dalmatium fratris f. Cæsarem appellat. Athanasium relegat.

An. Ch. A. M. 4341. Ol. 279. 1. vel 278. 4. def. Impp. Constantini 31. & ult.

337. Ev. 309. R. C. 1085. 1088. C. Coss. { Tib. Fabius Titianus / * Felicianus. } 1089. F. M. 1090. V. { Indict. 10.

Constantinus ab Eusebio Nicomediensi baptizatus moritur 22° die Maij Festo Pentecostes.

Iis Coss. VI. Idus Martias Valerius Proculus Praefectus Urbi fuit. Iisdem Coss. Constantinus Maximus Imperator, cum bellum pararet in Persas, in morbum incidens, extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo Arriano baptizatus esse dicitur: paulòque post mortuus est festo die Pentecostes, vicesimo secundo Maii sive undecimo Kal. Junias, juxta Euseb. & Socr. apud quem error est anni secundi Olympiadis pro quarto; fere triginta uno annis postquam Cæsar, ac triginta postquam Augustus appellatus erat sub annum 1. Olymp. 279. qua ratione conciliantur diversæ in speciem sententiæ de tempore Imperii ejus.

Successorum 3. f. Constantinus, Constantius & Constans.

Constantino Maximo in Imperio successerunt tres filii; Constantinus in Gallia Hispania & Britannia; Constantius in Thrasia Asia, Ægypto & Oriente; Constans in Italia Africa, & Illyrico.

A. M. 4342. Ol. 279. 2. vel 1. def. Imppp. Const. Const. Const. 2. ex 22. die Maii.

338. Ev. 310. R. C. 1086. 1089. C. Coss. { * Ursus. / * Polemius. } 1090. F. M. 1091. V. { Indict. 11.

Constantii factione Constantius ejus patruus Dalmatius Cæs. cum fr. Hannibaliano interfecti sunt.

Iis Coss. Idibus Januarii Mecilius Hilarianus Praefectus Urbi fuit. Iidem Coss. Constantii Imperatoris factione, Constantius ejus patruus, ac Dalmatius Cæsar cum fratre Hannibaliano patrueles, itemque Optatus Patricius, & Ablabius postquam præfecturâ prætorii privatus erat, interfecti sunt. Interea Sapor Persarum invasit Mesopotamiam & Nisibin duobus fere mensibus obsedit.

An°. Ch.

A. M. 4343. Ol. 279. 3. vel 2. def. Imppp. Conſt. Conſt. Conſt. 3. ex 22. die Maii.

Ev. 311. R. C. 1087. 1090. C. Coſſ. Imp. Fl. Julius Conſtantius II. 1091. F.M. Imp. Fl. Julius Conſtans. 1092. V. Ind. 12. 339.

Iis Coſſ. prid. Id. Jul. Turrius Apronianus. VIII. Kal. Novemb. Tib. Fabius Titianus Præfectus Urbi fuit. Ex eodem anno impietas Arriana Conſtantii Imperatoris fulta præſidio, primum Athanaſium Alexandriam reverſum, deinde omnes non ſuæ partis Epiſcopos, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis perſecuta eſt.

Impietas Arriana Athanaſius Alexandriam revocatus in exilium actus eſt.

A. M. 4344. Ol. 279. 4. vel 3. def. Impp. Conſtantii & Conſtantis 4. ex 22. die Maii.

Ev. 312. R. C. 1088. 1091. V. Coſſ. Fl. Septimius Acyndinus. 1092. F.M. Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus. 1093. V. Indict. 13. 340.

Iis Coſſ. ex III. non. Maii in IV. Idus Junii, Junius Tertullus cognovit, vice Fabii Titiani Præfecti Urbis, ad Auguſtum profecti. Iiſdem Coſſ. Imperator Conſtantinus Junior, bellum Conſtanti fratri inferens, ad Alſam fluvium prope Aquileiam, ſub menſem Aprilem, tranſacto fere tertio Imperii anno, occiſus eſt. Ejuſque Imperio Conſtans petitus eſt. Conſtantius Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum Arrianum, Patriarcham Conſtantonopolitanum conſtituit.

Conſtantinus juv. bellum Conſtanti fr. inferens ad Alſam fl. occiſus eſt. Euſebium Nicomedienſem Patriarcham conſtituit C.P.

A. M. 4345. Ol. 280. 1. vel 279. 4. def. Impp. Conſtantii & Conſtantis 5. ex 22. die Maii.

Ev. 313. R. C. 1089. 1092. C. Coſſ. Fl. Antonius Marcellinus. 1093. F.M. Cælius Probinus. 1094. V. Indict. 14. 341.

Iis Coſſ. v. Kal. Mart. Aurelius Celſinus Præfectus

An. Ch. Synodus Antiochena adverſus Orthodoxos habita.

Urbi fuit. Iiſdem Coſſ. Synodus Antiochiæ ab Arrianis adverſus Athanaſium & Orthodoxos habita eſt. Conſtante in Pannonia occupato Franci Rhenum tranſeuntes, Galliam populati ſunt.

A. M. 4346. Ol. 280. 2. vel 1. def. Impp. Conſtantii & Conſtantis 6. ex 22. die Maii.

342. Ev. 314. R. C. 1090. 1093. C. Imp. Fl. Julius Conſtantius III. Imp. Fl. Julius Conſtans II. 1094. F. M. 1095. V. Indict. 15.

Conſtans Francos graviſſimo prælio victos reprefſit.

Iis Coſſ. Kal. Apr. Mavortius Lollianus: prid. non. Jul. Aco Catullinus Philonianus Præfectus Urbi fuit. Iiſdem Coſſ. Conſtans caſtra movit in Galliam adverſus Francos; eoſque graviſſimo prælio devictos, renovato fœdere in fines ſuos reverti coegit.

A. M. 4347. Ol. 280. 3. vel 2. def. Impp. Conſtantii & Conſtantis 7. ex 22. die Maii.

343. Ev. 315. R. C. 1091. 1094. C. Coſſ. M. Mæcius Memmius Fùrius Placidus. Fl. Piſidius Romulus. 1095. F. M. 1096. V. Indict. 1.

Conſtans cauſam Athanaſij & Orthodoxorum ſuſcipit apud Conſtantium.

Iis Coſſ. Aco Catullinus Præfectus Urbi fuit anno ſecundo. Conſtans Athanaſii aliorumque Epiſcoporum Orthodoxorum, à Conſtantio male habitorum, cauſam apud eum ſuſcepit.

A. M. 4348. Ol. 280, 4. vel 3. def. Impp. Conſtantii & Conſtantis 8. ex 22. die Maii.

344. Ev. 316. R. C. 1092. 1095. C. Coſſ. Dometius Leontius. Saluſtius. 1096. F. M. 1097. V. Indict. 2.

Ingens terræ motus.

Iis Coſſ. III. Id. April Q. Ruſticus Præfectus Urbi fuit. Circa id tempus variis terræ moribus Neocæſaria pene omnis mari abſorpta, & Rhodus inſula fere

tota

tota subversa est: Dyrrachiumque & duodecim urbes Campaniæ funditus corruerunt: ac ipsa Roma per triduum vehementer concussa est. An.° Ch.

A. M. 4349. Ol. 281. 2. vel 280. 4. def. Impp. Constantii & Constantis 9. ex 22. die Maii.

Ev. 217. R. C. 1093. 1096. C. Coss. { Amantius / Ceionius Ruf. Albinus. } 1097. F. M. / 1098. V. { Ind. 3 345.

Iis Coss. III. non. Jul. Rufinus Præfectus Urbi fuit. Iisdem Coss. Constans in Gallia adversus Germanos incursantes, Constantius in Mesopotamia adversus Saporem Persarum Regem excubavit; & in Seleucia Syriæ ad Tigrim sita magnis impensis portum fecit. Constans in Gallia advers. Germanos, Constantius in Mesopot. adv. Persam excubat.

A. M. 4350. Ol. 281. 2. vel 1. def. Impp. Constantii & Constantis 10. ex 22. die Maii.

Ev. 218. R. C. 1094. 1097. V. Coss. { Im. Fl. Julius Constantius IV. / Im. Fl. Julius Constans III. } 1098. F. M. / 1099. V. { Indict. 4 346.

Magna pars ejus anni fuit sine Coss. ob discordias propter Arrianos & Orthodoxos inter fratres Imperatores: ideoque in aliis Fastis signatur post Consulatum Amantii & Albini: quum iidem Coss. ante Amantium & Albinum à Cassiodoro & quibusdam recentiorum male positi sint. Sub hujus anni finem VIII. Kal. Januarii Placidus Præfectus Urbi fuit. Circa id tempus rursum Sapor Persa tribus mensibus obsedit Nisibin. Discordiæ inter fratres Impp. propter Arrianos & Orthodoxos. Nisibin Persa 3bus mens. obsidet.

Ann. Ch.

A. M. 4351. Ol. 281. 3. vel 2. def. Impp. Constantii & Constantis II. ex 22. die Maii.

347. Ev. 319 R.C. 1095. 1098. C. Coss. { Fl. Rufinus. / Fl. Eusebius. } 1099. F. M. / 1100. V. { Indict. 5.

Concilium Sardicis celebratum Nicæni decreta confirmat.

Iis Coss. post Placidum, prid. id. Jun. Limenius Præfectus prætorio idemque Præfectus Urbi fuit. Iisdem Coss. Concilium magnum Christianorum Episcoporum Sardicæ in Daciâ cis Istrum constitutâ habitum, Niceni decreta confirmavit, Arrianis condemnatis. Eodem anno Eclipsis Solis fuit, die vicesimo Octobris.

Ecl. Sol.

20. Octobr.

A. M. 4352. Ol. 281. 4. vel 3. def. Impp. Constantii & Constantis 12. ex 22. die Maii.

Eclipsis.

348. Ev. 320. R.C. 1096. 1099. C. Coss. { Fl. Philippus. / Fl. Salleas. } 1100. F. M. / 1101. V. { Indict. 6.

Constantius Constantis literis adductus, Athanasium alios remisit.

Iis Coss. Limenius Præfectus Urbis fuit anno secundo. Iisdem Coss. inquit Victor, excessit (sive exactus & finitus est) post mille centesimus annus Romæ. Eodem anno Constantius minantibus Constantis literis adductus, secundum decreta Synodi Sardicensis, Athanasium aliosque Episcopos Orthodoxos ad Ecclesias suas remisit.

A. M. 4353. Ol. 282. 1. vel 281. 4. def. Impp. Constantii & Constantis 13. ex 22. die Maii.

349. Ev. 321. R. C. 1097. 1100. C. Coss. { Ulpius Limenius. / Aco Fabius Catullinus Philonianus. } 1101. F. M. / 1102. V. { Indict. 7.

Limenius Consul etiam Præfectus Prætorio atque Urbi fuit usque ad diem v. Idus Apr. inde vacante utroque præfecturâ dies XLI. die XIV. Kal. Jun. Hermogenes fuit Præfectus prætorio & Urbi. Iis Coss.

Constantius

Anº Ch. Constantius ad Singara à Sapore victus est.

Constantius re antea sæpe cum Sapore Persa male gestâ, demum maximo prælio nocturno ad Singaram Mesopotamiæ oppidum victus est: Bezabden & Amidam urbes amisit.

A. M. 4354. Ol. 282. 2. vel 1. def. Impp. Constantis 14. ex 22. die Maii & Magnentii 1. ex Mart.

Ev. 323. R. C. 1098. 1101. C. Coss. { * Sergius. * Nigrinianus. } 1102. F. M. 1103. V. { Indict. 8. } 350.

Iis Coss. III. Kal. Mart. Tib. Fabius Titianus Præfectus Urbi fuit. Iisdem Coss. sub easdem Kalendas Martias, sub Hispaniæ introitum, ad castrum Helenæ Pyreneo proximum, interfecto per Gaisonem Constante, transacto fere decimo tertio Imperii anno, Magnentius Augustoduni in Galliâ Imperium usurpavit, Galliamque, Hispaniam, & Britanniam occupavit: Decentio & Desiderio fratribus Cæsaribus appellatis. In Italia autem audita Constantis cæde, Fl. Popillius Nepotianus Imperator appellatus, vicesimo inde die à Magnentii ducibus interfectus est. Mox etiam Vetrannio magister militum in Pannonia à legionibus suis Imperator salutatus est. Interea vero Constantius post receptum de nece fratris nuncium re compositâ cum Sapore, & ipso opportune Massagetarum in Persidem irruptione avocato à Nisibis obsessione, Constantinopolim ad vindicandam fratris cædem & vendicandum ejus Imperium reversus est.

Constans Imp. ad castra Helenæ per Gaisonem interfectus sub Cal. Martias. Magnentius Augustoduni Imperium usurpat. Constantius re composita cum Sapore redit CPm.

A. M. 4355. Ol. 282. 3. vel 2. def. Impp. Constantii 15. ex 22. die Maii & Magnentii 2. ex Mart.

Ev. 323. R. C. 1099. 1102. C. Coss. { Im. Magnentius. Fl. Gaiso. } 1103. F. M. 1104. V. { Indict. 9. } 351.

In majore parte Imperii Romani is annus signatus est, P. C. Sergii & Nigriniani. Quo post Titianum,

Kal.

Kal. Mart. Aurelius Celsinus : IV. id. Maias Cælius Probinus: VII. id. Junias Clodius Adelphius: XV. Kal. Januar. Valerius Proculus, Præfecti Urbi fuerunt. Constantius Vetrannionem Sirmii, Imperio abdicavit. Fl. Constantum Gallum patruelem suum Cæsarem declaratum, Antiochiam ad defendendam Orientem contra Persas misit.

Constantius Vetrannionem Sirmii imperio abdicat: Gallum Cæs. Antiochiam mittit.

A. M. 4356. Ol. 282. 4. vel 3. def. Impp. Constantii 16. ex 22. die Maii & Magnentii 3. ex Mart.

352. Ev. 324 — R. C. 1100. 1103. C. — Cos. { Im. Fl. Julius Constantius V. 1104. F. M. ; Constantius Gallus Cæsar. 1105. V. } Ind. 10.

Magnentianæ factionis Consul ab aliis reperiuntur Decentius Cæsar, & Paullus. Quibus Coss. post Proculum, V. id. Sept. Septimius Mnasta: VI. Kal. Octob. Neratius Cerealis Præfecti Urbi fuerunt. Eo anno Magnentius Mursæ in Pannonia à Constantio victus gravissimo prælio, ubi virium Romanarum flos concidit; In Italiam fugiens, ad Ticinum Constantianos incautius insequentes vicissim fudit. Interea Decentius Cæsar in Gallia à Chonodumario rege Alemannorum acie superatus est: in Oriente vero Gallus Cæsar Judæos rebellantes repressit, urbe eorum Diocæsaria captâ: & solo æquata; itemque Tiberiade & Diospoli plurimisque oppidis igni traditis.

Magnentius Mursa victus in Italiam fugit. Decentius Cæs. ab Alemannis superatus. Gallus Judæos rebellantes reprimit.

A. M. 4357. Ol. 283. 1. vel 282. 4. def. Impp. Constantii 17. ex 22. die Maii & Magnentii 4. ex Mart.

353. Ev. 325 — R. C. 1101. 1104. C. — Cos. { Imp. Fl. Julius Constantius VI. 1105. F. M. ; Fl. Constantius Gallus Cæsar. II. 1106. V. } Indict. 11.

Iis Coss. post Cerealem, VI. id. Decembr. Vetrasius Orfitus Præfectus Urbi fuit. Iisdem Coss. Magnentius

tius ultimo prælio à Constantio devictus ad Montem Seleucum oppidum in Galliâ, Lugdunum fugiens; furiose trucidatis amicis & propinquis qui circa se erant, Desiderato etiam fratre gravissime vulnerato, demum etiam sibi ipsi violentas manus inferens expiravit VII. Kal. Septembr. transactis Imperii sive tyrannidis tribus annis & sex mensibus. Decentius quoque Cæsar cognito illius interitu se strangulavit. Desiderius vero ex vulnere refocillatus Constantio se dedidit. Atque ita Constantius demum universo Romano Imperio potitus, Arelate theatrales & circenses ludos ambitioso apparatu edidit: Gallo Cæsare interim Antiochiæ cædes nobilium & rapinas, aliaque ejusmodi dira facinora perpetrante: uti refert Ammianus Marcellinus historicus initio libri decimi quarti, sed primi eorum qui supersunt historiæ ejus. Refert autem ille tunc diem sextum Idus Octobris, Imperii Constantii (scilicet ex quo Cæsar appellatus erat) tricesimum annum terminasse; quanquam Sigonius legit duo & tricesimum.

An° Ch. Magnentius à Constantio devictus, trucidatis amicis & propinquis Lugduni sibi ipsi mortem infert 7° Cal. Septembr. Ita Constantius universo Romano Imperio potitus est. Gallo interim Antiochiæ dira facinora perpetrante.

A. M. 4358. Ol. 283. 2. vel 1. des. Imp. Constantii 18. ex 22. die Maii.

Ev. 326.	R. C. 1102. 1105. C.	Coss.	Im. Fl. Julius Constantius VII. / Fl. Constantius Gallus Cæsar. III.	1106. F. M. / 1107. V.	Ind. 12

354.

Iis Coss. Vitrasius Orfitus, utique sub finem anni præcedentis constitutus, adhuc fuit Præfectus Urbis: juxta illum Cuspiniani librum de Consulibus & Præfectis Urbis, ab initio Imperii Valeriani & Gallieni hucusque pertingentem. Hinc vero usque ad finem Imperii Valentis, Præfecti Urbis colliguntur ex Ammiano Marcellino, & Codice Theodosiano. Constantinus Gundomadum & Badomarium Alemanorum reges tumultuantes Rauraci ad Rhenum, ad pacem petendam coegit. Gallum Cæsarem ex Oriente arcessitum,

Constantius Alemannos ad pacem petendam cogit.

An°: Ch. Constantius Gallum necari jubet.

cessitum, in Istria necari jussit. Inde Lentienses Alemannos incursantes fines Romanos repulit.

A. M. 4359. Ol. 283. 3. vel 2. def. Imp. Constantii 19. ex 22. die Maii.

355. Ev. 327. R. C. 1103. 1106. C. Coss. { Fl. Arbetio. / Mavortius Lollianus } 1107. F.M. 1108. V. { Indict. 13.

Iis Coss. Dometius Leontius Præfectus Urbis fuit. Sylvanus in Galliâ res novas moliens, intra mensem extinctus est. Constantius Synodum Mediolani pro Arianis convocavit; Athanasio infestus, Liberium etiam Episcopum Româ pepulit. Fl. Claudium Julianum Galli Cæsaris fratrem VIII. Id. Novembris Cæsarem declaravit: & data ei in matrimonium sorore sua Helenâ Kal. Decembris, ipsum ad Galliarum tutelam à Germanorum incursionibus misit.

Sylvanus in Gallia res novas moliens intra mensem extinctus est. Synodus Mediolanensis. Julianus Coss. 8. Id. Nov. Liberius Romæ pulsus.

A. M. 4360. Ol. 283. 4. vel 3. def. Imp. Constantii 20. ex 22. die Maii.

356. Ev. 328. R. C. 1104. 1107. C. Coss. { Im. Fl. Julius Constantius VIII. / Fl. Claudius Julianus Cæsar. } 1108. F.M. 1109. V. { Ind. 14

Iis Coss. Vitrasius Orfitus fuit Præfectus Urbis iterum. Iisdem Coss. Constantius, concluso Jani templo (ut scribit Ammianus, lib. 16.) stratisque hostibus cunctis, Romam gestiebat visere, post Magnentii exitium absque nomine ex sanguine Romano triumphaturus. Itaque Romam ingressus est, circa diem prid. Kal. Maias, de Magnentio Decentioque Tyrannis ex Gallia triumphans. Ac Liberium Episcopum eodem redire permisit. Interea Julianus contra Alemannos contendit, & cum Francis pacem firmavit.

Constantius Romam ingressus circa d. prid. Cal. Majas ex Gallia triumphat. Liberius Romam redit.

A. M.

An°. Ch.

A. M. 4361. Ol. 284. vel 283. 4. def. Imp. Constantii 21. ex 22. die Maii.

v. 329. R. C. 1105. 1108. C. Coss. { Im. Fl. Julius Constantius IX. / Fl. Claudius Julianus Cæsar II. } 1109. F. M. 1110. V. { Indict. is. } 357.

Iis Coss. Vitrasius Orfitus fuit Præfectus Urbis iterum anno tertio. Julianus Alemannos magno prælio vicit ad Argentoratum, Chonodomario uno ex eorum regibus capto & Romam misso.

Julianus Alemannos vincit ad Argentoratum.

A. M. 4362. Ol. 284. 2. vel 1. def. Imp. Constantii 22. ex 22. die Maii.

v. 330. R. C. 1106. 1109. C. Coss. { Tib. Fabius Tib. f. Titianus. / Neratius Cerealis. } 1110. F. M. 1111. V. { Indict. 1. } 358.

Iis Coss. post Orfitum Bassus Præfectus Urbis fuit: cujus mortui vice Artemius cognovit. Constantius Quados debellavit; & Sarmatas: unde secundus Sarmaticus appellatus est. Liberium tentatum ad Arrianismum, & ut apparet, præbentem assensum Episcopatui Romano restituit. Julianus Alemannos & Francos denuo tumultuantes coercuit. Horrendis terræ motibus concussæ sunt Macedonia, & Pontus, & Bythynia: Nicomedia funditus eversa est.

Constantius Quados debellat & Sarmatas. Liberium Arrianismo absentionem Sedi restituit.

A. M. 4363. Ol. 284. 3. vel 2. 4. def. Imp. Constantii 23. ex 22. die Maii.

Ev. 331. R. C. 1107. 1110. C. Coss. { * Eusebius. / * Hypatius. } 1111. F. M. 1112. V. { Indict. 2. } 359.

Iis Coss. Anicius Tertullus Præfectus Urbis fuit. Sub idem tempus Honoratus Constantinopoli primus Præfectus Urbi fuit. Julianus Alemannos bello fatigatos ad pacem petendam adegit: Bello à Sapore rege Persarum denuo Romanis illato; Romani profligati; & Amida urbs munitissima

Ecl. Solis 15. die Martii.

Julianus Alemannos ad pacem petendam cogit.

aliquandiu obsessa, demum à Persis expugnata est. Isauri tumultuantes à Lauritio sedati sunt. Limigantes Sarmatæ rebellantes à Constantio deleti sunt.

Amida à Persis expugnata.

A. M. 4364. Ol. 284. 4. vel 3. def. Imp. Constantii 24. ex 12. die Maii.

360. Ev. 332. R. C. 1108. 1111. C. Coss. Im. Fl. Julius Constantius X. / Fl. Claudius Julianus Cæsar III. 1112. P. M. 1113. V. Indict. 3.

Iis Coss. Anicius Tertullus Præfectus fuit Urbis anno secundo. Ingens Eclipsis Solis in Oriente fuit, mane vicesimi octavi diei Augusti. Julianus Cæsar in Gallia Augustus appellatus est, Francos Atthuarios repressit. Persæ prospero successu bellum contra Romanos prosecuti sunt.

Ingens Solis eclipsis 28° Augusti.

Julianus Cæs. in Gallia Augustus appellatus.

A. M. 4365. Ol. 285. 1. vel 284. 4. def. Imp. Constantii 25. ex 22. die Maii.

361. Ev. 333. R. C. 1109. 1112. C. Coss. Fl. Taurus. Fl. Florentius. 1113. P. M. 1114. V. Indict. 4.

Iis Coss. Anicius Tertullus Præfectus Urbis fuit anno tertio. Julianus illicitarum artium studio Imperium affectans, Christianismum animo exosus ad tempus adsimulavit. Constantini memoriam traduxit, & in Constantium invectivam scripsit: eumque aperto bello adoriri instituit. Aquileiam ejus legionibus interceptam obsidione recepit. Constantius, Persis bellum intermittentibus, contra Julianum expeditionem instituens, mortuus est Tarsi, vel, ut alii referunt, Mopsuestiæ sive Mopsocreius, inter Ciliciam Cappadociamque; juxta Socratem eodem anno primo Olymp. tertio nonas, sive die tertio Novembris, transactis Imperii annis XXIV. & mensibus V. Itaque eodem die tertio Novembris Imperio potitus Fl. Claudius Julianus, Apostata, sive desertor Christianæ religionis quam prioribus annis professus erat: & Constantinopolim veniens,

Julianus aperto bello Constantium adoritur.

Constantius moritur 3° die Novembris.

Fl. Claudius Julianus imperio potitur.

 An. Ch

niens, ita Rempublicam ordinavit, ut non tam apertâ vi, quam subdolis artibus Christianos opprimere conaretur.

A. M. 4366. Ol. 285. 2. vel 1. def. Imp. Juliani 2. ex 3. die Novemb.

Ev. 334: R. C. 1110. 1113. C. Coss. {Fl. Mamertinus. / Fl. Nevitta.} 1114. F. M. 1115. V. {Indict. 5.} 362.

His Coss. Anicius Maximus Præfectus Urbis fuit. Julianus Antiochiam veniens Grammaticos & Rhetores Christianos à scholis arcuit. Antiochenis se minus quam expectarat honorantibus infensus, cavillis eos petivit, & vicissim ab iis petitus est. Magicis artibus addictus apparavit expeditionem contra Persas.

Julianus Antiochiæ Christianos a scholis arcet.

A. M. 4367. Ol. 285. 3. vel 2. def. Imp. Juliani 2. & ult. & Joviani 1. ex 27. die Jun.

Ev. 535. R. C. 1111. 1114. C. Coss. {Im. Fl. Claudius Julianus IV. / Salustius Secundus Promotus.} 1115. F. M. 1116. V. {Indict. 6.} 363.

His Coss. L. Turcius Apronianus Præfectus Urbis fuit. Julianus Templum Judæorum Hierosolymitanum frustra reædificare conatus est. In Persidem profectus, Anathâ ad deditionem coactâ, & Maiozamalcha expugnata, Ctesiphontem obsidere instituit. Sed ominoso signo ab ejus obsidione deterritus, in reditu, ab hoste variis præliis lacessitus, demum inconsultius à suis agminibus errans, ab obvio forte hostium equite, conto ilia perfossus interiit, die 26. Junii, sive VI. Kal. Julii; postquam imperaverat annum unum, & fere octimestre. Die sequente, nempe XXVII. Junii, Fl. Jovianus, sive Jovinianus ab exercitu Imperator Augustus acclamatus est. Qui magis necessariâ quam utili pace cum Sapore factâ, traditis ei provinciis Transtigritanis, cum Nisibi, & magna Mesopotamiæ parte; discedens Persidè Antiochiam venit.

Julianus in profectione in reditu variis præliis lacessitus ab obvio hostium equite ilia perfossus obiit 26. d. Junij.

Jovianus Imperator acclamatus

An°. Ch.

A. M. 4368. Ol. 285. 4. vel. 3. def. Impp. Valentiniani 1. ex 25. die Febr. & Valentis 1.

364 Ev. 336. R. C. 1112. 1115. C. Coss. { Im. Fl. Jovinianus Augustus. Fl. Jov. Joviniani Aug. f. Varronianus. } 1116. F. M. 1117. V. { Indict. 7.

Iis Coss. post Apronianum, C. Ceionius Rubius Volusianus; & post eum Aurelius Symmachus Præfectus Urbis fuit. Jovianus Imperator proficiscens Constantinopolim, apud Oppidum Dadastanam inter Galatiam & Bithyniam, nocte diei XVII. Februarii, sive XIII. Kal. Mart. repentina morte obiit: postquam imperaverat fere octimestre. Eousque autem Eutropius Romanæ historiæ Breviarium ab Urbe Condita perduxit. Octavo inde die, sexto Kal. Martias, Nicææ ab exercitu Imperator Augustus absens electus est Fl. Valentinianus, & Ancyrâ arcessitus, sequente die bissexto, ominosum metuens, Imperium capessere detrectavit: sequente vero V. Kal. Martias sive XXV. die Februarii Imperium suscepit. Inde autem Constantinopolim veniens, Kal. Apr. fratrem suum Fl. Valentem, Imperii Consortem sibi ascivit, & Augustum declaravit. Atque Oriente illi commisso, ipse in Occidente nempe Mediolanum processit.

Jovianus Imp. Dadastanæ repentina morte obiit nocte diei 17. Febr.

Fl. Valentinianus 8° post die absens electus 26 Febr.

Eccl. Lun. 25. die Nov.

1°. Apr. Valentem Imperii consortem sibi ascivit.

A. M. 4369. Ol. 286. 1. vel 285. 4. def. Impp. Valentiniani 2. ex 25. die Feb. & Valentis 2.

365. Ev. 337. R. C. 1113. 1116. C. Coss. { Imp. Fl. Valentinianus Augustus. Imp. Fl. Valens Augustus. } 1117. F. M. 1118. V. { Indict. 8.

Iis Coss. post Symmachum, Volusianus iterum; & post eum Lampadius Præfectus Vrbi fuit. Valentinianus Christianis Orthodoxis fautorem se ostendens bellum paravit contra Alemannos. Valens Arrianam hæresim

Valentinian° Orthodoxis favet, Valens Arrianis.

resim amplexatus, à Procopio Imperium arripiente Constantinopoli fatigatus est. An°: Ch. Procopius Imperium affectat.

A. M. 4370. Ol. 286. 2. vel 1. def. Impp. Valentiniani 3. ex 25. die Febr. & Valentis 3.

Ev. 338. R. C. 1114. 1117. C. Coss. { Fl. Gratianus: Valentin. Aug. / Fl. Dagalaiphus. } 1118. F. M. / 1119. V. { Indict. 9. 366.

Iis Coss. post Lampadium, Viventius Pannonius Præfectus Urbis fuit. Valens Procopium in Bithyniâ captum capite mulctavit. Marcellum quoque ejus loco insurgentem oppressit. Valentinianus Alemannos moventes tribus præliis per Jovium ducem attrivit. Horrendi terræ motus per universum terrarum orbem contigerunt. Valens Procopium capite capito mulctat. Horrendi terræ motus p totum orbem.

A. M. 4371. Ol. 286. 3. vel 2. def. Impp. Valentiniani 4. ex 25. die Febr. & Valentis 4.

Ev. 339. R. C. 1115. 1118. C. Coss. { Fl. Lupicinus. / Fl. Jovinus. } 1119. F. M. / 1120. V. { Indict. 10. 367.

Iis Coss. post Viventium, Vettius Prætextatus Præfectus Urbis fuit. Romæ inter Damasum & Ursicinum contendentes de Episcopatu cruenta seditio orta est. Valentinianus morbo tentatus in Galliâ apud Ambianos, die xx. Augusti, sive XIII. Kal. Septembris Fl. Gratianum filium suum, Imperatorem Cæsarem Augustum declaravit. Bellum Britannicum contra Pictos & Saxones per Theodosium prospere confecit, Aspera judicia Romæ exercenda curavit. Africæ conditio misera fuit sub Romano comite. Romæ Damaso & Ursicino de Episcopatu contendentib⁹ cruenta seditio orta est. Valentinianus Gratianum f. Augustum appellat.

A. M.

ann. ch.

A. M. 4372. ol. 286. 4. vel 3. def. Imppp. Valentiniani ex 25. die Febr. & Valentis 5. Gratiani 1.

368. Ev. 340. R. C. 1116. 1119. C. Coss. { Im. Fl. Valent. II. / Im. Fl. Valens II } 1120. P.M. / 1121. V. { Indict. II.

Iis Coss. post Prætextatum. Q. Clodius Hermogenianus Olybrius Præfectus Urbis fuit. Valens Gothis bellum intulit. Valentinianus Alemannos contudit, non sine periculo. Sapor Persarum rex, Armeniâ subactâ, Arsace ejus rege capto & interfecto, bellum contra Romanos qui Armenios juverant, denuo paravit.

Valens Gothis bellum infert. Valentinianus Alemannis. Sapor Armenos subigit.

A. M. 4373. ol. 287. 1. vel 286. 4. def. Imppp. Valentiniani ex 25. die Febr. & Valentis, 6. Gratiani 2.

369. Ev. 341. R. C. 1117. 1120. C. Coss. { Julius Felix Valentinianus. / Sex. Aurel. Victor. } 1121. P.M. / 1122. V. { Indict. III.

Iis Coss. Hermogenianus Olybrius Præfectus Urbis fuit anno secundo. Valens Gothorum agros invadens, eos de pace agere coegit. Valentinianus de beneficiis Romæ acerbe inquisivit. Munitiones in ripâ Rheni exstruxit contra Germanos.

A. M. 4374. ol. 287. 2. vel 1. def. Imppp. Valentin. ex 23. die Febr. & Valentis 7. Grat. 3.

370. Ev. 342. R. C. 1118 1121. C. Coss. { Im Fl. Valentin. III. / Im. Fl. Valens III. } 1122. P.M. / 1123. V. { Indict.

Iis Coss. post Olybrium Ampelius Antiochenus Præfectus Urbis fuit. Valentinianus Saxones in Galliam irrumpententes bello fregit, & dolo clausos ad unum obtruncavit. Alemannos subegit. Africam aulici Imperatoris vexarunt. Valens in Orthodoxos sæviit. Nefariis artibus conjectans successorem, cujus nomen inciperet à Theod. in aulâ suâ horribiles tragœdias excitavit. A. M.

An°. Ch.

A. M. 4375. ol. 287. 3. vel 2. def. Imppp. Valentin. ex 25. die Febr. & Valentis 8. Grat. 4.

Ev. 343. R. C. 1119. 1122. C. Coss. {Im. Fl. Gratianus III. / Sex. Anicius Pet. Probus.} 1123. F.M. 1124. V. {Ind. 14.} 371.

Iis Coss. Ampelius Antiochenus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Valentinianus Alemannos per Severum exploratos profligavit. Bellum Mauritanicum à Firmo motum per Theodosium prospere confecit.

A. M. 4376. ol. 287. 4. vel 3. def. Imppp. Valentin. ex 25. die Febr. & Valentis 9. Grat. 5.

Ev. 344. R. C. 1120. 1123. C. Coss. {Fl. Modestus. / Fl. Arintheus.} 1124. F.M. 1125. V. {Indict. 15.} 372.

Iis Coss. post Ampelium Claudius Præfectus Urbis fuit. Valentinianus bellum adversus Quados injuste motum per Probum Præfectum Prætorii gessit infeliciter. Theodosius Junior, egregius juvenis, Sarmatas tumultuantes valide repressit.

A. M. 4377. ol. 288. 1. vel 287. 4. def. Imppp. Valentin. ex 25. die Febr. & Valentis 10. Grat. 6.

Ev. 345. R. C. 1121. 1124. C. Coss. {Im. Fl. Valentinianus IV. / Im. Fl. Valens IV.} 1125. F. M. 1126. V. {Indict. 1.} 373.

Iis consulibus Claudius Præfectus Urbis fuit anno secundo. Para rex Armeniæ dolo captus, & injuste detentus à Valente, demum ejus jussu in convivio trucidatus est.

An. Ch.

A. M. 4378. Ol. 288. 2. vel 1. def. Imppp. Valentin. ex 25. die Febr. & & Valentis II. Grat. 7.

374. Ev. 346. R. C. 1122. 1125. C. Coſſ. { Imp. Fl. Gratianus III. Fl. Equitius. } 1126. F.M. 1127. V. { Indict. 2.

Iis Coſſ. Eupraxius Præfectus Urbis fuit. Valentius movens in Alemannos, cum Macriano eorum rege fœdus fecit. Orientalium provinciarum ſub Valente, ab aulicis decepto, cauſidicoſque & rabulas forenſes nimis fovente, lugubris fuit conditio atque facies.

A. M. 4379. Ol. 288. 3. vel 2. def. Imppp. Valentin. ex 25. die Febr. & Valentis I 2. Grat. 8.

375. Ev. 347. R. C. 1123. 1126. C. P. C. { Imp. Gratiani III. Fl. Equitii. } 1127. F.M. 1128. V. { Indict. 3.

Eo anno Eupraxius Præfectus Urbis fuit anno ſecundo. Valentinianus Sarmatas qui Pannonias vaſtaverant, bello petivit. Legatorum à Quadis miſſorum oratione exacerbatus, apoplexiâ correptus, & extinctus eſt, Bregitione in Pannonia, die XVII. Novembris, ſive XV. Kal. Decembris, poſtquam imperaverat annos XI. ac menſes fere IX. Sexto die poſtea, nempe XXII. die Novembris, ſive X. Kal. Decembris, illius alter filius, Fl. Valentinianus junior, puer quadrimus, Juſtinæ matris, novercæ Gratiani opera, Imperator Auguſtus creatus eſt: cui Gratianus Italiam, Africam, & Illyricum conceſſit; ipſe reliquis Imperii Occidentalis provinciis contentus.

A. M.

An.° Ch.

A. M. 4380. Ol. 288. 4. vel 3. def. Imppp. Valen. 13. ex 1. die Apr. Grat. 9. Valentin. Jun. 1.

Ev. 348. R. C. 1124. 1127. C. Coss. { Im. Fl. Valens V. / Im. Fl. Val. junior. } 1128. F. M. 1129. V. { Indict. 4. } 376.

Iis Consulibus post Eupraxium, Probianus Præfectus Urbis fuit. Gothi ab Hunnis pulsi, Danubium Valente permittente trajecerunt, & in Thraciam accepti sunt: ubi à Præfectis Romanorum durius habiti, Romanis arma intulerunt.

nn

A. M. 4381. Ol. 289. 1. vel 288. 4. def. Imppp. Valentis 14. ex 1. die Apr. Grat. 10. Valentin. J. 2.

Ev. 349. R. C. 1125. 1128. C. Coss. { Im. Fl. Gratianus IV. / Fl. Aur. Merobandes. } 1129. F. M. 1130. V. { Indict. 5. } 377.

Iis Coss. Probianus Præfectus Urbis fuit anno secundo. Gothis in Thraciâ tumultuantibus Valens exercitum oppositit: qui victoriam non sine multo sudore & sanguine de iis lugubrem peperit.

A. M. 4382. Ol. 289. 2. vel 1. def. Imppp. Valentis 15. ex 1. die Apr. Grat. 11. Valentin. Jun. 3.

Ev. 350. R. C. 1126. 1129. C. Coss. { Im. Fl. Valens VI. / Im. Fl. Valentin. junior II. } 1130. F. M. 1131. V. { Indict. 6. } 378.

Iis Coss. post Probianum, ut videtur, Hypatius Præfectus Urbis fuit. Post quem series Præfectorum urbis interrupta est. Iisdem Coss. Gratianus Lentiensium Alemannorum Gallias vastantium, apud Argentariam oppidum, cæsis circiter triginta milibus, ceterisque profligatis, clarissimam victoriam peperit. Cujus gloriæ invidens Valens, temerario impetu contra Gothos invectus, cum toto exercitu ab iis occisus est, v. Idus, sive nono die Augusti; postquam imperave-

An°. Ch. rat XIV. annos & IV. menſes. Poſt cujus cædem Gratianus Syrmium profectus, ordinavit Orientem. In Valentis cæde finitur Ammiani Marcellini hiſtoria, atque Hieronymi Presbyteri Chronicon Euſebiano annexum. Hoc autem deinceps excipiunt Chronica Marcellini comitis, & Proſperi Aquitani, ambo per ſeriem Conſulum accurate digeſta; quæ ego proinde conferam.

A. M. 4383. ol. 289. 3. vel 2. def. Imppp. Gratiani 12. Valentin. junioris 4. Theodoſii autem 1. ex 19. die Jan.

379. Ev. 351. R. C. 1127. 1130. C. Conſ. D. Auſonius magnus Pœonius Gallus. 1131. F.M. Q. Clodius Hermogenianus Olybrius. 1132. V. Indict. 7.

Auſonius fuit Gratiani præceptor & Poëta eximius, cujus pleraque opera extant: præter faſtos Conſulares, carminibus item, ut apparet compoſitos; in quibus de anno Conſulatus ſui feruntur hæc,

Mille annos centumque & bis fluxiſſe Novenos,
Conſulis Auſonii nomen ad uſque leges.

Quod ſi pro bis legantur ter noveni, calculus ad amuſſim Fabiano & noſtro convenerit: qui alioqui ab omni veriſimili nimium diſcrepaverit. Iis vero Coſſ. & ea Indictione, uti refert Marcellinus comes, Joannis Cuſpiniani Chronico Conſulari item in lucem primum editus, Fl. Theodoſius, Hiſpanus (Theodoſii filius) Italicæ divi Trajani civitatis, à Gratiano Auguſto apud Syrmium Imperator creatus eſt, XIV. (vel XVII.) Kal. Febr. Orientalem duntaxat Rempublicam recturus: admodum religioſus, & Catholicæ Eccleſiæ propagator; omnibuſque Orientalibus principibus præponendus, niſi quod Marcianum, tertium poſt ſe principem, imitatorem habuit. Alanos, Hunnos, Gothos,

 An°. Ch.

thos, gentes Scythicas magnis multisque præliis vicit. Ita Ille. Verum illo anno pax cum Gothis facta est.

A. M. 4384. ol. 289. 4. vel 3. def. Imppp. Gratiani 13. Valentin. junioris 5. Theod. 2. ex 19. die Januarii.

Ev. 352. R. C. 1128. 1131. C. Coss. { Im. Fl. Grat. Aug. V. / Imp. Fl. Theodosius Augustus. } 1132. F.M. / 1133. V. { Indict. 8. } 380.

Iis Coss. Theodosius Magnus, postquam de Scythicis gentibus triumphavit (circa VIII. Kal. Decemb.) expulsis continuo de Orthodoxorum Ecclesia Arrianis (apud Byzantium, ubi Gregorius Nazianzenus Theologus hactenus iis obstiterat) qui eam per quadraginta ferme annos sub Arrianis Impp. tenuerant, Catholicis Orthodoxis restituit Imperator, mense Decemb. inquit Marcellinus comes.

A. M. 4385. ol. 290. 1. vel 289. 4. def. Imppp. Grat. 14. Valentin. jun. 6. Theod. 3. ex 19. die Jan.

Ev. 353. R. C. 1129. 1132. Coss. { Postumus Syagrius, alias Evagrius. / Fl. Annius Eucherius, alias Eucharius } 1133. F.M. / 1134. V. { Indict. 9. } 381.

Iis Coss. inquit Marcellinus comes, centum quinquaginta Patribus in urbe Augustâ congregatis adversus Macedonium in Sanctum Spiritum naufragantem, ab iisdem Episcopis Sancta Synodus firmata est. Athanaricus rex Gothorum cum quo Theodosius Imperator fœdus pepegerat, Constantinopolim mense Januario venit; eodemque mense morbo periit. Quod sequentibus Coss. evenisse refert Prosper.

A. M. 4386. Ol. 290. 2. vel 3. def. Imppp. Grat. 15. Valentin. 7. Theod. 4. ex 19. die Januarii.

382. Ev. 354. R. C. 1130. 1133. C. Coss. { Flavius Antonius. / Postumus Syag. II. } 1134. F. M. 1135. V. { Indict. 19

Eo anno universa gens Gothorum, Athanarico rege suo defuncto, Romano se Imperio dedit mense Octob. Marcell. Com.

A. M. 4387. Ol. 290. 3. vel 2. def. Imppp. Grat. 16. Valen. jun. 8. Theod. 5. ex 19. die Januarii.

383. Ev. 355. R. C. 1131. 1134. C. Coss. { Fl. Aur. Merobandes II. / Fl. Saturninus. } 1135. F. M. 1136. V. { Ind. 11.

Iis Coss. Gratianus Imperator Maximi Tyranni Britanniarum & Galliarum Imperio potiti, dolo apud Lugdunum occisus est, VIII. Kal. Septemb. sive XXV. die Augusti, transacto Imperii anno XVI. quod Prosper refert ad sequentes Coss.

A. M. 4388. Ol. 290. 1. vel 3. def. Imppp. Valentin. jun. 9. Theodosii 6. ex 19. die Jan. Arcadii 1. ex 16. die Jan.

384. Ev. 356. R. C. 1132. 1135. C. Coss. { Fl. Ricimer. / Fl. Clearchus. } 1136. F. M. 1137. V. { Indict. 12.

Iis Coss. vel præcedentibus, juxta Prosperum, Fl. Arcadius Theodosius Imperatoris filius, Augustus appellatus est; circa diem XVII. vel XIV. Kal. Febr. Maximus quoq; Victorem filium suum (Cæsarem &) consortem regni fecit: ut ait Prosper. Iisdem Coss. legati Persarum Constantinopolim advenerunt, pacem à principe Theodosio postulantes.

A. M.

A M. 4389. Ol. 291. 3. vel 290. 4. def. Imppp. Valentin. Jun. 10. Theod. 7. ex 19. die Jan. & Arcadii 2. ex 16. d. Jan.

Ev. 357. R. C. 1153. 1136. C. Coss. Im. Fl. Arcadius / Fl. Bauto. 1137. F. M. 1138. V. Indict. 13. 385

Iis Coss. Theodosius Imperator aliquantas sævas nationes per legatos suos invite imperio subdidit. Maximus vero, ut refert Prosper, Priscillianum hæreticum, à Synodo Burdegalensi ad se provocantem, Treviris gladio addixit.

A. M. 4390. Ol. 291. 2. vel 1. def. Imppp. Valentin. Jun. 11. Theod. 8. ex 19. die Jan. & Arcad. 3. ex 16. d. Jan.

Ev. 358. R. C. 1134. 1137. C. Coss. Fl. Honorius Theodosii Augusti fil. / Fl. Evodius. 1138. P. M. 1139. V. Indict. 14 386.

Iis Coss. Theodosius invasam ab hostibus Thraciam vindicavit, victorque cum Arcadio filio suo urbem (sc. iterum triumphans) ingressus est.

A. M. 4391. Ol. 291. 3. vel 2. def. Imppp. Valent. Jun. 12. Theod. 9. ex 19. die Jan. & Arcad. 3. ex 16. die Jan.

Ev. 359. R. C. 1135. 1138. C. Coss. Im. Fl. Valentinianus junior III. / Fl. Eutropius Valerianus. 1139. F. M. 1140. V. Indict. 15. 387.

Iis Coss. Theodosius in Italiam, contra Maximum Tyrannum pugnaturus, expeditionem fecit.

A. M.

A. M. 4392. Ol. 294. 4. vel 3. def. Imppp. Valentin. Jun. 13. Theod. 10. ex 19. die Jan. & Arcadii 5. ex 16. d. Jan.

388. Ev. 360. R. C. 1136. 1139. C. Coss. { Im. Fl. Theodosius II. / Fl. Cynegius. } 1140. F. M. 1141. V. { Indict. 1.

Iis Coss. inquit Prosper, Maximus Tyrannus à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus, tertio ab Aquileia lapide, spoliatus indumentis regiis, sistitur & capite damnatur: cujus filius Victor ab Arbogaste interfectus est Galliis, circa v. Kal. Septemb.

A. M. 4393. Ol. 292. 1. vel 291. 4. def. Imppp. Valent. Jun. 14. Theod. 11. ex 29. die Jan. & Arcadii 6. ex 16. d. Jan.

389. Ev. 361. R. C. 1137. 1140. C. Coss. { Fl. Timasius. / Fl. Promotus. } 1141. F. M. 1142. V. { Indict. 2.

Iis Coss. inquit Marcellinus comes, Theodosius Imperator cum Honorio filio suo Romam (nimirum de Maximo Tyranno ex Galliâ jam tertium triumphans) mense Junio introivit. Congiarium populo Romano tribuit: urbique egressus est Kal. Septembris. Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosii Imp. edicto solutum est.

A. M. 4394. Ol. 294. 2. vel 1. def. Imppp. Valent. Jun. 15. Theod. 12. ex 19. die Jan. & Arcadii 7. ex 16. d. Jan.

390. Ev. 362. R. C. 1138. 1141. V. Coss. { Im. Fl. Valentinianus junior IV. / Fl. Neoterius. } 1142. F. M. 1143. V. { Indict. 3.

Iis Coss. Signum in cœlo quasi columna pendens ardensque per dies xxx. apparuit. Obeliscus in circo positus est. Columna haud longe ab Ecclesiâ constituta, argenteam Theodosii magni statuam ferens. Marcel. Com.

A. M.

A. M. 4395. Ol. 292. 3. vel 2. def. Imppp. Valent. Jun. 16. Theod. 13. ex 19. die Jan. & Arcadii 8. ex 16. die Jan.

Ev. 363. R. C. 1139. 1142. C. Coss. {Tib. Fabius Titianus. / Qu. Aur. Symmachus.} 1143. F.M. 1144. V. {Ind. 4.} 391.

Iis Coss. Theodosius Imperator Italiâ decedens Constantinopolim remeavit. Arbogastes autem in Occidente contra Valentinianum res novas molitus est.

A. M. 4396. Ol. 292. 4. vel 3. def. Imppp. Valent. Jun. 17. Theod. 14. ex 19. die Jan. Arcadii 9. ex 16. die Jan.

Ev. 364. R. C. 1140. 1143. C. Coss. {Im. Fl. Arcadius II. / Fl. Rufinus.} 1144. F.M. 1145. V. {Indict. 5.} 392.

Iis Coss. juxta Epiphanium & Prosperum (quamvis præcedentibus juxta Marcell. Com. & aliud vetus Chronicon apud Crispinianum) Valentinianus junior Imperator apud Viennam Galliæ, dolo Arbogastis strangulatus interiit, idibus Maiis (at juxta Chronicon illud, IV. id. Junias) pridie Pentecostes, anno Imperii XVII. Ac Fl. Eugenius ejusdem Arbogastis ope Imperium obtinuit, circa XI. Kal. Septembr.

A. M. 4397. Ol. 293. 1. vel 292. 4. def. Imppp. Theod. 15. ex 19. die Jan. Arcadii 10. ex 16. d. Jan. & Honorii 1. ex 10. die Januarii.

Ev. 365. R. C. 1141. 1144. C. Coss. {Im. Fl. Theod. III. / Fl. Habundantius.} 1145. F.M. 1145. V. {Ind. 6.} 393.

Iis Coss. inquit Prosper & Marc. Com. Fl. Honorium pater suus Theodosius (IV. id. vel IX. die Jan.) in eodem loco quo Arcadium fratrem ejus Cæsarem fecerat, principem constituit, 27. (vel ab 7. urbe Constantinopoli milliario; quum hora diei tertiâ tenebræ factæ sunt. Eas tenebras vetus Chronicon Cuspiniani

Anº. Ch. refert ad secundam horam devexi solis, IV. Kal. Jun. Honorii autem Imperatoris creationem ad X. Kal. Febr. atque quartum à Constantinopoli milliarium.

A. M. 4398. Ol. 293. 2. vel 1. def. Imppp. Theod. 16. ex 19. die Jan. Arcadii 10. ex 16. die Jan. & Honorii 2. ex 10. die Januarii.

394. Ev. 366. R. C. 1142. 1145. V. Coss. { Im. Fl. Arcadius III. / Im. Fl Honorius II. } 1146. F.M. / 1147. V. { Ind. 7.

Iis Coss. Theodosius assumto Honorio filio, contra Arbogastem & Eugenium bellum movens, juxta Joannis Monachi Anachoretæ prædictionem, victoriam obtinuit. Eugenius captus & interfectus est, VIII. id. vel VII. die Septem. Arbogastes sua se manu percussit. Terræ motu à mense Septemb. in mensem Novembrem aliquantæ Europæ regiones quassatæ sunt. Theodosius de Eugenio & Arbogaste quartum triumphum egit sub mensem Octobrem. Prosper illam victoriam ad sequentes Coss. refert.

A. M. 4399. Ol. 293. 3. vel 2. def. Impp. Arcadii & Hon. I. ex die 17. Jan.

395. Ev. 367. R. C. 1143. 1146. C. Coss. { Sex. Anicius Hermogenianus Olybrius. / Sext. Anicius Probinus. } 1147. F.M. / 1148. V. { Ind. 8.

Iis Coss. qui fratres Germani fuerunt, Theod. magnus Imperator apud Mediolanum vitâ decessit, XVII. die Januarii, transactis undecim annis à cæde Gratiani, juxta Orosium, completis autem Imperii annis XVI. quanquam in Marcellino Cuspiniani leguntur decem & septem. Arcadius & Honorius germani utrumque Imperium divisis tantum sedibus, nimirum Arcadius in Oriente, Honorius in Occidente tenere cœperunt. Rufinus Patricius Arcadio insidias tendens, Alarico Gothorum rege contra Rempublicam in Græciam accersito; detectus dolo suo ab Italicis militibus trucidatus est.

A. M.

An°. Ch.

A. M. 4400. Ol. 293. 4. vel 3. def. Impp. Arcadii & Hon. 2 ex 17. die Jan.

Ev. 368. R. C. 1144. 1147. C. Coss. {Im. Fl. Arcad. IV. / Im. Fl. Honor. III.} 1148. F.M. 1149. V. {Indict. 9. 396.

Iis Coss. Rufini uxore & filiâ exulantibus Eutropius sacri palatii cubicularius omnes opes arripuit, avaritiamque transgressus est. Terræmotus per plurimos dies fuit: cœlumque ardere visum est.

A. M. 4401. Ol. 294. 1. vel 293. 4. def. Impp. Arc. & Hon. 3. ex 17. die Jan.

Ev. 369. R. C. 1145. 1148. C. Coss. {Fl. Cæsarius. / Pontius Atticus.} 1149. F. M. 1150. V. {Indict. 10. 397.

Iis Coss. nihil memorabile refertur, nisi quod Flacilla nata sit Arcadio filia. *S. Ambrosius vivere desiit 4° die Aprilis, ipso die Sabbati Sancti. Paul. in vita Ambr.*

A. M. 4402. Ol. 294. 2. vel 1. def. Impp. Arcadii & Honorii 4. ex 17. die Januarii.

Ev. 370. R. C. 1146. 1149. C. Coss. {Im. Fl. Honorius IV. / Fl. Eutychianus.} 1150. F.M. 1151. V. {Ind. 11. 398.

Iis Coss. Gildo comes, idemque paganus, Africæ præses, eamque sibi obtinere nitens; à Mascezele fratre primum relictus, deinde profligatus, propriâ se manu strangulavit.

A. M. 4403. Ol. 294. 3. vel 2. def. Impp. Arcadii & Honorii 5. ex 17. die Januarii.

Ev. 371. R. C. 1147. 1150. C. Coss. {Fl. Mallius Theodorus. / Fl. Eutropius.} 1151. F.M. 1152. V. {Indict. 12 An°. ? xii 399.

Iis Coss. quorum Eutropius Eunuchus mox honore & vitâ exutus est, Gaina comes apud Constantinopolim ad præparandum civile bellum barbaros suos occulte

An°. Ch. culte admovens, ipseque valetudinem simulans, urbe egressus est; cœpto autem prælio plurimi hostium ceciderunt: cæteri fugientes Ecclesiæque succedentes, desuper lapidibus obruti sunt.

A. M. 4404. Ol. 294. 4. vel 3. des. Impp. Arcadii & Honorii 6. ex 17. die Januarii.

400. Ev. 372. R. C. 1148. 1151. C. Coss. { Fl. Stilico magister utriusque militiæ. Fl. Aurelianus. } 1152. F. M 1153. V. { Indict. 13

Iis Coss. bellum navale contra Gainam tyrannum inter Chersonesum & Hellespontum gestum est. Multa millia Gothorum cæsa vel demersa sunt. Gaina vero de hoc bello fugiens evasit. Ipso tamen anno occisus est, mense Februario, inquit Marcel. Com. Iisdem Coss. Gothi Italiam Alarico & Rhadagiso ducibus ingressi sunt, ut refert Prosper. inde autem insecuta est ruina Imperii Romani in occidente.

A. M. 4405. Ol. 295. 1. vel 294. 4. des. Impp. Arcadii & Honorii 7. ex 17. die Januarii.

401. Ev. 373. R. C. 1149. 1152. C. Coss. { Ragonius Vincentius Celsus. Fl. Pravitta. } 1153. F. M 1154. V. { Indict. 14

Iis Coss. caput Gainæ hastili præfixum Constantinopolim allatum est. Vetus Chronicon Cuspiniani refert iisdem Coss. Alaricum intrasse in Italiam, XIV. Kal. Septemb. Theodosius junior patri Arcadio natus est tertio Idus Aprilis. Decimo Apr. Socr. 6. 6. (i. e) 4°. Id. Apr.

A. M.

A. M. 4406. Ol. 295. 2. vel 1. def. Impp. Arcadii & Honorii 8. ex 17. die Januarii. An. Ch. 402.

Ev. 374. R. C. 1150. 1153. C. Coss. Imp. Fl. Arcadius V. 1154. F. M. / Imp. Fl. Honorius V. 1155. V. Indict. 15.

Iis Coss. Pollentiæ adversus Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est. Fl. Theodosius junior circa diem XVI. Januarii à patre Arcadio Imperator Cæsar Augustus appellatus est. Constantinopoli ingens terræmotus fuit. Solis item defectio Nov. II. Idat. Chron.

A. M. 4407. Ol. 295. 3. vel 2. def. Imp. Arcadii & Honorii 9. ex 17. die Januarii.

Ev. 375. R. C. 1151. 1154. C. Coss. Imp. Fl. Theodosius junior. 1155. F. M. / Fl. Rumoridus. 1156. V. Indict. 1. 403.

Vetus Chronicon Cuspiniani refert iis Coss. Theodosium Imperatorem denatum esse, IV. Idus sive X. die Januarii. Iisdem Coss. Joannes Constantinopolitanus Episcopus, cognomento Chrysostomus, in exilium missus est.

A. M. 4408. Ol. 295. 4. vel 3. def. Impp. Arcadii & Honorii 10. ex 17. die Januarii.

Ev. 376. R. C. 1152. 1155. V. Coss. Imp. Fl. Honorius VI. 1156. F. M. / Fl. Aristaenetus. 1157. V. Indict. 2. 404.

Iis Coss. Eudoxia Augusta Arcadii Imperatoris uxor diem clausit. Iisdem Coss. licet corrupte hodie lectis, Honorio Augusto Aristino sive Aristentio, Hieronymus Epistolâ vicesima septimâ ad Eustochium, narrat Paulam hujus matrem mortuam esse VII. Kalend. Febr.

tertiâ Sabbati sive septimanæ: quod calculo nostro convenit.

A. M. 4402. Ol. 296. 1. vel 295. 4. def. Impp. Arcadii & Honorii 11. ex 17. die Januarii.

405. Ev. 377. R. C. 1153. 1156. C. Coss. { Fl. Stilico II. / Fl. Anthemius. } 1157. F. M. / 1158. V. { Indict. 3.

Iis Coss. Rhadagisus in Tusciâ multis millibus Gothorum cæsis, ducente exercitum Stilicone, superatus & captus est, ut ait Prosper. Isauri per montem Tauri discursantes ingens dispendium reipublicæ importarunt. Quibus Narthasaleus, sive Narbaziacus legatus majus continuo rependit incommodum. Eum annum fuisse quintum à primo Stiliconis Consulatu annotavit Poëta Claudianus, qui tunc claruit: quem Jos. Scalig. lib. v. de emend. Temp. fuisse vulgarem annum Domini quadringentesimum sextum, è vetere inscriptione Romæ adulterinâ aut adulteratâ male conferente septimum Kal. Novemb. cum, die veneris, haud recte colligit.

A. M. 4410. Ol. 296. 2. vel 1. def. Impp. Arcadii & Honorii 12. ex 17. die Januarii.

406. Ev. 378. R. C. 1154. 1157. C. Coss. { Imp. Fl. Arcadius VI. / Sex. Anicius Petronius Probus. } 1158. F. M. / 1159. V. { Indict. 9.

Iis Coss. Vandali & Alani Gallias, trajecto Rheno prid. Kal. Januarias, invaserunt. Marcellinus comes ab Antonio Scohonio aliisque post eum editus, refert Rhadagaysum Scytham in Italiâ ab Huldine & Sauro Hunnorum & Gothorum regibus hoc anno confectum,

A. M.

An. Ch.

A. M. 4411. Ol. 296. 3. vel 2. def. Impp. Arcadii & Honorii 13. ex 17. die Januarii.

Ev. 379. R. C. 1155. 1158. C. Coss. {Im. Fl. Honorius II. / Im. Fl. Theod. Jun. II.} 1159. F. M. 1160. V. {Indict. 5. 407.

Iis Coss. inquit Prosper, Constantinus ex infima militia ob solam spem (sive speciem) nominis, in Britannia tyrannus exortus, ad Gallias transiit. Hujus Constantini anni primi scilicet Imperii, non Consulatus, collatio cum septimo Consulatu Honorii fieri videtur in mendosa illa inscriptione Augusti Trevirorum; ex qua Scaliger Fastorum Consularium rationem his temporibus turbatam probare nititur.

A. M. 4411. Ol. 296. 3. vel 2. def. Impp. Arcadii & Honorii 13. ex 17. die Januarii.

Ev. 386. R. C. 1156. 1159. C. Coss. {Anicius Bassus. / Fl. Philippus.} 1160. F. M. 1161. V. {Indict. 6. 408.

1159.

Iis Coss. Stilico comes, Alanis, Suevis Vandalisque contra regnum Honorii excitatis, cum Eucherio filio suo Pagano, cui Imperium affectabat, interfectus est. Arcadius Imperator primo die Maii vitæ finem fecit, quum regnaverat post obitum patris sui Theodosii annis tredecim, ut refert Marcel. Com. Ei successit in Imperio Orientis filius Theodosius junior octavum ætatis annum ingressus, Anthemio tutore.

A. M. 4412. Ol. 296. 4. vel 3. def. Impp. Honorii 15. ex 17. die Jan. & Theod. junior 2. ex Kal. Maiis.

Ev. 381. R. C. 1157. 1160. C. Coss. {Imp. Fl. Honorius VIII. / Imp. Fl. Theod. junior III.} 1161. F. M. 1162. V. {Indict. 7. 409.

Iis Coss. Vandali Alani & Suevi, circa Kal. Octob. Hispanias occupaverunt. Attalus Imperator Romæ per

per seditionem factus, & mox pulsus, Gothis cessit sive cohæsit. Apud Constantinopolim magna populi exarsit seditio, panis videlicet penuriâ ingruente.

A. M. 4414. Ol. 297. 2. vel 1. def. Impp. Honorii 16. ex 17. die Jan. & Theod. junior 13. ex Kal. Maiis.

410. Ev. 382. R. C. 1158. 1161. C. Coss. { Ex Kal. Feb. Fl. Vetari sive Varanes. / Ex Kal. Jul. Fl. Tertullus. } 1162. F.M. / 1163. V. } Indict. 8

Roma capta a Gothis duce Alarico circa finem Augusti.

Iis Coss. Roma orbis quondam victrix, à Gothis capta est, Alarico duce, qui partem ejus cremavit incendio, eamque deprædatus sexto die reliquit. Hæc autem contigerunt circa finem mensis Augusti, ac initium Septembris; id est, circa finem Indictionis octavæ juxta Marcellinum Comitem, & initium nonæ juxta Cedrenum: anno v. Varroniano MCLXIV. juxta Orosium, nimirum putantem annos urbis, ut etiam in præcedentibus Imperatoribus, inde à Valentiniano seniore, ab initio tertii anni sextæ Olymp. ut frustra Scaliger ob eam causam Romam ab Alarico captam anno serius iisdem Coss. suspicatus sit, lib. 1. de emend. temp.

A. M. 4415. Ol. 297. 3. vel 2. def. Impp. Honorii 17. ex 17. die Jan. Theod. jun. 4. ex Kal. Maiis.

411. Ev. 383. R. C. 1159. 1162. C. Coss. { Imp. Theodosius junior IV. / Sine collega. } 1163. F.M. / 1164. V. } Indict. 9.

Eo Coss. Constantinus per Honorii duces Constantium comitem, & Ulfulam sive Valliam, apud Arelatense oppidum victus & captus est: cujus filium Constantem in Hispania regnare orsum, Gerontius comes, tyrannidem in Maximum quendam transferens, interemerat.

Eccl. Sol.

A. M.

A. M. 4416. Ol. 297. 4. vel 3. def. Impp. Honorii 18. ex 17. die Jan. & Theod. junioris 5. ex Kal. Maii.

Ev. 384. R. C. 1160. 1163. C. Coss. { Im. Fl. Honorius IX. / Im. Fl. Theod. jun. V. } 1164. F. M. / 1165. V. { Ind. 10 412.

Iis Coss. Maximo in Hispaniâ regno ablato, vita concessa est. Gothi rege Ataulpho Gallias ingressi sunt. Attalus (inquit Marcellinus comes ex editione Sconhonii) in mari captus atque Honorio exhibitus, truncatâ manu vitæ relictus est.

A. M. 4417. Ol. 298. 1. vel 297. 4. def. Impp. Honorii 19. ex 17. die Jan. & Theod. jun. 6. ex Kal. Maii.

Ev. 385. R. C. 1161. 1164. C. Coss. { Fl. Lucianus. / Fl. Herodianus. } 1165. F. M. / 1166. V. { Indict. 11. 413.

Herodianus, sive Heraclianus, Consul, Africæ Comes, cum ingente navium classe adversus Romam contendens, mox in fugam versus Carthaginem rediit, ibique illico interfectus est. Burgundiones partem Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt. Jovinus & Sebastianus fratres in Gallis regno accepto interemti sunt, ut refert Prosper.

A. M. 4418. Ol. 298. 2. vel 1. def. Impp. Honorii 20. ex 17. die Jan. & Theod. junioris 7. ex Kal. Maii.

Ev. 386. R. C. 1162. 1165. C. Coss. { Fl. Constantius. / Fl. Constans. } 1166. F. M. / 1167. V. { Indict. 12. 414.

Constantius magister utriusque militiæ Honorii Imperatoris erat in Occidente, vir bello exercitatissimus: posteaque Cæsar appellatus est. Eo Coss. inquit Prosper, Attalus Gothorum præsidio & consilio tyrannidem resumsit in Galliâ.

An: Ch.

A. M. 4419. Ol. 298. 3. vel 2. def. Impp. Honorii 21. ex 17. die Jan. & Theod. jun. 8. ex Kal. Maii.

415. Ev. 387. R. C. 1163. 1166. C. Coss. Imp. Fl. Honorius X. 1167. P. M. / Imp. Fl. Theodosius junior VI. 1168. V. Ind. 13.

Iis Coss. ut ait Prosper, Attalus à Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & præsidio carens, captus, & Constantio Patritio vivus oblatus est. Ataulphus vero à quodam suorum vulneratus interiit, regnumque ejus Vallia invasit.

A. M. 4420. Ol. 299. 4. vel 3. def. Impp. Honorii 22. ex 17. die Jan. & Theodosii junioris 9. ex Kal. Maii.

416. Ev. 388. R. C. 1164. 1167. C. Coss. Imp. Fl. Theodosius Jun. VII. 1168. P. M. / Junius Quartus Palladius. 1169. V. Ind. 14.

Iis Coss. Placidiam Theodosii magni Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamque Ataulphus conjugem habuerat, Vallia pacem Honorii expetens reddidit: ejusque nuptias Constantius promeritus est; ex quâ genuit Placidium Valentinianum ejus nominis tertium postea Imperatorem. Circa id tempus Orosius presbyter Hispani generis septem libros historiarum edidit.

Orosius Presbyter Hispan. 7. libros historiarum edidit.

A. M. 4421. Ol. 299. 1. vel 298. 4. def. Impp. Hon. 23. ex 17. Jan. & Theod. jun. 10. ex Kal. Maii.

417. Ev. 389. R. C. 1165. 1168. C. Coss. Im. Fl. Honorius XI. 1169. P. M. / Fl. Constantius II. 1170. V. Ind. 15.

Iis Coss. Honorius Imperator triumphans Romam ingressus est, præeunte currum ejus Attalo: quem Liparæ vivere exulem jussit: ut ait Prosper. Marcellinus

nus autem: Tenebræ in die factæ sunt. Tiberia sive Cybera Asiæ civitas, aliquaque prædia terræ motu demersa sunt. Eccl. Sol. Marc. *An°: Ch.*

A. M. 4422. Ol. 299. 2. vel 1. def. Impp. Honorii 24. ex 17. die Jan. & Theodosii jun. 11. ex Kal. Maii.

Ev. 390. R. C. 1166. 1169. C. Coss. {Im. Fl. Honorius XII. Imp. Fl. Theodosius jun. VIII.} 1170. F. M. 1171. V. {Ind. 1.} *418.*

Iis Coss. inquit Prosper, Concilio Carthagini habibito, Pelagiana est damnata hæresis. Et Valentinianus Constantii, & Placidiæ filius natus est, sexto Nonas julias. Plinta comes, inquit Marcel. Com. idemque rebellium apud Palæstinam provinciam auctor deletus est. Defectus solis [redacted] factus est: (addit Jordanis in annalibus apud Cuspinianum, decimo quarto Kal. Aug.) & cometa apparuit. Eccl. Sol. Marc. & Jordan.

A. M. 4423. Ol. 299. 3. vel 2. def. Impp. Honorii 25. ex 17. die Jan. & Theod. jun. 12. ex Kal. Maii.

Ev. 391. R. C. 1167. 1170. C. Coss. {Fl. Monaxius Fl. Plinta.} 1171. F. M. 1172. V. {Indict. 2.} *419.*

Prosper: *Maximo & Plintâ Coss. Constantius pacem firmavit cum Wallia, datâ ei ad habitandum Aquitaniâ (secundâ) & quibusdam civitatibus confinium provinciarum.* At Marcel. Com. *Valentinianus junior apud Ravennam natus est. Multæ Palæstinæ civitates villaque terræmotu collapsæ. Dominus noster Jesus Christus super montem Oliveti sese de nube manifestavit, &c.*

An. Ch.

A. M. 4424. Ol. 299.4. vel 3. def. Impp. Honorii 26. ex 17. die Jan. & Theod. jun. 13. ex Kal. Maii.

420. Ev. 392. R. C. 1168. 1171. C. Coſſ. {Imp. Fl. Theod. IX. / Fl. Conſtantius Cæſar III.} 1172. F. M. 1173. V. {Ind. 3.

Fl. Conſtantius tertium Conſul, appellatus Cæſar ab Honorio, in conſortium Imperii aſſumtus eſt apud Ravennam: atque deinde intra Semeſtre mortuus; ſequentibus tamen Coſſ.

A. M. 4425. Ol. 300. 1. vel 299. 4. def. Impp. Honorii 27. ex 17. die Jan. & Theod. jun. 14. ex Kal. Maii.

421. Ev. 393. R. C. 1169. 1172. C. Coſſ. {Fl. Agricola. / Fl. Euſtachius.} 1173. F. M. 1174. V. {Indict. 4.

Iis Coſſ. bellum inter Vandalos & Gothos ortum eſt. Romani cum Perſis conflixerunt. Theodoſius Eudoxiam mœcham duxit.

A. M. 4426. Ol. 300. 2. vel 1. def. Impp. Hon. 28. ex 17. die Jan. & Theod. Jun. 15. ex Kal. Maii. *Is vero annus V. C. ſupputatur MCLXX. in fine Append. Marc. Com.*

422. Ev. 394. R. C. 1170. 1173. C. Coſſ. {Im. Fl. Honorius XIII. / Im. Fl. Theodoſius X.} 1174. F. M. 1175. V. {Ind. 5

Iis Coſſ. exercitus ad Hiſpanias contra Vandalos miſſus eſt, Caſtino duce: qui Bonifacium, virum bellicis artibus præclarum, inepto & injurioſo Imperio ab expeditionis ſuæ ſocietate, magno reipublicæ malo avertit. Hunni Thraciam vaſtaverunt. Perſæ cum Romanis pacem pepigere.

A. M.

A. M. 4427. Ol. 300. 3. vel 2. def. Impp. Honorii 29. ex 17. die Januarii & Theod. jun. 16. ex Kal. Maii.

Ev. 395. R. C. 1171. 1174. C. Coss. Rufius Prætextatus Marinianus. Fl. Asclepiodotus. 1175. F. M. 1176. V. Indict. 6. 423.

Iis Coss. Honorius Imperator Occidentis mortuus est Ravennæ, circa XV. diem Augusti, sive XVIII. Kal. Septembris, anno Imperii sui post mortem Theodosii patris vicesimo nono. Cujus regnum Joannes quidam occupavit, annuente, ut putatum est, Castino, qui exercitui Magister militiæ præfuit.

A. M. 4428. Ol. 300. 4. vel 3. def. Imp. Theodosii jun. 17. ex Kal. Maii.

Ev. 396. R. C. 1172. 1175. V. Coss. Fl. Constantinus, sive Castinus. Fl. Julius Victor. 1176. F. M. 1677. V. Indict. 7 424.

Iis Coss. Theodosius junior Imperator Valentinianum Placidiæ amitæ suæ filium, Cæsarem fecit (mense Septembre:) & cum matre sua, appellatâ Augustâ, ad recipiendum Occidentale Imperium misit. Quo tempore Joannes, dum Africam quam Bonifacius obtinebat bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est.

A. M. 4429. Ol. 301. 1. vel 300. 4. def. Impp. Theod. jun. 18. ex Kal. Maii, & Placidii Valentiniani 1. ex idibus sive XV. die Octob.

Ev. 397. R. C. 1173. 1176. C. Coss. Imp. Fl. Theodosius jun. XI. Im. Fl. Placidius Valentinianus. 1177. F. M. 1178. V. Indict. 8. 425.

Placidia Augusta & Fl. Placidius Valentinianus Cæsar Joannem tyrannum oppresserunt, & Imperium victores receperunt; Castino in exilium acto, & datâ veniâ Aetio, quod Hunni quos per Joannes exciverat, ejusdem studio ad propria reversi sunt. Ipseque Valenti-

An: Ch. lentinianus, ejus nominis tertius, Theodosii junioris decreto, Ravennæ Imperator Augustus appellatus est, circa idus sive xv. diem Octobris.

426. A. M. 4430. Ol. 301. 2. vel 1. def. Impp. Theodosii jun. 19. ex 1. die Maii & Placidii Valentiniani 2. ex 14. die Oct.

Ev. 398. R. C. 1174. ~~1175.~~ C. 1177. Coss. { Imp. Fl. Theodosius Jun. XII. / Imp. Fl. Pl. Valentinianus II. } 1178. F. M. / 1179. V. { Indict. 9.

Iis Coss. Patroclus Arelatensis Episcopus à Tribuno barbaro, ad jussionem, ut creditum est, Felicis Magistri militum, trucidatus est. Gunderico regi Vandalorum misere mortuo successit Geisericus, Arianus hæreticus, & Catholicorum crudelis persecutor.

A. M. 4431. Ol. 301, 3. vel 2. def. Impp. Theodosii jun. 20. ex 1. die Maii & Placidii Valentiniani 3. ex 15. die Oct.

427. Ev. 399. R. C. 1175. 1178. C. Coss. { Fl. Hierius. / Fl. Ardaburius. } 1179. F. M. / 1180. V. { Indict. 10.

Iis Coss. Bonifacio in Africâ bellum illatum est ad arbitrium Felicis; occisis autem Muvortio & Gallione & Sinoce ducibus, ejus cura translata est in Sigisvultum Comitem: vocatisque in auxilium barbaris mare pervium factum est: Vandalorum gente in Africam ex Hispaniâ trajiciente. Pannoniæ, quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retentæ erant, à Romanis receptæ sunt.

A. M. 4432. Ol. 301. 4. vel 3. def. Impp. Theodosii jun. 21. ex 1. die Maii & Placid. Valentin. 4. ex 15. die Oct.

428. Ev. 400. R. C. 1176. 1179. C. Coss. { Fl. Felix. / Fl. Taurus. } 1180. F. M. / 1181. V. { Indict. 11.

Iis Coss. Nestorius Constantinopolitanus Episcopus hæresin

Ann: Ch.

hæresin suam spargere cœpit: prædicans Christum ex Mariâ hominem tantum, & non Deum natum; eique divinitatem postea collatam esse pro merito. Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant, Aetii comitis armis recepta est. Iisdem Coss. Anglo Saxones in Britanniam venisse observavit antiquitatis peritissimus Gul. Camdenus.

Nestorius C.P. Episcop. Heresin suam spargit

Anglo-Saxones in Britanniam veniunt.

A. M. 4433. Ol. 302. 2. vel 301. 4. def. Impp. Theod. jun. 22. ex 1. die Maii & Placid. Valentin. 5. ex 15. die Oct.

Ev. 401. R. C. 1177. 1180. C. Coss. { Fl. Florentius. / Fl. Dionysius. } 1181. F. M. 1182. V. { Indict. 12.

429.

Iis Coss. Felice ad Patritiam dignitatem evecto, Aetius Magister militum factus est. Agricola Hæreticus Pelagianus Ecclesias Britanniæ dogmatis sui insinuatione corrupit; sed adactione Palladii diaconi, Papa Cælestinus Germanum Antissiodorensem Episcopum vice sua misit, ut deturbatis hæreticis Britannos ad Catholicam fidem dirigeret: ut refert Prosper, quanquam corruptus.

A. M. 4434. Ol. 302. 2. vel 1. def. Impp. Theodosii jun. 23. ex 1. die Maii & Plaudii Valentiniani ex 15. die Oct.

Ev. 402. R. C. 1178. 1181. C. Coss. { Imp. Fl. Theodosius Jun. XIII. / Imp. Fl. Placid. Valentinianus III. } 1182. F. M. 1183. V. { Indict. 13.

430.

Aetius Felicem cum uxori sua Pedusiâ, & Grunnitum Diaconum sibi insidiantes præsentiens interemit. Augustinus Hipponis in Africâ Episcopus, urbe suâ à Vandalis obsessâ, mortuus est.

S. Augustinus moritur Hippone a Vandalis obsessâ.

A. M.

An: Ch

A. M. 3435. Ol. 302. 3. vel 2. def. Impp. Theod. jun. 24. ex 1. die Maii & Placidii Valentiniani 7. ex 15. die Oct.

431. Ev. 403. R. C. 1179. 1182. C. Coſſ. {Anicius Baſſus. / Fl. Antiocchus.} 1183. F. M. 1184. V. {Indict. 14.

Iis Coſſ. inquit Proſper, congregatâ apud Epheſum plus ducentorum Synodo ſacerdotum (quam Marcellinus ad annum præcedentem refert) Neſtorius cum hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis qui ſi cognatum ſibi dogma juvabant, damnatus eſt. Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatus à Papa Cæleſtino Palladius, & primus Epiſcopus miſſus eſt. Theodoſius Imperator inquit Marcellinus Comes, in tritici penuriâ à plebe lapidibus impetitus eſt.

A. M. 4436. Ol. 302. 4. vel 3. def. Impp. Theodoſii jun. 25. ex 1. die Maii & Placidii Valentin. 8. ex 15. die Oct.

432. Ev. 404. R. C. 1180. 1183. C. Coſſ. {Fl. Aetius Magiſter utriuſque militiæ. / Fl. Valerius.} 1184. F. M. 1185. V. {Ind. 15.

Iis Coſſ. Placidiæ Auguſtæ inſtinctu, Bonifacius ex Africâ in Italiam reverſus, & Magiſter militum loco Aetii factus, eum prælio vicit, ſed poſt paucos dies ex vulnere vel morbo mortuus eſt. Aetius vero inimicos fugiens ad Hunnos pervenit, quorum auxilio pacem Principum, priſtinamque dignitatem recepit.

A. M. 4437. Ol. 303. 1. vel 304. 1. def. Impp. Theod. jun. 26. ex 1. die Maii & Placidii Valentiniani 9. ex 15. die Oct.

433. Ev. 405. R. C. 1181. 1184 C. Coſſ. {Im. Fl. Theod. Jun. XIV. / Fl. Anicius Maximus.} 1185. F. M. 1186. V. {Ind. 1.

Iis Coſſ. Burgundiones ab Aetio pugna victi ſunt. Iiſdem Coſſ. vel ſequentibus maxima pars regiæ urbis (ſcilicet Conſtantinopolis) pars ſeptentrionalis per tres

tres dies continuos incensa collapsaque est mense Augusto. *An. Ch.*

A. M. 4438. Ol. 303. 2. vel 1. def. Impp. Theod. jun. 27. ex 1. die Maii & Placidii Valentiniani 10. ex 15. die Oct.

Ev. 406. R. C. 1182. 1185. C. Coss. { Fl. Licinius Aspar. / Fl. Arcobinda. } 1186. P. M. / 1187. V. { Indict. 2 } 434

Iis Coss. Vandali jam nono anno Africam infestantes pactum à Romanis postularunt.

A. M. 4439. Ol. 303. 3. vel 2. def. Impp. Theod. jun. 28. ex 1. die Maii & Placidii Valentiniani 11. ex 15. die Oct.

Ev. 407. R. C. 1183. 1186. C. Coss. { Imp. Fl. Theodosius Jun. XV. / Imp. Fl. Placid. Valentinianus IV. } 1187. P. M. / 1188. V. { Indict. 3. } 435.

Iis Coss. pax facta est cum Vandalis, concessâ eis ad habitandum Africæ portione. Gundicarium Burgundionum regem in Galliâ Aetius bello subegit, eundemque non multo post Hunni peremerunt. Is autem annus U. C. supputatur MCLXXXIX. in fine appendicis Marcel. C.

A. M. 4440. Ol. 303. 4. vel 3. def. Impp. Theod. jun. 29. ex 1. die Maii & Placid. Valent. 12. ex 15. die Octob.

Ev. 408. R. C. 1184. 1187. C. Coss. { Fl. Isidorus. / Fl. Senator. } 1188. P. M. / 1189. V. { Indict. 4. } 436.

Iis Coss. Gothi pacem turbantes, Narbonam obsessam fame presserunt; sed Litorius Comes superveniens, & hostes vi repulit, & civitatem advecto frumento fame liberavit.

A. M. 4441. Ol. 304. 1. vel 303. 4. def. Impp. Theod. jun. 30. ex 1. die Maii & Placidii Valent. 13. ex 15. die Oct.

437. Ev. 409. R. C. 1185. 1188. C. Coſſ. Fl. Aetius. Fl. Sigevultes. 1189. F. M. 1190. V. Indict. 5.

Iis Coſſ. bellum adverſus Gothos, Hunnis auxiliantibus, geſtum eſt. Geiſericus Vandalorum rex Arianus Catholicos in Africâ crudeliter perſecutus eſt. Barbari piraticam exercere aggreſſi ſunt. Valentinianus Imp. Theodoſii avunculi ſui filiam Eudoxiam uxorem accepit.

A. M. 4442. Ol. 304. 2. vel 1. def. Impp. Theod. jun. 31. ex 1. die Maii & Placidii Valent. 14. ex 15. die Oct.

438. Ev. 410. R. C. 1186. 1189. C. Coſſ. Imp. Fl. Theodoſius Jun. XVI. Anicius Acilius Glabrio Fauſtus. 1190. F. M. 1191. V. Indict. 6.

Iis Coſſ. Piratæ cum alias inſulas tum præcipue Siciliam vaſtaverunt. Contradis autem prædo cum comitibus ſuis captus interfectuſque eſt. Adverſus Gothos in Galliâ quædam proſpere geſta ſunt.

A. M. 4443. Ol. 304. 3. vel 2. def. Impp. Theod. jun. 32. ex 1. die Maii & Placidii Valent. 15. ex 15. die Oct.

439. Ev. 411. R. C. 1187. 1190. C. Coſſ. Imp. Fl. Theodoſius Jun. XVII. Fl. Feſtus. 1191. F. M. 1192. V. Indict. 7.

Iis Coſſ. Litorius Comes, ſecundâ ab Aetio Patritio poteſtate cum Gothis temere manum conſerens, victus captuſque & interfectus eſt: cum quibus nihilominus pax redintegrata, quum eam poſt ancipitis pugnæ lachrymabile experimentum humiliter popoſciſſent. Interea vero Geiſericus Carthaginem Africæ provinciæ Metropolim invaſit, cepitque decimoquarto Kal. Novembris.

A. M.

An: Ch.

A. M. 4414. Ol. 304. 4. vel 3. def. Impp. Theod. jun. 33. ex. 1. die Maii & Placidii Valent. 16. ex 15. die Octob.

Ev. 412. R. C. 1188. 1191. C. Coss. { Imp. Fl. Placid. Valentinianus V. / Fl. Anatolius. } 1192. F. M. / 1193. V. { Indict. 8. 440.

Iis Coss. Geisericus Siciliam graviter affligens, timore Sebastiani ducis (qui gener fuerat Bonifacii Patritii) ad Carthaginem tuendam reversus est.

A. M. 4445. Ol. 305. 1. vel 304. 4. def. Impp. Theod. jun. 34. ex 1. die Maii & Placidii Valent. 17. ex 15. die Oct.

Ev. 413. R. C. 1189. 1192. C. Coss. { Post. Conf. Im. Fl. Placid. Valentin. VI. / Fl. Cyrus Panopelites sine collega. } 1193. F M. / 1194. V. { Ind. 9. 441.

Iis Coss. Theodosius Imp. bellum movit contra Geiscricum & Vandalos, missâ classe magnâ cum tribus ducibus, qui cunctando negotium differentes, Siciliæ magis oneri quam Africæ præsidio fuerunt. Marcel. Com. ex Sconhonii editione refert eodem Cos. Persas, Saracenos, Zannos, Isauros, Hunnos finnibus suis egressos Romana sola vastasse: Hunnos autem plurima Illyrici oppida excidisse.

A. M. 4446. Ol. 305. 2. vel 1. def. Impp. Theod. Jun. 35. ex 1. die Maii & Placidii Valent. 18. ex 15. die Octob.

Ev. 414. R. C. 1190. 1193. C. Coss. { Fl. Dioscorus. / Fl. Eudoxius. } 1194. F. M. / 1195. V { Indict. 10. 442.

Iis Coss. Bledâ & Attilâ fratribus Hunnorum regibus, multarumque gentium ducibus, Illyricum Thraciamque depopulantibus, exercitus qui in Siciliâ morabatur, ad defensionem Orientalium partium reversus est. Cum Geiserico autem à Valentiniano Imperatore pax firmata, & certis spatiis Africa inter utrumque

divisa est. Sub idem tempus stella crinita diu ardens apparuit. A Valente VI. & Valentiniano jun. II. Coss. hucusque recensentur anni LXIV. in fine appendicis Marcellini Comitis.

A. M. 4447. Ol. 305. 3. vel 2. def. Impp. Theod. Jun. 36. ex 1. die Maii, & Placidii Valent. 19. ex 15. die Octob.

443. Ev. 415. R. C. 1191. 1194. C. Coss. { Fl. Anicius Maximus II. / Fl. Paternus sive Paterius. } 1195. F. M. 1196. V. { Indict. II.

Iis Coss. Leo Papa Romanus multos in Urbe Manichæos inveniens publicavit, & libros eorum incendit. Theodosius Imperator ex Asiana expeditione Constantinopolim rediit.

A. M. 4448. Ol. 305. 4. vel 3. def. Impp. Theod. Jun. 37. ex 1. die Maii, & Placidii Valent. 20. ex 15. die Octobr.

444. Ev. 416. R. C. 1192. 1195. C. Coss. { Imp. Fl. Theodosius Jun. XVIII. / Cæcina Decius Albinus. } 1196. F. M. 1197. V. { Ind. 12.

Iis Coss. Attila Rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem suum peremit: ejusque populos sibi parere compulit. Severum Presbyterum & Joannem Diaconum Eudoxiæ Reginæ apud Aeliam (sive Hierosolymam) urbem ministrantes, missus ab Imperatore Theodosio maritus Saturninus Comes domesticorum occidit. Eudoxia Saturninum protinus obtruncavit: statimque mariti Imperatoris nutu regiis spoliata ministris apud Aeliam remansit moritura.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4449. Ol. 306. 1. vel 305. 4. def. Impp. Theod. Jun. 38. ex 1. die Maii, & Placidii Valent. 21. ex 15. die Oct.

Ev. 417. R. C. 1193. 1196. V. Coss. Imp. Fl. Placidius Valentinianus VI. Fl. Nonius. 1197. F.M. 1198. V. Ind. 13 445.

Usque ad eos Coss. Prosper Chronicon suum extendit juxta vulgata exemplaria. Quidam eum decennio ulterius illud perduxisse testantur. Marcellinus comes ex Sconhonii editione refert, iis Coss. Bledam interfectum: atque apud Byzantium populari orta in Circo seditione, multos se invicem occidisse.

A. M. 4450. Ol. 396. 2. vel 1. def. Impp. Theodosii Jun. 39. ex 1. die Maii, Placidii Valent. 22. ex 15. die Octob.

Ev. 418. R. C. 1194. 1197. C. Coss. Fl. Aetius III. Q. Aurelius Symmachus. 1198. F.M. 1199. V. Indict. 14. 446.

In Marcellino comite Cuspiniani, is Consulatus cum proxime præcedente confunditur: in Prosperi autem epilogo proxime præcedens cum penultimo: idemque plane omittitur in Victore Episcopo Tunnunensi qui Chronicon Prosperi continuavit. Sed in Sconhonii, Marcellino, iis Coss. fertur magna fames Constantinopolim invasisse, pestisque illico subsecuta: ac templum Regiæ civitatis igne crematum. Eodem autem anno Domini vulgari quadragentesimo quadragesimo sexto, juxta Jordanem sive Jornandem in Annalibus, apud eundem Cuspinianum, Britanni ab Aetio & Romanis contra Scotos & Pictos auxilium implorarunt, nec impetrarunt. Cæterum hujus simile habetur apud Gildam Britannicum: *Aetio ter Consuli gemitus Britannorum, &c.*

Ar. Ch

A. M. 4451 ol. 306. 3. vel 2. def. Impp. Theod. Jun. 40. ex 1. die Maii, & Placidii Valentiniani 23. ex 15. die Oct.

447. Ev. 419. R. C. 1195. 1198. C. Coss. { Faltonius Probus Alypius, sive Caleppius. / Fl. Ardaburius. } 1199. F.M. 1200. V. Ind. 15.

Iis Coss. ingente terræ motu Constantinopolis muri cum quinquaginta septem turribus corruerunt: qui deinde intra tres menses Constantini Præfecti prætorio operâ reædificati sunt. Redintegrato Bello Hunnico maximo Attila ad Thermopolim usque infestus pervenit. Arugisslus Magister militiæ in ripensi Daciâ, prœlio occisus est.

A. M. 4452. ol. 306. 4. vel 3. def. Impp. Theod. Jun. 40. ex 1. die Maii, & Placidii Valent. 24. ex 15. die Oct.

448. Ev. 420. R. C. 1196. 1199. C. Coss. { Rufius Prætextatus Postumianus. / Fl. Zeno. } 1200. F.M. 1201. V. Ind. 1.

Iis Coss. India provincia Theodosio Principi pro munere tigrim domitam misit, legatis Attilæ à Theodosio depactas olim pecunias efflagitantibus. Eodem tempore, juxta Jornandem in Annalibus, vel anno sequente, Marciani Imperatoris primo, vulgari autem anno Domini quadringentesimo quadragesimo nono juxta Bedam, Anglisaxones à Britannis (accersiti) contra Pictos & Scotos arma converterunt, & post multa bella magnâ ex parte insulâ subactâ potiti sunt.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4453. Ol. 307. 1. vel 306. 4. def. Impp. Theod. Jun. 42. ex 1. die Maii, & Placidii Valent 25. ex 14. die Oct.

Ev. 421. R. C. 1197. 1200. C. Coss. { Turcius Secundus Asterius. Fl. Protogenes. } 1201. F.M 1202. V. { Ind. 2. 449.

Iis Coss. arte Aetii, inter Attilam Hunnorum Regem Gallias aliasque circum provincias vastantem & Gothos prælio concitato, Theodericus Rex Gothorum cecidit. Cui Torismodus filius successit.

A. M. 4454. Ol. 307. 2. vel 1. def. Impp. Theodosii Jun. 43. ac ultimo, Marciani autem 1. ex 28. die Julii, & Placidii Valentiniani 26. ex 15. die Oct.

Ev. 422. R. C. 1198. 1201. C. Coss. { Imp. Fl. Placidius Valentinianus VII. Gennadius Valerius Corvinus Avienus. } 1202. F.M 1203. V. { Ind. 3. 450.

Iis Coss. Imperator Fl. Theodosius Junior lapsu ex equo, Constantinopoli mortuus est, XXVIII. die Julii, sive v. Kal. Augusti; transactis Imperii post mortem Arcadii Patris annis quadraginta duobus ac fere trimestri, non tantum annis triginta octo, ut habetur apud Evagrium Scholasticum in fine libri primi Ecclesiasticæ Historiæ. Ei autem successit, Pulcheriæ sororis ipsius studio, Fl. Marcianus Thrax sive Illyrius: creatus Imperator, ut habent Fasti Græci, mense Augusto, ante VIII. Kal. Septembris, die quinto (scilicet Septimanæ) sed revera die sexto, nisi creatus sit præcedente anno juxta Bedæ calculum. Mox autem Chrysaphus præpotens Theodosii Eunuchus, Eutychetis hæretici amicus interfectus est.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4455. Ol. 307. 3. vel 2. def. Impp. Marciani 2. ex 28. die Julii & Placidii Valentiniani 27. ex 15. die Oct.

451. Ev. 423. R. C. 1199. 1202. C. Coſſ. {Im. Fl. Marcianus. / Clopius Adelphius} {1203. F. M. / 1204. V.} {Indict. 4.}

Iis Coſſ. ſeptingentorum & triginta Patrum ſancta & univerſalis Synodus, indicta à Marciano, ipſo Imperii ſui exordio, contra Eutychetem nefandiſſimorum præſulem monachorum apud Chalcedonem, VIII. Kal. Octobris collecta & celebrata eſt: quâ Synodus Epheſina, habita ante biennium pro Eutychete, abdicata eſt. Iiſdem Coſſ. Romani Aetio duce, Gothis auxiliaribus, contra Attilam in campis Catalaunicis ingente pugnâ conflixerunt, eumque ſuperatum in ſuperiorem Galliam fugere compulerunt. Quam pugnam Jornandes in annalibus apud Cuſpinianum ad annum præcedentem referre videtur: ipſam nihilominus diverſam ſtatuens ab ea, qua Theodoricus rex occiſus eſt: quam alii eandem cum hac faciunt.

A. M. 4456. Ol. 307. 4. vel 3. def. Impp. Marciani 3. ex 28. die Julii, & Placidii Valentiniani 28. ex 15. die Octob.

452. Ev. 424. R. C. 1200. 1203. C. Coſſ. {Herculanus. / Aſporatius.} {1204. F. M. / 1205. V.} {Indict. 5.}

Iis Coſſ. (qui prorſus deſunt apud Victorem Tunnunenſem) Attila recollectis viribus Aquileiam vi magnâ diu obſeſſam cepit; & circumquaque prædis & cædibus furibundus debacchatus eſt: donec Valentinianus Imperator Leone Papâ legato pactum cum eo fecit. Quod Jornandes item refert ad annum præcedentem. Iiſdem Coſſ. Marcianus Imperator ſuis ſtatuit decretis, ut hi qui Conſules fieri cupiebant, nihil æris in publicum ſpargerent; ſed ſtatutam pecuniam ad reparandum urbis aquæ ductum dependerent. Eodem tempore tres magni lapides è cœlo in Thraciâ ceciderunt, inquit Marcellinus Comes. A. M.

An. Ch.

A. M. 4457. Ol. 308. 1. vel 307. 4. def. Impp. Marciani 4. ex 28. die Julii. & Placidii Valent. 29. ex 15. die Octob.

Ev. 425. R. C. 1201. 1204. C. Coss. {Fl. Opilio. / Fl. Vincomalus.} 1205. F M. 1206. V. {Indict. 6. 453.

Iis Coss. Marcellinus Comes longâ narratione refert Joannis Baptistæ scilicet caput inventum, mense Februario die vicesimo quarto, qui in Fastis Græcis refertur decimus octavus, anno secundo Alexandrino DCCLXIII. Antiochino DI. media jejuniorum paschalium septimanâ: (id autem magis utique convenit anno præcedenti, quo Pascha fuit XXIII. die Martii) & Pulcheriam Augustam Marciam uxorem mortuam esse. Verum annus Antiochenus apprime convenit illis Coss. contra quod putavit Scaliger.

Cassiodorus autem & Victor Tunnunensis Attilam in suis sedibus, iisdem Coss. referunt esse mortuum: de cujus regno dum filii dimicarent, Hunnos vastatos & diminutos esse.

A. M. 4458. Ol. 308. 2. vel 1. def. Impp. Marciani 5. ex 28. die Julii, & Placidii Valent. 30. ex 15. die Octob.

Ev. 426. R. C. 1202. 1205. C. Coss. {Fl. Actius. / Fl. Studius.} 1206. F. M. 1207. V. {Indict. 7. 454.

Aetius Patritius, filii sui Consulatu, à Valentiniano Imperatore, cum Boëtio amico, in palatio trucidatus est.

Aetius Patricius ad cum Boetio amico in palatio trucidatus est.

An. Ch. A. M. 4459. Ol. 308. 3. vel 2. def. Imp. Marciani 6. ex 28. die Julii, & Anicii (ſive Petronii) Maximi 1. ex 17. Martii: atque Mœcilii Aviti 1. ex 10. d. Jul.

455. Ev. 427. R. C. 1205. 1206. C. Coſſ. { Imp. Fl. Placidius Valentinianus VIII. / Fl. Anthemius. } 1207. F. M. / 1208. V. Ind. 8.

Iis Coſſ. (ad quos uſque Proſperum Aquitanum Chronicon ſuum perduxiſſe aſſerunt Jornandes & Gennadius) Valentiniano Imperatore Romæ peremto in Campo Martio, anno Imperii à Joannis Tyranni cæde triceſimo XVII. die Martii, ſive XVI. Kal. Aprilis, creatus eſt Imperator Fl. Anicius (ſive Petronius) Maximus. Idemque interfectus eſt tertio Imperii menſe, pridie Idus ſive XII. die Junii. Tertio autem die poſtea Geiſericus Vandalorum Rex Romam intravit & per XII. dies multis opibus ſpoliavit: annis quadraginta (quinque juxta Paulum Diaconum) quatuor poſtquam capta erat ab Alarico. Deinde vero in Galliis Fl. Mœcilius Avitus Imperator creatus eſt, VI. Id. ſive 10. die Julii: inquiunt Tunnunenſis & alius incertus auctor continuans Proſperi Chronicon, apud Cuſpinianum: qui præterea refert Sabariam terræ motu everſam eſſe VII. Idus Septembris, die veneris: ſed videtur legendum V. Idus, vel die Mercurii, alioquin hoc contigerit anno ſequente.

Junij 15° Geiſericus Vandalorum rex Romam intravit. In Galliis Avitus Imperator creatus eſt 10 die Julii.

A. M. 4460. Ol. 308. 4. vel 3. def. Impp. Marciani 7. ex 28. die Julii, & vacationis Imperii Occidentalis, 1. ex 17. die Maii.

456. Ev. 428. R. C. 1204. 1207. C. Coſſ. { Fl. Joannes. / Fl. Varari, ſive Varanes. } 1208. F. M. / 1209. V. Indict. 9.

Iis Coſſ. Ricimerus Magiſter militum Fl. Mœcilium Avitum Imperatorem ſuperavit; ac deinde Placentiæ captum

captum & Imperio quasi decemestri abdicare coactum, Episcopum fecit, interfecto Messiano Patritio ejus, XVII. die Maii sive XVI. Kal. Junii. Inde autem vacavit Imperium Occidentale ad undecimum usque mensem.

A. M. 4461. Ol. 309. 2. vel 308. 4. def. Impp. Leonis I. ex 26. die Januarii & Majorani I. ex Kal. Aprilis.

Ev. 429. R. C. 1205. 1208. C. Coss. { Fl. Constantinus. / Fl. Rufus. } 1209. P. M. 1210. V. { Indict. 10

457.

Iis Coss. sub initium prænotati naturalis anni Mundi & Evangelii, Marciano Imperatore mortuo, postquam imperaverat sex annos & sex menses (quanquam Tunnunensis ei ascribit distertis verbis tantum quinque annos & sex menses, demto etiam dicto Consulatu Herculani & Asporatii) XXVI. die Januarii sive VII. Kal. Februarii: in Orientis Imperio Senatus & militum suffragiis successit Fl. Leo, Thrax. Ejus autem voluntate Occidentis Imperator creatus est Fl. Julius Valerius Majoranus, Kalendis Aprilis. Cæterum ab eo anno refert Jornandes sive Jordanes, in Annalibus apud Cuspinianum, Victorinum Paschales cyclos inchoasse, ipsumque fuisse annum Domini quadringentesimum quinquagesimum sextum, quum antea Imperii Marciani initium statuisset anno quinquagesimo, eatenus etiam ipse congruens Victoris Tunnunensis calculo. Verum hic asserit eo anno quo mortuus est Marcianus, Pascha Domini celebratum esse quarto Kal. April. nempe Pascha τεσσαρεσκαιδεκατον sextâ feriâ, qua Dominus est crucifixus, quæ tamen per errorem ad sextum Kal. tanquam diversa statuitur; quum Pascha ἀναστασιμον quo celebrata sit resurrectio Christi, die Dominico pridie Kal. April. fuerit vulgari anno Domini quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Porro autem eodem anno, autumni tempestate, Antiochiæ

Ingens terræ motus Antiochiæ 14. Septembris 4° horâ noctis.

tiochiæ ingens terræ motus contigit, uti refert Evagrius Ecclesiasticæ Historiæ lib. 2. capite 12. (& Niceph. Callistus lib. 15. cap. 20.) nempe anno Antiochinorum quingentesimo sexto, circa quartam horam noctis, die decimo quarto mensis Gorpiæi sive Septembris, κυρίας (sive κυριακῆς) ἐπιγαλαβούσης ἡμέρας, per Indictionem undecimam, nimirum ineuntem. Quem quidem terræ motum Scaliger in annotationibus ad Eusebii Chronicon & libro tertio Canonum Chronologicorum de Epochâ Antiochinorum perperam refert ad decimum quartum diem Septembris sequentis anni Domini CDLVIII, tanquam diem Dominicum: quum Epiphanius non dicat terræ motum contigisse die Dominico, ut interpretatur Scaliger; verum nocte decimi quarti diei Septembris, ac diem Dominicum ἐπικαταλαβεῖν, id est, deinceps excepisse sive insecutum esse illam noctem: ideoque hoc anno videlicet Domini CDLVII: ac proinde consequens sit, Antiochinorum Epocham juxta Evagrium convenire ineunti mensi Gorpiæo anni quarti Olympiadis CLXXXII. cui etiam imputatum sit initium Indictionum per universum Orientis Imperium, quemadmodum nos supra posuimus; neutiquam Hyperberetæo sive Octobri sequentis anni primi Olympiadis CLXXXII, veluti in Eusebii Chronico posuit Scaliger. Illud tamen observandum est, Evagrium annum hunc appellare Leonis Imperatoris secundum, quippe qui pleraque ex parte undecimæ Indictioni congruat, quum alioqui sit primus desinens: veluti etiam nos deinceps eandem Indictionem, non modo ad eundem illius Imperatoris annum, atque Consulatum eodem mense ineuntem, sicut & Marcellinus Comes, sed etiam ad insequentem annum naturalem mundi ac Evangelii, pariter atque Romæ Conditæ referimus; neque vero aliter commodius facere possumus.

CLXXXIII

A. M.

An: Ch

A. M. 4462. ol. 309. 2. vel 1. def. Impp. Leonis 2. ex 26. die Januar. & Majorani 2. ex Kal. April.

Ev. 439. R. C. 1206. 1209. C. Coss. { Imp. Fl. Leo. / Im. Fl. Julius Valerius Majoranus. } 1210. F. M. / 1211. V. { Indict. 11 } 458.

Iis Coss. Leo Imp. pro tomo Chalcedonensi per Epistolas exquisivit Episcoporum sententias, easque consonantes suscepit. Majoranus Imp. contra Vandalos in Africam movit procinctum.

A. M. 4463. ol. 309. 3. vel 2. def. Imp. Leonis 3. ex 26. die Januar, & Majorani. 3. ex Kal. April.

Ev. 431. R. C. 1207. 1210. C. Coss. { Fl. Ricimer Magister utriusque militiæ. / Fl. Patritius. } 1211. F. M. / 1212. V. { Indict. 12. } 459.

Iis Coss. Suevi Galliciam, & Gothi Bæticam Provincias vastarunt. Isaac Presbyter Antiochiæ ruinam Elegiaco carmine planxit.

Isaac Presb. carmen odi elogiacum.

A. M. 4464. ol. 309. 4. vel 3. def. Impp. Leonis 4. ex 26. die Januar. & Majorani 4. ex Kal. April.

Ev. 432. R. C. 1208. 1211. C. Coss. { Magnus. / Apollonius. } 1212. F. M. / 1213. V. { Indict. 13. } 460.

Iis Coss. Majoranus Imp. factâ cum Theodorico & Gothis pace, contra Vandalos atque Suevos Galliciam & Lusitaniam deprædantes, suo illos ascivit auxilio.

Majoranus Imp. contra Vandalos & Suevos in Hispaniam proficiscitur

An: Ch.

A. M. 4465. Ol. 310. 1. vel 309. 4. def. Impp. Leonis 5. ex 26. die Januar. & Majorani 5. ex Kal. April. atque Vibii Severi 1. ex 19. die Novemb.

461. Ev. 433. R. C. 1209. 1212. C. Coſſ. {Fl. Severinus. / Fl. Dagalaiphus.} {1213. F. M. / 1214. V.} {Indict. 14.

Majorani claſſis diripitur. Romam redortus Majoranus à Ricimere coactus impio abdicat 2°. Auguſti. Severus 2. Imp. à 19°. Nov.

Iis Coſſ. Majoranus Imperator Hiſpanias petens, claſſem contra Vandalos paravit, quæ ab illis direpta eſt. Romam autem revertens, à Ricimere Patritio, Dertonæ coactus eſt Imperio abdicare, IV. Non. ſive 2. die Auguſti; & ad fluvium Hiram interfectus VI. die ſive VIII. id. ejuſdem menſis. Deinde vero poſt alterius fere quadrimeſtris interregnum, ab eodem Ricimere, Ravennæ Imperator Occidentalis creatus eſt, Fl. Vibius Severus, XIX. die Novemb. ſive XIII. Kal. Decembr.

A. M. 4466. Ol. 310. 2. vel 1. def. Impp. Leonis 6. ex 26. die Januar. & Severi 2. ex 19. die Novembr.

462. Ev. 434. R. C. 1210. 1213. C. Coſſ. {Imp. Fl Leo II. / Imp. Fl. Vibius Severus.} {1214. F. M. / 1215. V.} {Indict. 15.

Rabennus Comes Narbonam Theodorico tradit. Achaicus Medicus Leonem Imp. ſanat.

Iis Coſſ. Rabennus in Galliâ Comes Theoderico Gothorum Regi Narbonam tradidit. In Gallicâ villâ homines & greges mirum in modum fulmine tacti combuſti ſunt. Jacobus Achaius medicus peritus magnâ auctoritate & fiduciâ Leonem Imperatorem febre defatigatum ſanavit.

A. M. 4467. Ol. 310. 3. vel 2. def. Impp. Leonis 7. ex 26. die Januar. & Severi 3. ex 19. die Novembr.

463. Ev. 435. R. C. 1211. 1214. C. Coſſ. {Cæcina Decius Baſilius Felix, / Fl. Vibianus.} {1215. F. M. / 1216. V.} {Indict. 1.

Iis Coſſ. qui cum præcedentibus confunduntur apud Tunnunenſem nihil memorabile geſtum legitur.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4468. Ol. 310. 4. vel 3. def. Impp. Leonis 8. ex 26. die Januar. & Severi 4. ex 19. die Novemb.

Ev. 436. R. C. 1212. 1215. C. Coss. { Fl. Rusticus. / Fl. Anicius Olybrius. } 1216. F. M. 1217. V. { Ind. 2. 464

Iis Coss. Rex Alanorum Beorgor, prope Bergomum civitatem Venetiæ, à Ricimere Patritio occisus est.

Beorgor Alanorum Rex à Ricimere occisus est.

A. M. 4469. Ol. 311. 1. vel 310. 4. def. Impp. Leonis 9. ex 26. die Januar. & Severi 4. atque ultimo.

Ev. 437. R. C. 1213. 1216. C. Coss. { Fl. Hermenericus. / Fl. Basiliscus. } 1217. F. M. 1218. V. { Indict. 3. 465.

Iis Coss. Severus Imperator, fraude ut putatum est est Ricimeris, Romæ in Palatio, veneno interiit, xv. die Augusti, sive XVIII. Kal. Septembr. postquam imperaverat fere quatuor annos. Inde vacavit Occidentale Imperium ad annum & octimestre. Constantinopolis inopinato igne magnâ ædium strage arsit quatriduo.

Severus Imp. fraude Ricimeris Romæ veneno extinctus est.

A. M. 4470. Ol. 311. 2. vel 1. def. Impp. Leonis 10. ex 26. die Januar.

Ev. 438. R. C. 1214. 1217. C. Coss. { Imp. Fl. Leo III. sine Collega. / Ex Kal. Jul. Suff. Tib. Fab. Titianus. } 1218. F. M. 1219. V. { Indict. 4. 466.

Circa id tempus Vandali in Siliciâ per Marcellinum victi cæsi & fugati sunt.

Vandali in Sicilia victi.

A. M. 4471. Ol. 311. 3. vel 2. def. Impp. Leonis 11. ex 26. die Januar. & Fl. Anthemii 1. ex 12. die Aprilis.

Ev. 439. R. C. 1215. 1218. C. Coss. { Fl. Pusæus. / Fl. Joannes. } 1219. F. M. 1220. V. { Indict. 5. 467.

Iis Coss. Fl. Anthemius, Marciani quondam Imperatoris gener, à Leone, ex Patritio Cæsar ordinatus, in Italiam

Anthemius à Leone Cæsar ordi-

An. Ch. Italiam missus, & tertio ab urbe milliario Imperator
natus Jmp. creatus est, prid. id. sive XI. die Aprilis. Bigelis Ge-
creatus est tarum Rex ab Ardabure Asparis filio occisus est.
2°. die April.

A. M. 4472. Ol. 311. 4. vel 3. def.. Impp. Leonis 12. ex 26. die Januar. & Authemii 2. ex 12. die April.

468. Ev. 440. R. C. 1216. 1219. C. P. C. { Imp. Fl. Anthemius II. / Sine Collega. } { 1220. F. M. / 1221. V. } { Indict. 6.

Marcellinus Patritius occisus. Eo Coss. Marcellinus Patritius occisus est in Siciliâ, mense Augusti.

A. M. 4473. Ol. 312. 1. vel 311. 4. def. Impp. Leonis 13. ex 26. die Januar. & Anthemii 3. ex 12. die April.

469. Ev. 441. R. C. 1217. 1220. C. Coss. { Fl. Marcianus. / Fl. Zeno Isauricus. } { 1221. F. M. / 1222. V. } { Indict. 7.

Iis Coss. Arabundus sive Servandus Gallorum Præfectus Imperium affectans, in exilium pulsus est. Caput Denficis Hunnorum Regiis filii Attilæ, Constantinopolim allatum est.

A. M. 3474. Ol. 312. 2. vel 1. def. Impp. Leonis 14. ex 26. die Januar. & Anthemii 4. ex 12. die April.

470. Ev. 442. R. C. 1218. 1221. C. Coss. { Fl. Severus. / Fl. Jordanes. } { 1222. F. M. / 1223. V. } { Indict. 8.

Romanus Patritius regnum affectans occisus. Iis Coss. Romanus Patritius affectans Imperium, jussu Anthemii capite cæsus est. Arelatum & Massilia à Gothis occupata sunt.
capite plexus est. Arelatum & Massilia a Gothis.

A. M.

An. Chr.

A. M. 4475. Ol. 312. 3. vel 2. def. Impp. Leonis 15. ex 26. die Januar. & Anthemii 5. ex 12. die April.

Ev. 443. R. C. 1219. 1222. C. Coss. {Imp. Fl. Leo IV. / Fl. Probianus.} 1223. F. M. 1224. V. {Indict. 9.} 471.

Iis Coss. Aspar primus Patritiorum, cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim Patritio, hoc autem Cæsare generoque Leonis appellato, Constantinopoli in palatio interfecti sunt.

Aspar cum filijs Constantinopoli interfecti sunt

A. M. 4476. Ol. 312. 4. vel 3. def. Impp. Leonis 16. ex 26. die Januar. & Anthemii 6. ex 12. die Apr. atque Olybrii 1. ex 11. die Jul.

Ev. 444. R. C. 1220. 1223. C. Coss. {Fl. Festus / Fl. Marcianus.} 1224. F. M. 1225. V. {Indict. 10.} 472.

Iis Coss. qui cum sequente desunt apud Tunnunensem, bellum civile gestum est Romæ inter Anthemium Imperatorem & Ricimerum Patritium ejus socerum: atque occiso Anthemio XI. die sive V. id. Jul. postquam imperaverat quinque annos & tres menses; antea appellatus, tunc confirmatus est Imperator Fl. Anicius Olybrius. Defunctus vero etiam est Ricimer XVIII. die Augusti. Defunctus autem est Olybrius quoque Imperator eodem anno XXIII. die Oct. sive 10. Kal. Nov. IV. mense Imperii post occisum Anthemium; & vacavit Imperium Occidentale deinde mensibus quatuor. Vesuvio monte ignibus denuo erumpentibus cineres Byzantinum usque tractum perlati sunt. Antiochia etiam iterum terræ motu vehementissime concussa.

Anthemius Imp. à Ricimero occisus est 11° die Jul.

Fl. Anicius Olybrius Imp.

Ricimer moritur 18° Augusti

Olybrius 23° Octobris

Antiochia concussa.

A. M. 4477. Ol. 313. 1. vel 312. 4. def. Impp. Leonis 17. ex 26. die Januar. & Fl. Glycerii 1. ex 5. die Martii.

Ev. 445. R. C. 1221. 1224. C. Cos. {Imp. Fl. Leo V. / Sine Collega.} 1225. F. M. 1226. V. {Indict. 11.} 473.

Leo Imperator, Consul V. nepotem suum ex Ariadnâ filiâ & Zenone Isaurico, Fl. Leonem infantem, Imperii

Leo Imp. nepotem

An. Ch. suum Leonem Imperii cosortem facit. 4°. Febr. Glicerius Occidentis Imp. creatus est 5°. die Martii.

sortem fecit, IV. die Februarii. Fl. Glicerius Domesticus, Gundibali Patritii operâ, Occidentis Imperator apud Ravennam creatus est, V. die sive III Nonas Martii.

A. M. 4478. Ol. 313. 2. vel 3. des. Imppp. Zenonis 1. ex 19. die Januar. & Glicerii 2. ex 5. die Mart. atque Julii Nepotis 1. ex 24. die Junii.

474. Ev. 446. R. C. 1222. 1225. C. Cos. { Im. Fl. Leo junior. / Sine Collega. } 1226. F. M. 1227. V. { Ind. 12

Leo Imp. moritur sub idus Jan. 19. Jan. Zeno Isauricus tanqm. a Leone fil. Imp. creatus est.

Eo Cos. mortuo Leone Imperatore sub Idus Januarii, postquam imperaverat proxime septemdecim annos; XIX. die Januar. sive XIV. Kal. Febr. tanquam à Leone Juniore Imperatore filio suo, creatus est Imperator Fl. Zeno Isauricus. Glicerio Imperatore abdicare coacto, Imperii anno secundo mense quarto, die XXIV. Jun. sive VIII. Kal. Jul. Imperium Occidentale adeptus est Fl. Julius Nepos, Marcellini quondam Patritii sororis filius. Eodem anno, mense Dio sive Novembre juxta Fastos Græcos mortuus est Leo Junior: cui una cum avo Imperii anni XVII. ac menses tantum VI. vel VII. ascripti leguntur apud Marcellinum.

A. M. 4479. Ol. 313. 3. vel 2. des. Imppp. Zenonis 2. ex 19. die Januar. & Nepotis 2. ex 24. die Jun. atque Momyllii Augustuli 1. ex 31 die Octobr.

475. Ev. 447. R. C. 1223. 1226. C. Cos. { Imp. Fl. Zeno Isauricus II. / Sine Collega. } 1227. F. M. 1228. V. { Ind. 13.

Eo anno Zeno Imperator, Verinæ socrus suæ & Vasilisci fratris ejus insidiis circumventus, cum Ariadnâ uxore suâ in Isauriam profugit, Basiliseo Imperium invadente. Orestes Patritius Ravennam cum exercitu introivit, & fugavit Imperatorem Nepotem ad Dalmatias, XXVIII. die August. sive V. Kal. Sept. post Imperii ejus annum

annum & bimestre, eodemque anno filium suum Fl. Momyllium Augustulum, Ravennæ creavit Imperatorem Occidentalem, XXXI. die Octobr. sive prid. Kal. Novemb. *An. Ch.*

A. M. 4480. Ol. 313. 4. vel 3. def. Imppp. Zenonis 3. ex 19. die Januar. & Momyllii Augustuli primo ac ultimo: atque Regis Italiæ Odoacris 1. ex 23. die Augusti.

Ev. 448. R. C. 1224. 1227. C. Coss. { Fl. Basiliscus II. / Fl. Armatus. } { 1228. F. M. / 1229. V. } { Indict. 14. } 476.

Iis Coss. Odoacer rex Torcilingorum & Rugorum, cum multis barbarorum auxiliis, pervasâ Italiâ Romam obtinuit; & Momyllium Augustulum Imperio, mense ejus decimo, abdicare coactum exilio damnavit, XXIII. die Augusti sive X. Kal. Septembr. ipseque Regis Italiæ nomen assumsit, cum tamen nec regni insignibus nec purpurâ uteretur: Oreste & Paulo ejus fratre paucis diebus postea occisis. Ita Romanum Imperium in Occidente, anno Urbis conditæ vero quidem quarto & vicesimo, at Varroniano undetricesimo supra millesimum ac ducentesimum, cessatum est inde per annos trecentos viginti quatuor, usque ad Imperium Caroli Magni. Iisdem Coss. Zeno Imperator, vicesimo mense Constantinopolim redux, Imperium recuperavit, die VII. sive VII id. Novembr. Basiliscо cum uxore & filiis in exilium in Cappadociam pulso, qui ibi interiit. *Odoacer Romam obtinet & Augustulum abdicare coactum exilio damnat 23. Aug. Zeno Imp. C. P.m redux Imperium recuperat 7. Nob.*

A. M. 4481. Ol. 314. 1. vel 313. 4. def. Impp. Zenonis 4. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 2. ex 23. die Augusti.

Ev. 449. R. C. 1225. 1228. V. P. C. { Fl. Basilisci II. / Fl. Armati. } { 1229. F. M. / 1230. V. } { Indict. 15. } 477.

Eo anno (qui in Goltzii Fastis Consularibus omissus est) Odoacer Rex, Italiâ subjugatâ, ut terrorem

suum Romanis indicaret, Bracilam Comitem apud Ravennam occidit, v. id. Julias.

A. M. 4482. Ol. 314. 2. vel 1. def. Impp. Zenonis 5. ex 19. die Januar. & Regis Odoacris 3. ex 23. die August.

478. Ev. 450. R. C. 1226. 1229. C. Cos. { Fl. Illus. / Sine Collega. } 1230. F. M. 1231. V. { Indict. 1.

Eo anno, qui omissus est apud Tunnunensem, vel sequente utpote anno Domini CDLXXVII. Jordanes in Annalibus apud Cuspinianum refert Geiserici Regis Vandalorum in Africâ mortem, & initium regni Hunerici filii ejus: cujus mortem refert Tunnunensis eodem vel insequente anno; cum mortem illius retulisset ante annos quatuordecim, Rustico & Olybrio Coss.

A. M. 4483. Ol. 314. 3. vel 2. def. Impp. Zenonis 6. ex 19. die Januar. & Regis Odoacris 4. ex 23. die August.

479. Ev. 451. R. C. 1227. 1230. C. Cos. { Im. Fl. Zeno III. / Sine Collega. } 1231. F. M. 1232. V. { Indict. 2.

Eo Cos. refert Sconhonii Marcellinus Sabinianum Magnum Illyricianæ militiæ ductorem creatum, Theodericum Regem debacchantem apud Græciam ingenio magis quam virtute deterruisse.

A. M. 4484. Ol. 315. 4. vel 3. def. Impp. Zenonis 7. ex 19. die Januar. & Regis Odoacris 5. ex 23. die Augnst.

480. Ev. 452. R. C. 1228. 1231. C. Cos. { Bl. Basilius Junior. / Sine Collega. } 1232. F. M. 1233. V. { Indict. 3.

Eo Cos. refert vetus Chronicon Cuspiniani Nepotem (quondam) Imperatorem occisum esse VII. id. Maias. Ac ejusdem Marcellinus eodem Cos. sed Indictione quartâ, urbem Regiam (Constantinopolim) assidue

assiduo terræ motu quassatam magnopere; cujus formidolosus dies deinceps celebratus sit nono Kalendas Octobris sive XXIII. die Septembris: unde liquet novam Indictionem cœpisse initio ejusdem mensis.

A. M. 4485. Ol. 315. 1. vel 314. 4. def. Impp. Zenonis 8. ex 19. die Januar. & Regis Odoacris 6. ex 23. die Aug.

Ev. 452. R. C. 1229. 1232 C. Cos. { Fl. Placidus. / Sine Collega. } 1233. F. M. 1234. V. { Indict. 4. } 481.

Eo Coss. qui item omissus est apud Tunnunensem, Sconhonii Marcellinus refert Theodericum Triarii filium regem Gothorum, accitis suis usque ad Anaplum, quartum Urbis Romæ milliarium adveniisse. Continuo autem revertentem in Illyricum interiisse: eodemque anno Sabinianum Magnum mortuum esse. Cassiodorus vero & Jordanes referunt eodem anno Odoacrem Romæ regnantem, Odinam sive Onidam Regem in Dalmatiis viciisse & peremisse.

A. M. 4486. Ol. 315. 2. vel 1. def. Impp. Zenonis 9. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 7. ex 23. die Aug.

Ev. 454. R. C. 1230. 1233. C. Coss. { Fl. Severinus. / Tib. Trocundus. } 1234. F. M. 1235. V. { Indict. 5. } 482.

Iis Coss. inquit Sconhonii Marcellinus, Theodericus cognomento Volamer (sive Amalus) utramque Macedoniam Thessaliamque depopulatus est, & Larissam Metropolim deprædatus.

A. M. 4487. Ol. 315. 3. vel 2. def. Impp. Zenonis 10. ex 19. die Januar. & Regis Odoacris 8. ex 23. die Aug.

Ev. 455. R. C. 1231. 1234. C. Cos. { Anicius Faustus / Sine Collega. } 1235. F. M. 1236. V. { Indict. 6. } 483.

Eo Cos. idem Theodoricus Theodmari filius rex Ostrogothorum, Zenonis muneribus pacatus, magister-

An. Ch. que militiæ factus; creditam sibi Ripensis Daciæ partem, Mæsiæque inferioris obtinuit. Leontius in Isauriâ, ut refert Tunnunensis, Illi sive Hylli Patritii factione tyrannidem arripuit.

A. M. 4488. Ol. 315. 4. vel 3. def. Impp. Zenonis 11. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 9. ex 23. die Aug.

484. Ev. 456. R. C. 1233. 1235. C. Coss. { Theodericus Amalus Rex Goth. 1236. F. M. / Flavius Venantius Decius. 1237. V. } Ind. 7.

His Coss. refert Marcellinus Comes, Illum natione Isaurum cum Leontio tyrannidem arripuisse: & Hunericum Vandalorum regem Catholicos in Africâ crudeliter persecutum esse.

A. M. 4489. Ol. 316. 1. vel 315. 4. def. Impp. Zenonis 12. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 10. ex 23. die Aug.

485. Ev. 457. R. C. 1235. 1236. C. Cos. { Q. Auretius Symmachus. 1237. F. M. / Sine Collega. 1238. V. } Indict. 8.

Eo anno Jordanes in Annalibus Hunericum Vandalorum Regem mortuum esse refert. Longinus, post decennalem custodiam ab Illo sibi in Isauriâ inflictam, Constantinopolim ad Zenonem fratrem suum & Imperatorem advenit.

A. M. 4490. Ol. 316. 2. vel 1. def. Impp. Zenonis 13. ex 19. die Januar. & Reg. 11. ex 23. die Aug.

486. Ev. 458. R. C. 1234. 1237. C. Coss. { Decius Maurus Cæcina. 1238. F. M / Fl. Longinus. 1239. V. } Ind. 9.

Istic quidam Fasti Decium, alii Longinum solum Cos. referunt, nec aliud quicquam memorabile.

A. M.

A. M. 4491. ol. 316. 3. vel 2. def. Impp. Zenonis 14. ex 19. die Januar. & Regis Odoacris 12. ex 23. die Aug. An. Ch. 487.

Ev. 459. R. C. 1235. 1238. C. Cos. { Anicius Manlius Severinus Boetius. / Sine Collega. } 1239. F. M. / 1240. V. { Ind. 10.

Eo Consule, Theodericus Rex, Zenonis beneficiis satiatus, versus Constantinopolin usque ad Melentiadam oppidum infestus accessit, plurimisque locis igne crematis, ad Novensem Moesiæ civitatem remeavit. Eodem Cos. Odoacer Phæba sive Febano rege Rugorum victo captoque potitus est, sub XVII. Kal. Decemb.

A. M. 4492. ol. 316. 4. vel 3. def. Impp. Zenonis 15. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 13. ex 23. die Aug. 488.

Ev. 460. R. C. 1236. 1239. C. Coss. { Claudius Julius Aedesius Dynamius. / Fl. Sisidius. } 1240. F. M. / 1241. V. { Indict. 11.

His Coss. inquit vetus Chronicon Cuspianani, arsit pons Apollinaris noctu in Paschâ, XV. Kal. Maii, id est, XVII. die Aprilis. Leontius & Illus tyranni in papyrio Isauriæ castello capti decollatique sunt. Theodericus Rex Ostrogothorum cum omnibus copiis in Italiam tendit.

A. M. 4493. ol. 317. 1. vel 316. 4. def. Impp. Zenonis 16. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 14. ex 23. d. Aug. 489.

Ev. 461. R. C. 1237. 1240. C. Coss. { Avicius Probinus. / Eusebius. } 1241. F. M. / 1242. V. { Indict. 12.

His Coss. juxta Cassiodori Chronicon, Theodericus Rex Odoacrem duobus præliis vicit, priore ad Sontium fluvium prope Aquileiam, posteriore ad Veronam.

A. M.

An. Ch. A. M. 4494. Ol. 917. 2. vel 1. def. Impp. Zenonis 17. ex 19. die Januar. & Reg. Odoacris 15. ex 23. die Augusti.

490. Ev. 462. R. C. 1238. 1241. C. Coss. {Avienus Faustus Junior. / Fl. Longinus} 1242. F. M. 1243. V. {Ind. 13

His Coss. Theodericus ad Abduam sive Ducam fluvium, tertio certamine superavit Odoacrem: qui Ravennam fugiens VI. id. Jul. obsidione inclusus est.

A. M. 4495. Ol. 917. 3. vel 2. def. Imp. Anastasii I. ex 6. die Aprilis, & Regis Odoacris 16. ex 23. die Aug.

491. Ev. 463. R. C. 1239. 1242. C. Cos. {Fl. Olybrius Junior. / Sine Collega.} 1243. F. M. 1244. V. {Ind. 14.

Iis Coss. Odoacer Ravennâ egressus noctu ad pontem Candidium quarto certamine à Theoderico superatus est. Gundamundus Vandalorum Rex, pace cum Romanis factâ, à Siciliæ solitâ deprædatione cessavit. Mortuo Zenone postquam à Leonis senioris morte imperaverat etiam ipse annos septendecim & fere trimestre, non semestre, ut exhibet Sconhonii Marcellinus, VIII. id. sive VI. die April. Ariadnes ejus viduæ operâ ex Silentiario Imperator creatus est Fl. Anastasius Dicorus: transactis, juxta Evagrium, Ecclesiasticæ historiæ lib. III. cap. XXIX. auctore Eustathio Syro historico, annis CCVII. ab initio Imperii Diocletiani; DXXXII. & mensibus VII. ab Augusti Imperio (nimirum putato à primo Consulatus) DCCCXXXII. itemque mensibus VII. ab Imperio Alexandri, utique putato à prima ejus victoriâ Persicâ; reliqui vero numeri apud eum corrupti sunt; ut & numerus anni Antiocheni in fastis Siculis, ejusdem Anastasii initio, biennio minor justo, quemadmodum agnoscit etiam Scaliger, Canonum Isagogicorum Chronologiæ libro tertio.

Zeno Imp. moritur 6. Apr. Anastasius Imp.

A. M.

Ar. Ch.

A. M. 4496. Ol. 317. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 2. ex 6. die Aprilis, & Reg. Odoacris 17. ex 23. die Augusti.

Ev. 464. R. C. 1240. 1243. C. Coss. { Imp. Flavius Anastasius Dictorus. / Fl. Rufinus. } 1244. F. M. 1245. V. { Ind. 15. } 492

His Coss. Isauri Imperium sibi vindicare nitentes, moto contra Anastasium bello, in Phrygiâ juxta Coteiaum civitatem, prælio Lilinge duce cæso profligati sunt. Isauri profligantur.

A. M. 4497. Ol. 318. 1. vel 317. 4. def. Imp. Anastasii 3. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 1. ex 5. die Martii.

Ev. 465. R. C. 1241. 1244. C. Coss. { Decius Albinus. / Eusebius Chronio II. } 1245. F. M. 1246. V. { Ind. 1. } 493

His Coss. qui etiam omissi sunt apud Tunnunensem, Theodericus Rex, prætextu pacis ingressus Ravennam, interfecto Odoacre in palatio, III. nonas sive V. die Martii, potitus est regno Italiæ. Bello civili moto contra Anastasium Constantinopoli, statuæ Augusti Augustæque funibus per urbem tractæ sunt. Julianus Magister militiæ nocturno prælio pugnans, Getico ferro in Thraciâ confossus interiit. Interfecto Odoacro Ravennæ in Palatio 5° die Martii Theodericus Italiæ regnum obtinet.

A. M. 4498. Ol. 318. 2. vel 1. def. Imp. Anastasii 4. ex 6. die April. Reg. Theoderici 2. ex 5. die Martii.

Ev. 466. R. C. 1242. 1245. C. Coss. { Turcius Sec. Asterius / Fl. Præsidius. } 1246. F. M. 1247. V. { Ind. 2. } 494

His Coss. Anastasio Imperatore intestina præsia contra Orthodoxorum fidem commovente, ut refert Marcellinus, Laodicea, Hierapolis, atque Agathicum, uno tempore unoque terræ motu collapsæ sunt.

An. Ch.

A. M. 4499. Ol. 318. 3. vel 2. def. Imp. Anastasii 5. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 3. ex 5. die Martii.

495. Ev. 467. R. C. 1243. 1246. C. Coss. {Fl. Viator. / Fl. Aemilius.} 1247. F. M. 1248. V. {Indict. 3.}

His Coss. bellum Isauricum denuo exarsit, Athenodoro & Longino ducibus: quos Tunnunensis iisdem Coss. (perperam, ut videtur) occisos refert.

A. M. 4500. Ol. 318. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 6. ex 6. die Apr. & Reg. Theoderici 4. ex 5. die Mart.

496. Ev. 468. R. C. 1244. 1247. C. Cos. {Fl. Paullus. / Sine Collega.} 1248. F. M. 1249. V. {Indict. 4.}

Eo Cos. Anastasio Principi India Elephantem duosque Camelopardalos muneri misit.

A. M. 4501. Ol. 319. 1. vel 318. 4. def. Imp. Anastasii 7. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 5. ex 5. die Martii.

497. Ev. 469. R. C. 1245. 1648. C. Cos. {Im. Fl. Anastasius II. / Sine Collega.} 1249. F. M. 1250. V. {Ind. 6.}

Eo Cos. Solis defectus apparuit bellumque Isauricum sexto anno sedatum. Athenodorus sive Antenodorus, Isaurorum primus in Isauriâ captus decollatusque est: inquit Marcellinus.

Bellum Isauricum terminatur.

A. M. 4502. Ol. 319. 2. vel 1. def. Imp. Anastasii 8. ex 6. die Apr. & Reg. Theoderici 6. ex 5. die Martii.

498. Ev. 470. R. C. 1246. 1249. C. Coss. {Decius Paullinus. / Joannes Scytha.} 1250. F. M. 1251. V. {Indict. 6.}

His Coss. Longinus Isaurius cognomento Selinunteus, apud Antiochiam Isauriæ à Prisco Comite captus, & Constantinopolim missus est; demumque variis cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ expensus.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4503. Ol. 319. 3. vel 2. def. Imp. Anastasiii 9. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 7. ex 5. die Mart.

Ev. 471. R. C. 1247. 1250. C. Coss. Fl. Joannes Gibbus. Fl. Asclepius. 1251. F. M. 1252. V. Indict. 7. 499.

His Coss. Bulgari Thraciam devastantes Aristæum ductorem Illyricianæ militiæ juxta Zurtam fluvium magno prælio vicerunt, occisis quatuor Comitibus. Bulgari Thraciam vastant.

A. M. 4504. Ol. 319. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 10. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 8. ex 5. die Martii.

Ev. 472. R. C. 1248. 1251. C. Coss. Fl. Patricius. Fl. Hypatius. 1252. F. M. 1253. V. Indict. 8. 500.

His Coss. Rex. Theodericus Romam veniens, mirâ affabilitate Senatum, munificentiâque plebem tractavit: ut refert Cassiodorus in Chronico. Theodericus rex Romam ingreditur.

A. M. 4505. Ol. 320. 1. vel 319. 4. def. Imp. Anastasiii 11. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 9. ex 5. die Martii.

Ev. 473. R. C. 1249. 1252. C. Coss. Rufius Magnus Faustus Avienus senior. Fl. Pompeius. 1253. F. M. 1254. V. Ind. 9. 501.

His Coss. Constantino præfecto urbis Constantinopolitanæ ludos spectante in Theatro, concitato populi tumultu plusquam tria millia civium interfecta sunt.

A. M. 4506. Ol. 320. 2. vel 1. def. Imp. Anastasii 12. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 10. ex 5. die Martii.

Ev. 474. R. C. 1250. 1253. C. Coss. Rufius Magnus Faustus Avienus junior. Fl. Probus. 1254. F. M. 1255. V. Ind. 10. 502.

His Coss. Convicta gens Bulgarorum Thraciam sæpe deprædata, nullo Romanorum milite resistente iterum

rum devastavit. Amidam opulentissimam civitatem, monachorum astu proditam Choadis Rex Persarum quinto mense expugnatam irrupit: ac proditores obtruncavit.

A. M. 4507. Ol. 320. 3. vel 2. def. Imp. Anastasii 13. ex 6. die Aprilis, & Reg. Theoderici 11. ex 5. die Martii.

503. Ev. 475. R. C. 1251. 1254. C. Coss. { Fl. Dexecratus. / Fl. Volusianus. } 1255. F. M. / 1256. V. { Indict. 11.

His Coss. qui omissi sunt in Cassiodori & Tunnunensis Chronicis, ut & ipsorum annus in Jordani Annalibus, tribus Romanorum ductoribus, Patritio, Hypatio, & Aerobindâ, cum xv. millibus armatorum, juxta Syfream castellum profligatis à Persis; Amida vacua magno auri pondere redempta est.

A. M. 4508. Ol. 320. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 14. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 12. ex 5. die Martii.

504. Ev. 476. R. C. 1252. 1255. V. Coss. { Fl. Cethæus sive Cethegus, sive Cettibus. / Sine Collega. } 1256. F. M. / 1257. V. { Indict. 12.

Eo Cos. Celer Magister officiorum, per Callinicum Mesopotamiæ civitatem, cum exercitu ad devastanda Persarum rura discurrit: magnâque prædâ potitus, de percutiendo fœdere cum Persis deliberavit, misso ad id Armoniâ à secretis. Theodericus Rex, victis Bulgaribus, Syrmium regno Italiæ restituit.

A. M. 4509. Ol. 321. 1. vel 320. 4. def. Imp. Anastasii 15. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 13. ex 5. die Martii.

505. Ev. 477. R. C. 1253. 1256. C. Coss. { Fl. Manlius Theodorus. / Fl. Sabinianus. } 1257. F. M. / 1258. V. { Indict. 13.

Is Sabinianus Sabiniani Magni filius, ductorque militiæ,

litiæ, contra Mundonem Getam, commisso juxta Margum prælio, maximâ clade affectus, in castellum Nato dictum cum paucis suorum fugit. An. Ch.

A. M. 4510. Ol. 321. 2. vel 1. def. Imp. Anastasii 16. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 14. ex 5. die Martii.

Ev. 478. R. C. 1254. 1257. C. Coss. { Fl. Messalla. / Fl. Areobinda. } 1258. F. M. / 1259. V. { Indict. 14. } 506.

Messallâ Cos. Constantinopoli, jubente Anastasio Imperatore, sancta Evangelia tanquam ab idiotis Evangelistis composita reprehenduntur & emendantur; inquit Tunnunensis. Anastasii principis statua, ut refert Marcellinus, in foro Tauri, ubi dudum Theodosii Magni steterat, erecta est.

A. M. 4511. Ol. 321. 3. vel 2. def. Imp. Anastasii 17. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 15. ex 5. die Martii.

Ev. 479. R. C. 1255. 1258. C. Coss. { Imp. Fl. Anastasius III. / Venantius. } 1259. F. M. / 1260. V. { Indict. 15. } 507.

Iis Coss. Constantinopoli seditio popularis in Circo facta est. Gradus Circi septentrionalis sua cum fornice incensi collapsique sunt; Anastasio in processibus commorante.

A. M. 4512. Ol. 321. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 18. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 16. ex 5. die Martii.

Ev. 480. R. C. 1256. 1259. C. Coss. { Basilius Venantius Decius junior. / Fl. Celer. } 1260. F. M. / 1261. V. { Indict. 1 } 508.

His Coss. Cawades rex Persarum Zundaber castellum plurimis thesauris plenum cepit & spoliavit. Romanus & Rusticus Comites cum classe littora Italiæ circa Tarentum devastantes, inhonestam ex pyraticâ victoriam Anastasio Imperatori reportarunt. Theode-

An. Ch. ricus rex Gallias Francis victis & fugatis acquisivit Imperio.

A. M. 4513. Ol. 322. 1. vel 321. 4. def. Imp. Anastasii 19. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 17. ex 5. die Martii.

509. Ev. 481. R. C. 1257 1260. C. Cos. { Importunus Decius. / Sine Collega. } 1261. F. M. 1262. V. { Ind. 2. / 1

Hoc Cos. rursum magnum incendium Constantinopoli ortum est. Et portus Juliani purgatus est.

A. M. 4514. Ol. 322. 2. vel 1. def. Imp. Anastasii 20. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 18. ex 5. die Martii.

510. Ev. 482. R. C. 1258. 1261. V. Coss. { Anicius Manlius Severinus Boetius. / Eutharicus. } 1262. F. M. 1263. V. { Ind. 3.

Is Boetius fuit qui Consolationem Philosophicam, aliaque plura ingenii monumenta posteris reliquit. His Coss. Vitalianus Patritioli filius, prætextu defendendæ Synodi Chalcedonensis, validâ manu congregatâ Anastasii Imperio rebellavit.

A. M. 4515. Ol. 322. 3. vel 2. def. Imp. Anastasii 21. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 19. ex 5. die Martii.

511. Ev. 483. R. C. 1259. 1262. C. Coss. { Felix Gallus. / Secundinus. } 1263. F. M. 1264. V. { Indict. 4.

His Coss. Vitalianus Comes cum Patritio nepote Anastasii, Magistro militiæ congressus, vivum cepit, vincivit, & postea distraxit.

A. M.

A. M. 4516. Ol. 322. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 22. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 20. ex 5. die Martii.

Ev. 484. R. C. 1260. 1263. C. Coss. { Fl. Paullus. / Fl. Muschianus. } 1264. F. M. 1295. V. { Indict. 5. } 512.

His Coss. Alamundurus Saracenorum rex excitatus est ad defensionem Chalcedonensis Synodi contra Anastasium Imperatorem. Constantinopoli magna seditio fuit diebus I, II, III, septimanæ, IV, V, VI. Novem. inter Orthodoxos & Eutychianos. Iisdem Coss. ut apparet ex Tunnunensi, & eodem mense & die juxta Evagrium, l. III. cap. XXXIII. Anno Antiocheno quingentesimo sexagesimo primo, Indictione sextâ, maximâ ex parte pertinente ad sequentes Coss. juxta solitam Marcellini Comitis applicationem, Severus Eutychianus, volente Anastasio Imperatore, Antiochiæ Archiepiscopatum, ejecto Flaviano occupavit. Iisdem fere temporibus defectus solis contigit. Gens Erulorum terram Romanorum invasit.

A. M. 4517. Ol. 323. 1. vel 322. 4. def. Imp. Anastasii 23. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 21. ex 5. die Martii.

Ev. 485. R. C. 1261. 1264. C. Coss. { Anicius Probus. / Fl. Clementinus. } 1265. F. M. 1266. V. { Indict. 6. } 513.

Probo Cos. Tunnunensis refert seditionem illam inter Eutychianos & Orthodoxos, Platone civitatis præfecto pulpitum Ecclesiæ ascendente, ortam; quam Marcellinus præcedentibus Coss. retulit: nimirum eadem ratione qua idem Marcellinus Severi Archiepiscopatum initum his Coss. refert.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4518. Ol. 323. 2. vel 1. def. Imp. Anastasii 24. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 22. ex 5. die Martii.

514. Ev. 486. R. C. 1262. 1265. C. Cos. { M. Aurelius Cassiodorus Senator. / Sine Collega. } 1266. P. M. 1267. V. Indict. 7.

Cassiodorus in Chronico refert, se Cos. adunito clero vel populo Romanæ Ecclesiæ rediisse optatam concordiam: nimirum post immanes & diuturnas seditiones propter Symmachum & Laurentium Antipapos.

Vitalianus Scytha cum exercitu Constantinopolim ad Septimum usque dictum locum minax accessit: & octavo die remeans, deinde Odysso Moesiæ civitate occupatâ, Cyrillum militiæ ductorem occidit.

A. M. 4519. Ol. 323. 3. vel 2. def. Imp. Anastasii 25. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 23. ex 5. die Martii.

515. Ev. 487. R. C. 1263. 1266. C. Coss. { Fl. Florentinus. / Fl. Authemius. } 1267. P. M. 1268. V. Indict. 8.

His Coss. Vitalianus, repetitâ expeditione contra Anastasium, Sistivensam prædium ingressus, magnis muneribus ei reconciliatus, redditoque Hypatio ejus nepote, Magister militum per gratiam factus est. Eadem tempestate Ugni sive Hunni Armeniâ transmissâ totam Cappadociam devastantes usque ad Lycaoniam pervenerunt. Ariadna Augusta Sexagenaria in palatio decessit. Theodericus Rex Amalasvintam filiam Evagrio nuptam dedit.

A. M. 4520. Ol. 323. 4. vel 3. def. Imp. Anastasii 26. ex 6. die April. & Reg. Theoderici 24. ex 5. die Martii.

516. Ev. 488. R. C. 1264. 1267. C. Cos. { Fl. Petrus. / Sine Collega. } 1268. P. M. 1269. V. Indict. 9.

Eo Coss. Anastasius Imperator Vitaliano Rufinum successorem destinavit.

A. M.

An. Ch.

A. M. 4521. Ol. 324. 1. vel 323. 4. def. Imp. Anastasii 27. ex 6. die Aprilis, & Reg. Theoderici 25. ex 5. die Mart.

Ev. 489. R. C. 1265. 1268. C. Coss. { Imp. Fl. Anastasius IV. / Agapitus. } 1269. F. M. 1270. V. { Indict. 10. 517.

His Coss. ab aquilonaribus populis maxima pars Illyrici, duæ Macedoniæ, Thessaliaque devastatæ sunt: usque ad Thermopylas & Epirum prædæ actæ: plurimique captivi facti.

A. M. 4522. Ol. 324. 2. vel 1. def. Imp. Justini 1. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 26. ex 5. die Martii.

Ev. 490. R. C. 1266. 1269. C. Coss. { Fl. Magnus. / Fl. Florentinus. } 1270. F. M. 1271. V. { Indict. 11. 518.

His Coss. in provinciâ Dardaniâ assiduo terræ motu XXIV. castella collapsa sunt. Anastasio, conditâ civitate Daras in Mesopotamiâ, mortuo postquam imperaverat viginti septem annos, tres menses, ac totidem dies, juxta Evagrium in fine lib. II. cap. XLIV. ac initio l. IV. c. 1. atque Græcos fastos, nono die Panemi sive Julii Imperium occupavit Fl. Anicius Justinus Thrax, anno Antiocheno DLXVI. Eodem autem anno primo Imperii Justini, ut apparet etiam ex actis Synodi Constantinopolitanæ sub Joanne Episcopo habitæ, à XVI. die Julii, feriâ secundâ, ad XX. die ejusdem mensis, Indictione undecimâ; & Synodi Tyriæ habitæ sub Epiphanio Episcopo decimo sexto die Septembris, Indictione duodecimâ; eodem inquam anno primo Justini, ac mense Septembri sive Gorpiæo, Severus Antiochiæ Episcopatu expulsus est, anno Antiocheno DLXVII, juxta eundem Evagrium lib. IV. cap. IV. quo utique nostra sententia de Epochâ annorum Antiochenorum contra Scaligeri, Baronii, & aliorum opiniones liquido confirmatur.

Anastasius Imp. moritur 9. Julij. Justinus Thrax Imp

A. M. 4523. Ol. 324. 3. vel 2. def. Imp. Justini 2. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 27. ex 5. die Martii.

519. Ev. 491. R.C. 1267. 1270. C. Coss. { Imp. Fl. Anicius Justinus. / Fl. Eutharicus Cillica Amalus. } 1271. P. M. / 1272. V. { Indict. 12.

His Coss. quibus Cassiodorus suum Chronicon Consulare terminavit, Amantius Palatii præpositus, & Andreas cubicularius, tanquam Imperii Justini inimici, interfecti sunt. Vitalianus Scytha urbem datâ acceptâ fide ingressus, magister militum ordinatus est.

A. M. 4524. Ol. 324. 4. vel 3. def. Imp. Justini 3. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 28. ex 5. die Martii.

520. Ev. 492. R. C. 1268. 1271. C. Coss. { Fl. Rusticus. / Fl. Vitalianus sive Vitellianus. } 1272. P. M. / 1273. V. { Indict. 13.

Vitalianus in palatio confossus moritur.

Vitalianus Consul, septimo Consulatus sui mense, septemdecim vulneribus confossus in palatio, cum Celeriano & Paullo satellitibus interemtus est.

A. M. 4525. Ol. 325. 1. vel 324. 4. def. Imp. Justini 4. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 29. ex 5. die Martii.

521. Ev. 493. R. C. 1269. 1272. C. Coss. { Fl. Valerius. / Fl. Anicius Justinianus. } 1273. P. M. / 1274. V. { Ind. 14.

Justinianus Justini Imperatoris ex sorore nepos, eo primo Consulatu suo, trans legem Marciani, admodum magnificos ludos muneraque edidit.

A. M.

A. M. 4526. Ol. 325. 2. vel 1. def. Imp. Justini 5. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 30. ex 5. die Martii.

Ev. 494. R. C. 1270. 1273. C. P. C. { Q. Aurelius Anicius Symmachus. / Anicius Manlius Severinus Boetius II. } 1274. F.M. 1275. V. { Indict. 15. 522.

Tunnunensis iis Coss. adventum Vitaliani Constantinopolim perperam refert. Circa id tempus Justino Imperatore persequente Arrianos, Theodericus Rex minatus est se vicissim persecuturum Catholicos.

A. M. 4527. Ol. 325. 3. vel 2. def. Imp. Justini 6. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 31. ex 5. die Martii.

Ev. 495. R. C. 1271. 1274. C. Cos. { Fl. Anicius Maximus / Sine Collega. } 1275. F.M. 1276. V. { Ind. 1. 523.

Tunnunensis utique eo Cos. Vitalianum Constantinopoli in palatio interfectum refert.

A. M. 4528. Ol. 325. 4. vel 3. def. Imp. Justini 7. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 32. ex 5. die Martii.

Ev. 496. R. C. 1272. 1275. C. Coss. { Imp. Fl. Anicius Justinus II. / Fl. Opilio. } 1276. F. M. 1277. V. { Indict. 2 524.

His Coss. inopia olei magnam penuriam in populum importavit. Sub id tempus à nonnullis refertur initium belli Vandalici secundi.

A. M. 4529. Ol. 326. 1. vel 326. 4. def. Imp. Justini 8. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 33. ex 5. die. Mart.

Ev. 497. R. C. 1273. 1276. C. Coss. { Anicius Probus Junior. / Fl. Philoxenus. } 1277. F.M. 1278. V. { Indict. 3. 525.

His Coss. quibus annum P. C. Justini II. & Opilionis sive Apionis præmittit Tunnunensis, anno septimo

An. Ch. Imperii Justini, juxta Evagrium lib. IV. cap. v. mense ejus decimo sive undecimo, utpote mense Artemisio, id est Maio, XXIX. vel XXX. die mensis, sexto vel septimo die septimanæ, circa ipsum meridiem, ingens terræ motus Antiochiæ contigit.

Ingens terræ motus Antiochiæ Maii 29. vel 30.

A. M. 4530. Ol. 326. 2. vel 1. def. Imp. Justini 9. ex 9. die Jul. & Reg. Theoderici 34. ex 5. die Mart. atque Athalarici 1. ex 2. die Septemb.

526. Ev. 498. R. C. 1274. 1277. C. Cos. { Anicius Olybrius Junior. / Sine Collega. } 1278. F. M. 1279. V. { Ind. 4

Theodericus rex Italiæ moritur. 2°. die Sept. Eo Cos. qui apud Tunnunensem omissus est, mortuo Theoderico circa IV. non. sive II. diem Septemb. in regno Italiæ successit Fl. Athalaricus ejus ex Amalasinuthâ filiâ nepos. Eodem Cos. Marcellinus Antiochiæ terræ motum refert.

Hunc excepit Athalaricus.

A. M. 4531. Ol. 326. 3. vel 2. def. Imp. Justini 10. ex 9. die Jul. atque Justiniani 1. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 2. ex 2. die Septemb.

527. Ev. 499. R. C. 1275. 1278. C. Cos. { Fl. Mavortius. / Sine Collega. } 1279. F. M. 1280. V. { Indict. 5.

Justinus Imp. Justinianum nepotem Imperii consortem creat 1°. die Aprilis. Eo Cos. anno Regiæ urbis (scilicet Constantinopolis) conditæ CXCVII. anno autem Antiocheno DLXXV. Justinus Imperator Justinianum nepotem, Imperii consortem & successorem creavit die primo Xanthici, sive Kalendis Aprilis. Mortuus autem Justinus post quatuor inde menses, postquam imperaverat novem annos atque viginti tres dies, die primo sive mensis Loï sive Augusti, septimanæ quoque primo sive Dominico, Fl. Justinianus solus Imperio potitus est, eodem anno Antiocheno DLXXV. juxta Evagrium IV. lib. IX. cap. & Fastos Græcos. Eodem autem anno, circa mensem Dium sive Novembrem anni Antiocheni DLXXVI. ut-

Ipse moritur 1°. die Aug.

pote

pote menſe viceſimo poſt proxime præcedentem, alius horribilis terræ motus contigit, juxta Evagrium lib. IV cap. VI. An. Ch. Terræ motus alius circa mensem Nov.

A. M. 4532. Ol. 326. 4. vel 3. def. Imp. Juſtiniani 2. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 3. ex 2. die Sept.

Ev. 500. R. C. 1276. 1279. C. Coſ. { Imp. Fl. Anicius Juſtinianus II. Sine Collega. } 1280. F.M. 1281. V. { Ind. 6. 528.

Circa id tempus Juſtinianus Imperator Beliſarium Magiſtrum militiæ fecit. Gens Winilorum ſive Longobardorum in Pannoniâ habitare cœpit. Belisarius Mr militiæ. Winili in Pannonia habitant.

A. M. 4533. Ol. 327. 1. vel 326. 4. def. Imp. Juſtiniani 3. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 4. ex 2. die Septemb.

Ev. 501. R. C. 1277. 1280. V. Co.. { Cæcina Maurus Decius Baſilius Junior. Sine Collega. } 1281. F.M. 1282. V. { Indict. 7 529.

Eo vel præcedente Coſ. utpote anno Domini DXXVIII. refert Jordanes exercitum Romanum Sabbato Paſchæ à Parthis ſuperatum eſſe. Exercitus Romanus à Parthis superatus est Sabbato Paschæ

A. M. 4534. Ol. 327. 2. vel 1. def. Imp. Juſtiniani 4. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 5. ex 2. die Sept.

Ev. 502. R. C. 1278. 1281. C. Coſſ. { Poſtumius Lampadius. Fl. Oreſtes. } 1282. F.M. 1283. V. { Ind. 8 530.

His Coſſ. Mundo ductor Illyricianæ militiæ, poſt Getas profligatos, Bulgaros Thraciam prædantes feliciore pugna cecidit. Iiſdem Coſſ. Hypatius Anaſtaſii Imperatoris nepos, ut refert Tunnunenſis, Imperium affectans, Conſtantinopoli occiſus eſt. Mundo Gothos & Bulgaros cecidit. Hypatius Anastatii Imp. nepos occisus est.

Ann. Ch. A. M. 4535. Ol. 327. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 5. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 6. ex 2. die Sept.

531. Ev. 503. R. C. 1279. 1222. C. P. C. { Lampadii. / Orestis. } 1283. F. M. / 1284. V. { Indict. 9.

Codex Justiniani editus. Eo anno, quo Justiniani Codex orbi promulgatus est, refert Beda, lib. de ratione temporum, Dionysium exorsum Cyclos suos Paschales, anno Diocletiani CCXLVIII. Eodem anno, ut refert Tunnunensis, Gilimer in Africâ tyrannidem sumens, Hildericum regno privavit.

Gilimer in Africâ Hildericum regno privat.

A. M. 4536. Ol. 327. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 6. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 7. ex 2. die Sept.

532. Ev. 504. R. C. 1280. 1283. C. P. C. { Lampadii. / Orestis. } 1284. F. M. / 1285. V. { Indict. 10.

Hypatium hoc anno circa Id. Jan. trucidatum vel post C. Marcellin. Marcellinus eo anno Hypatium, atque Pompeium & Probum, consobrinos, Anastasii Imperatoris nepotes Imperium affectantes, Constantinopoli circa Idus Januarii trucidatos esse refert. Jordanes etiam eodem anno, vel sequente, juxta Cuspinianum qui hunc omittit, tanquam Diocletiani CCXLVIII. Dionysium Abbatem Cyclum magnum Paschalem inchoasse, quasi nimirum tunc semel exactum ab incarnatione Domini, utpote constantem annis DXXXIII. Eodem anno refert Tunnunensis; Belisarium duobus præliis Tracium Persicum superasse.

Dionysium Cyclos suos inchoasse vel post Jornandes

A. M. 4537. Ol. 238. 1, vel 327. 4. def. Imp. Justiniani 7. ex 1. die Aug. & Reg. Athalarici 8. ex 2. die Sept.

533. Ev. 505. R. C. 1281. 1284. V. Cos. { Fl. Anicius Justinianus III. / Sine Collega. } 1285. F. M. / 1286. V. { Ind. 11.

Pax cum Parthis depacta est. Eo anno post diuturnum immanemque laborem & sudorem Romanorum contra Parthos, tandem per legatos Justiniano missos pax cum iis depacta est.

Bellum Vandalicum hoc anno inchoatum est.

A. M.

Ann. Ch.

A. M. 4538. Ol. 328. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 8. ex 1. die Aug. & Reg. Theodahati 1.

Ev. 506. R. C. 1282. 1285. C. Coss. Fl. Anicius Justinianus IV. Decius Theodorus Paullinus. 1286. F. M. 1287. V. Ind. 12. 534.

His Coss. Fl. Belisarius de Vandalis devictis, Africaque & Carthagine post annum xcv 1. receptâ, captoque rege Gilimere, triumphavit Constantinopoli. Mortuo autem Athalarico Rege Italiæ, Theodohatus ab Amalasinutha ejus matre in consortium regni assumptus eam mox peremit: cujus necem Justinianus Imperator deinde ultus est: ut refert Marcellinus Comes, qui istic Chronicon suum terminavit. Erat autem Theodorus Paullinus ultimus Consul Romæ, sive in Occidente. *Athalaricus Rex Italiæ moritur.*

Belisarius de Vandalis devictis, & Carthagine recepta & Gilimere capto triumphat. Theodohatus rex Italiæ.

A. M. 4539. Ol. 328. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 9. ex 1. die Aug. & Reg. Theodohati 2.

Ev. 509. R. C. 1283. 1286. C. Cos. Fl. Belisarius. Sine Collega. 1287. F. M. 1288. V. Indict. 13. 535.

Belisarius Consul à Justiniano Imperatore contra Theodohatum ad bellum Gothicum Italicum missus, receptâ Siciliâ, Africam seditione turbatam, Salomoni ejus præsidi subveniens pacavit: & in Siciliam rediit. Trita Patritius in Mysiâ Bulgaros prælio superavit: ut refert auctor Appendicis Marcellini Comitis.

Belisarius ad bellum Gothicum missus.

A. M. 4540. Ol. 328. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 10. ex 1. die Aug. & Rex. Vitigis 1.

Ev. 508 R. C. 1284. 1287. C. P. C. Fl. Belisarii. 1288. F. M. 1289. V. Indict. 14. 536.

Eo anno Belisarius Neapolim recepit. Theodahato interfecto Vitiges Italiæ regnum adeptus est. Belisarius

Vitiges Italiæ rex.

Ar. Ch. Belisarius Romam capit.

rius etiam Romam ingressus est: juxta Appendicem M. C.

A. M. 4541. Ol. 329. 1. vel 328. 4. def. Imp. Justiniani 11. ex 1. die Aug. & Reg. Vitigis 2.

537. Ev. 509. R. C. 1285. 1288. C. II. P. C. { Fl. Belisarii. } 1289. F. M. 1290. V. { Indict. 15.

Eo anno, Germanus in Africâ rebellionem militum cum Strozâ tyranno inter Maurorum deserta bellando repressit. In Oriente quoque Joannes Scotistis arripiens tyrannidem, Daras extinctus est: eodemque anno belli Gothici tertio, Imperii Justiniani undecimo, nono die mensis Apellæi sive Decembris, Belisarius Gothis exactis Romam recepit, post LX. annos (qui tamen hac ratione fuerunt LXI.) quam Odoacer eam occupaverat: juxta Evagrium IV. lib. XIX. c. auctore Procopio historico. Porro autem eodem anno undecimo Justiniani, secundo post Consulatum Belisarii, inceptâ autem Indictione prima, Justinianus Imperator edidit Constitutionem (quæ extat Authenticarum collatione v. Titulo 11. Novella XLVII) ut nomen & annus Imperatoris, una cum Coss. vel potius Cos. illius anni, & Indictione, scriptis instrumentis vel tabulis publicis & contractuum sive actorum documentis apponoretur: unde quidem mos apponendi nomina Coss. haud ita multo post abolevit, una cum ipsis Consulibus; qui posthæc tantummodo quatuor proximorum annorum serie, iique post unicum par (si modo par) duntaxat singuli privati, id est, quinque omnino creati sunt.

Belisarius Gothis exactis Romam recepit 9. Dec.

A. M. 4542. Ol. 329. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 12. ex 1. die Aug. & Reg. Vitigis 3.

538. Ev. 510. R. C. 1286. 1289. C. Cos. { Fl. Joannes. Fl. Volusianus. } 1290. F. M. 1291. V. { Indict. 1.

Id fuit ultimum par Consulum Romanorum: imo non

Ann. Cl.

non par: namque Volusianus teste Procopio suffectus fuit, atque uterque fuit Constantinopolitanus. Circa id tempus Belisarius Theodebertum regem Francorum cum exercitu ingressum repulit.

Belisarius Theodobertum repulit.

A. M. 4543. Ol. 329. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 13. ex 1. die Aug. & Reg. Vitigis 4.

Ev. 511. R.C. 1287. 1290. C. Cos. { Fl. Appio Ægyptius solus. } 1291. F. M. 1292. V. { Indict. 2 } 539.

Eo Cos. vel præcedente juxta quosdam, sequente juxta alios, Belisarius Gothis prælio iterum victis Vitigem Regem cepit, & cum uxore & Thesauris Constantinopolim ad Justinianum Imperatorem misit: ipseque eodem reversus, eo nomine iterum triumphavit. Circa idem tempus Parthi sive Persæ ruptâ pace Antiochiam totamque Syriam invadentes devastarunt.

Belisarius Vitigem regem captum C.P.m mittit

A. M. 4544. Ol. 329. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 14. ex 1. die Aug. & Reg. Ildovaldi 1.

Ev. 512. R. C. 1288. 1291. C. Cos. { Fl. Justinus Germani f. solus. } 1292. F. M. 1293. V. { Indict. 3 } 540.

Eo Cos. Gothi in Liguriâ manentes, creato rege Italiæ Ildovaldo Romanis denuo rebellarunt.

Gothi in Liguria rebellant bellum.

A. M. 4545. Ol. 330. 1. vel 329. 4. def. Imp. Justiniani 15. ex 1. die Aug. & Reg. Ararici 1.

Ev. 513. R. C. 1289. 1292. C. Cos. { Fl. Basilius Junior solus. } 1293. P. M. 1294. V. { Indict. 4 } 541.

Is est ultimus in annuâ serie ordinariorum Consulum Romanorum. Eo autem Cos. Tunnunensis Stuzam, sive Strozam ut apparet ex appendice Marcellinum sequente, apud Africam regnum in Eremi partibus cum tyrannide assumpsisse refert. Eodemque Cos. Ildovaldo peremto Rex Italiæ factus est Araricus Rogus. Eo autem post aliquot menses extincto omnium procerum Gothorum suffragiis Totila cognomento Baduilla creatus

Totila rex factus est Italiæ.

An. Ch. tus eſt Italiæ rex: qui per hæc tempora, apud Faventinum Æmiliæ oppidum, Romanum exercitum ſuperavit.

A. M. 4546. Ol. 330. 2. vel 1. def. Imp. Juſtiniani 16. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 1.

542. Ev. 514. R. C. 1290. 1293. C. P. C. { Fl. Baſilii Junioris } { 1294. F. M. 1295. V. } { Indict. 5.

Eo anno juxta Jornandem apud Cuſpinianum quinta Synodus Univerſalis Conſtantinopoli ſub Vigilio Papâ Romano contra Theodorum Mopſueſtenum, Ibam Edeſſenum, & Theodoretum Cyrenſem Epiſcopum convocata.

A. M. 4547. Ol. 330. 3. vel 2. def. Imp. Juſtiniani 17. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 2.

543. Ev. 515. R. C. 1291. 1294. V. II. P. C. { P. C. Baſilii. } { 1295. F. M. 1296. V. } { Indict. 6.

Per ea tempora Totila vaſtavit Campaniam: in Oriente etiam Perſis adhuc tenentibus conflictum cum Romanis. Sergius in Africâ inquietatus eſt à rebellibus cum Strozâ (ſive Stuzâ) tyranno, & Mauris. Append. M. C. quam Cuſpinianus refert ad annum ſequentem.

A. M. 4548. Ol. 330. 4. vel 3. def. Imp. Juſtiniani 18. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 3.

544. Ev. 516. R. C. 1292. 1295. C. III. P. C. { Baſilii. } { 1296. F. M. 1297. V. } { Indict. 7.

Circa ea tempora (anno præcedente juxta Jornandem Cuſpiniani) Beliſarius à Perſarum finibus ad auxilium Italiæ revocatus, tandemque Romam jam pene vaſtatam ingreſſus; Totilam cum exercitu ſupervenientem prælio ad Tiberim fudit, & in Campaniam repulit.

A. M.

Ann. Ch.

A. M. 4549. Ol. 331. 1. vel 330. 4. def. Imp. Justiniani 19. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 4.

Ev. 517. R. C. 1293. 1296. C. IV. P. C. { Basilii. } 1297. F. M. 1298. V. { Indict. 8. 545.

Eo anno, Belisario Constantinopolim revocato, Totila rex Gothorum in Italia, Romam denuo cepit, 11. die sive IV. non. Februarii, ut quidam retulerunt: totâ etiam Italiâ atque Siciliâ de integro potitus Stuza tyrannus, ut Tunnunensis refert, apud Africam, prælio interemptus est.

A. M. 4550. Ol. 331. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 20. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 5.

Ev. 518. R. C. 1294. 1297. V. V. P. C. { Basilii. } 1298. F. M. 1299. V. { Indict. 9. 546.

Eo anno fœdus cum Persis redintegratum est: & Totila Romam obsedit, ipsamque ingressus est demum XVII. die Decembris, juxta Append. Mar. Com. Güntharium Arcobindâ interfecto, Carthagine assumentem Tyrannidem, Artabanus Carthaginis dux tricesimo post die interfecit, juxta Tunnunensem.

A. M. 4551. Ol. 331. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 2. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 6.

Ev. 519. R. C. 1295. 1298. C. VI. P. C. { Basilii. } 1299. F. M. 1300. V. { Indict. 10. 547.

Eo anno Belisarius reversus in Italiam, recepta Româ, partem murorum ejus à Totilâ dirutorum restauravit; huicque ad pugnam venienti restitit.

A. M. 4552. Ol. 331. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 22. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 7.

Ev. 520. R. C. 1296. 1299. C. VII. P. C. { Basilii. } 1300. F. M. 1301. V. { Indict. 11. 548.

Per ea tempora Justinianus Imperator admodum

Ant. Ch. magnificam Basilicam, dictam Hagiam Sophiam exquisitissimo opere Constantinopoli struxit.

A. M. 4553. Ol. 332. 1. vel 331. 4. def. Imp. Justiniani 23, ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 8.

549. Ev. 521. R. C. 1297. 1300. V. VIII. P. C. { Basilii. } 1301. F. M. 1302. V. { Indict. 12.

Eo anno vel præcedente juxta nonnullos, sequente juxta alios, Totila, rex Italiæ Gothicus, iterum cepit Romam circa XVI. diem Martii & securus possedit: Belisario demum inglorio relinquente Italiam.

A. M. 4554. Ol. 332. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 24. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 9.

550. Ev. 522. R. C. 1298. 1301. C. IX. P. C. { Basilii. } 1302. F. M. 1303. V. { Indict. 13.

De ejus anni (qui erat annus Domini DL) Pascha scribens Victor Episcopus Capuanus, erroneos Victorii cyclos arguit, inquit Jordanes.

A. M. 4555. Ol. 332. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 25. ex 1. die Aug. & Reg. Totilæ 10.

551. Ev. 523. R. C. 1299. 1302. C. X. P. C. { Basilii. } 1303. F. M. 1304. V. { Indict. 14.

His temporibus Mauri per Joannem Patricium domiti sunt. Altrinsecus vero contra Romanos quotidie instabant Bulgares & Sclavini. Eo autem usque Jordanes sive Jornandes Episcopus sua Chronica perduxit, de gestis Romanorum abbreviata; eosdemque Annales juxta Cuspinianum.

A. M. 4456. Ol. 322. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 26. ex 1. die Aug. & Reg. Theiæ 1.

552. Ev. 524. R. C. 1300. 1303. C. XI. P. C. { Basilii. } 1304. F. M. 1305. V. { Indict. 15.

Narses Eunuchus princeps militiæ factus & in Italiam missus Totilam Gothorum regem occidit.

Eo anno Narses Eunuchus à Justiniano princeps militiæ factus, & in Italiam missus, commisso prælio Longo-

Longobardis auxiliantibus Victor Totilam Gothorum regem occidit, anno regni ejus undecimo. Cujus loco Gothi Regem Italiæ crearunt Theiam.

A. M. 4557. Ol. 333. 1. vel 332. 4. def. Imp. Justiniani 27. ex 1. die Aug.

Ev. 525. R. C. 1301. 1304. C. XII. P. C. { Basilii. } 1305. F. M. 1306. V. { Indict. 1.

Eo anno, mense Februario Theias rex Gothorum in Italiâ prælio victus & occisus est, postquam regnaverat fere annum, & Gothi Italiâ exacti, anno LXXVII. postquam eam occupaverant. Deinde autem Fl. Narses, diuturni magnique belli confector, pro Justiniano Imperatore, Italiæ, ducis nomine, præfuit annos ferme XVI. Eodem anno magna Synodus congregata est Constantinopoli, Kal. Maii, pro condemnatione trium capitulorum Oecumenicæ Synodi Chalcedonensis.

A. M. 4558. Ol. 333. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 28. ex 1. die Aug.

Ev. 526. R. C. 1302. 1305. C. XIII. P. C. { Basilii. } 1306. F. M. 1307. V. { Indict. 2

Sub ea tempora Buccellinus Comes cum sociis à Theodeberto Francorum rege dudum missus ad Italiam Siciliamque infestandam, tandem exercitu ejus attrito ventris profluvio, à Narsete prælio victus & occisus est.

A. M. 4559. Ol. 333. 3. vel 2. def. Imp. Justin. 29. 1. die Aug.

Ev. 527. R. C. 1303. 1306. C. XIV. P. C. { Basilii } 1307. F. M. 1308. V. { Indict. 3.

Sub ea tempora Omnirugus dux Buccellini Socius, cum reliquiis Gothorum in Italiâ, quibus se junxit, peremptus est. Hic est proxime præcedens in Append. M. C. refertur eodem anno quo Totila occisus est.

A. M. 4560. Ol. 333. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 30. ex 1. die Aug.

Ev. 528. R. C. 1304. 1307. C. XV. P. C. { Basilii. } 1308. F. M. 1309. V. { Indict. 4.

Circa id tempus, biennio ante juxta Marcellini Appendicem,

Ann. Ch. pendicem,& anno sequente juxta Tunnunensem, mortuus est Vigilius Papa Romanus, occultus suffragator Synodi Constantinopolitanæ contra Chalcedonensis auctoritatem, in turbulento illo negotio trium Capitulorum.

A. M. 4564. Ol. 334. 1. vel 333. 4. def. Imp. Justiniani 31. ex 1. die Aug.

557. Ev. 529. R. C. 1305. 1308. C. XVI. P. C. { Basilii. } 1309. F. M. 1310. V. { Indict. 5.

Eo anno juxta Appendicem Marcellini Comitis, nihil amplius Romanarum rerum exhibentem, in Britanniâ Bridus Pictorum rex factus est.

Bridus Pictorum rex.

A. M. 4562. Ol. 334. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 32. ex 1. die Aug.

558. Ev. 530. R. C. 1306. 1309. C. XVII. P. C. { Basilii. } 1310. F. M. 1311. V. { Indict. 6.

Eo tempore quendam Canobrum in Britanniâ Regem fuisse significat Appendix Marcellini Comitis: quæ quoad historiam hoc anno terminatur. Eodemque anno (quo Pelagium, cum condemnationi Capitulorum consensisset, Papam Romæ factum refert Jun.) suum Chronicon Consulare terminavit clarissimus vir, historiæque Annalis primus avorum nostrorum memoriâ, ac summus vindex Joannes Cuspinianus.

Appendix Marcellini C. hoc anno terminatur, ut et Chronicon V. C. Cuspiniani.

A. M. 4563. Ol. 334. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 33. ex 1. die Aug.

559. Ev. 531. R. C. 1307. 1310. C. XVIII. P. C. { Basilii. } 1311. F. M. 1312. V. { Indict. 7.

Eo tempore Ugni (sive Hunni) Armeniam gravissime vexarunt, inquit Tunnunensis.

Hunni Armeniam infestant.

A. M. 4565. Ol. 334. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 34. ex 1. die Aug.

560. Ev. 532. R. C. 1308. 1311. C. XIX. P. C. { Basilii. } 1312. F. M. 1313. V. { Indict. 8.

Eo anno Bulgares Thraciam invaserunt, & usque ad Sucas Constantinopolim (versus) venerunt: Sergiumque Patritium captum distraxerunt. Sed Patritii Belisarii

lisarii armis debellati, & trans Danubium repulsi sunt.

A. M. 4565. Ol. 335. 1. vel 334. 4. def. Imp. Justiniani 35. ex 1. die Aug.

Ev. 533. R. C. 1309. 1312. C. XX. P. C. { Basilii. } 1313. F. M. 1314. V. { Indict. 9. 561.

Eo anno Belisarius, adductus in crimen structarum insidiarum ad occidendum Justinianum Imperatorem, bonis & dignitate exutus esse dicitur. *Belisarius bonis & dignitate exutus*

A. M. 4566. Ol. 335. 2. vel 1. def. Imp. Justiniani 36. ex 1. die Aug.

Ev. 534. R. C. 1310. 1313. C. XXI. P. C. { Basilii. } 1314. F. M. 1315. V. { Indict. 10. 562.

Eo anno Belisarium omnes dignitates suas recepisse refert auctor miscellæ historiæ: quo etiam integrum Cyclum Paschalem annorum 532. completum statuunt. *Idem in gratiam recipitur.*

A. M. 4567. Ol. 335. 3. vel 2. def. Imp. Justiniani 37. ex 1. die Aug.

Ev. 535. R. C. 1311. 1314. C. XXII. P. C. { Basilii. } 1315. F. M. 1316. V. { Indict. 11. 563.

Eo anno Arethas Patritius & Princeps Sarracenorum Constantinopolim venit, debita referens Imperatori, ut filii sui post suum obitum tenerent principatum tribus suæ.

A. M. 4568. Ol. 335. 4. vel 3. def. Imp. Justiniani 38. ex 1. die Aug.

Ev. 536. R. C. 1312. 1315. V. XXIII. P. C. { Basilii. } 1316. F. M. 1317. V. { Ind. 12. 564.

Circa id tempus Constantinopolis denuo, adeoque tertio intra triennium, passa est incendium. Eodem anno Justinianus Imperator lapsus esse fertur in hæresin de corruptibili & incorruptibili. *C. P. tertio incendium passa est.*

A. M.

A. M. 4569. Ol. 336. 1. vel 335. 4. def. Imp. Justiniani 39. ex 1. die Aug. & Justini Junioris 1. ex 13. die Novem.

565. Ev. 537. R. C. 1313. 1316. C. XXIV. P. C. { Basilii. } 1317. F. M. 1318. V. { Indict. 13.

Eo anno Prasinos civile bellum facientes Constantinopoli, Julianus Præfectus urbis repressit. Mortuo autem Justiniano Imperatore, anno Imperii tricesimo nono, ac mense ejus octavo à quo primum Imperator appellatus est, quarto autem à Justini morte, Idibus sive decimo tertio die Novembris; Imperio potitus est Vigilantiæ sororis ejus filius, Fl. Anicius Justinus Junior.

Justinianus Imp. moritur Idibus Nov. 13.

Justinus Jun. Imp.

A. M. 4570. Ol. 336. 2. vel 1. def. Imp. Justini Junioris 2.

566. Ev. 538. R. C. 1314. 1317. C. XXV. P. C. { Basilii. } 1318. F. M. 1319. V. { Indict. 14

Post id tempus nullius privati hominis, ceu ordinarii Consulis, nomine annus per Imperium Romanum notatus est. Soli Imperatores à Justino Juniore, anno primo vel secundo Imperii Consulatum annuum semel tantummodo suscipiebant, à quo deinceps insequentes anni eorum Imperii, post Consulatum ipsorum numerabantur: excepto Mauricio, qui nono Imperii sui anno, quum Theodosium filium suum Imperii consortem fecisset, alterum Consulatum suscepit, atque inde quotannis continuavit usque ad duodecimum, quo uterque interfectus est. Justinianus quoque junior, anno primo Imperii, quo depulsus fuerat, recuperati, alterum Consulatum suscepisse dicitur. Atque ea ratio Consulatuum Imperatoriorum duravit ferme usque ad tempora Imperatoris Constantini octavi cognomento Porphyrogenneti. Interea vero complures privati homines fuerunt suffecti vel honorarii Consules; qui deinceps Consules, eadem notione quâ antiquitus Consulares, appellati sunt.

FINIS.

Censorinus.
Prosperi Chron. & ejus continuator apud
Cuspinianum.
Jornandis annales apud eundem.
Victor Tunnunensis.
Marcellinus Comes p Sebastianum editus.
Cassiodori Chronicon.
Liberatus Diaconus.
Victor Uticensis.
Idacij Chronicon.

Cryforius.
Prosperi Chron. & ejus continuator apud
Cuspinianum.
Jornandis annales apud eundem.
Victor Tunnonensis.
Marcellinus Comes p Scaligerum editus.
Cassiodori Chronicon.
Liberatus Diaconus.
Victor Uticensis.
Idacij Chronicon.